This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

B 439121


ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

IDC
82.5
.T8
K94

40342

DE ROMANARVM TRIBVVM

ORIGINE AC PROPAGATIONE

DISSERVIT

WILHELM KVBITSCHEK

ABHANDLUNGEN

DES

ARCHÄOLOGISCH-EPIGRAPHISCHEN SEMINARES
DER UNIVERSITÄT WIEN

HERAUSGEGEBEN

VON

O. BENNDORF UND O. HIRSCHFELD

HEFT III

MIT ZWEI KARTEN

WIEN

DRUCK UND VERLAG VON CARL GEROLD'S SOHN

1882

reclaimed and recat. September 25, 1926 VA

Quae hoc opusculo exposui, maxima ex parte pluribus iam abhinc annis Ottone Hirschfeld magistro iubente congesta et expolita pridem editum iri speravi*): sed intercedebant rationes typothetae meaque varia negotia ita ut liber duobis fere annis post, quam prelo subiectus est, tandem prodeat, atque interim Mommsen in ephemeridis epigraphicae Latinae de tribubus imperatoriis disserens, Beloch in libro, qui inscribitur de Italicis sociis nominis Romani, tribus sociorum et oppidorum Latinorum post bellum Marsicum in civitatem Romanam receptorum exponens eadem fere, quae ego in schedis habui, prius ediderint. ea autem me, prout potuerim, ne trita teram, in hoc libello omisisse consentaneum est.

Iam id mihi superest ut viris, qui me in libello hoc scribendo adiuverunt, quam maximas agam gratias: Carolo Schenkl Vindobonensi, qui qua summa benevolentia studia mea prosequebatur plagulas has perlegit et stilo expurgando operam dedit, Theodoro Mommsen Berolinensi qui corporis inscriptionum Latinarum voluminum VI 2. 5. VIII. IX. X. adhibendorum copiam dedit, Mauritio denique Gerold, bibliopolae honestissimo, qui multo maiores quam promiserat sumptus in edendo libro ultro fecit.

*) cf. *österr. Gymn. Zeitschr.* XXX (1880) p. 664.

Argumentum.

Cap. I. De tribuum Romanarum origine et ordine legitimo 1.

§. 1. de tribuum Romanarum usque ad annum fere 271/483 ratione et situ 1. quid sit *tribus* et quomodo orta sit 1 (Pomptina 2, Claudia 3). de origine tribuum urbanarum 4. Servius Tullius rex agrum Romanum fere totum in tribus aliquot, Urbem in quattuor tribus divisit 5 (Dionys. IV 15...7, Liv. I 43...8, Ostia in Palatina censa 8). rusticarum tribuum veterum situs definiuntur 9 (Lemoniae Romuliae Pupiniae 10, Papiriae Fabiae 12, Galeriae Polliae Horatiae 13). tribus illae ex gentium patriciarum pagis ortae sunt 13. accedunt postea Claudia 14 et Clustumina 15. anno igitur 259/495 XXI tribus erant 15 (coll. Liv. II 21...15 et Dionys. VII 64...16).

§. 2. de tribuum inde ab a. 271/483 usque ad a. 513/241 territoriis 17. in agro post a. 271/483 parto (17) a. 367/387 Stellatina Tromentina Sabatina Arnensis constitutae sunt 18, a. 396/358 Pomptina et Poblilia 19, a. 422/432 Maecia et Scaptia 20. itaque tunc (coll. Valer. Max. VIII 1, 7) XXVIII tribus erant 20. a. 436/318 Oufentina ac Falerna additae sunt 21, a. 455/299 Teretina et Aniensis 21, a. 486/268 Velina et Quirina 22.

§. 3. de tribuum inter a. 271/483 et 513/241 indole et ratione 22. in agro a tribubus singulis intermisso oppida, quae in civitatem Rom. recipiebantur, in tribus Romam propiores inibant 22. itaque proximae cuique tribui novi attribuebantur cives 24. tribus novissimae, in finibus agri Rom. constitutae, ob iusto maiorem civium numerum minoris pretii tunc erant 24. coloniae ante a. 513/241 non in tribubus erant 24. de agri Rom. divisione 25. tribus (certe ante annum 513/241) non desierunt valere in re publica administranda 25 (de Velina agitur 25, de coloniis ante a. 513/241 deductis 27, de Quirina a Sulla, ut putant, in Latio diffusa 28).

§. 4. de tribuum nominibus 28. de tribuum nominibus civium R. addendarum more 28. de compendiis quibus nomina litteris exhibebantur 31. de formis genuinis tribuum nominum 35.

§. 5. de tribuum ordine legitimo 51.

Cap. II. De tribuum propagatione inde ab a. 513/241 usque ad a. 666/88 54.

§. 1. de tribuum ratione ab a. 513/241 usque ad bellum Marsicum 54. tribuum Romanarum numerus abhinc augeri non potuit 54. Romani sero tandem civitatis ius et honores cum sociis communicaverunt 55. elenchus coloniarum et oppidorum c. R. ante a. 666/88 in Italia constitutorum 56,

civitatium sine suffragio, quas ante bellum Marsicum suffragio donatas esse constat 57, civitatium reliquarum sine suffragio 58. cives ante bellum Marsicum civitatem consecuti per minorem tribuum earumque deteriorum numerum censi esse videntur 60.

§. 2. **de oppidis, quae bello Marsico civitatem consecuta sunt** 61. leges *de civitate* per illud tempus latae 62. laterculus oppidorum quae in officio manserunt vel defecerunt 64. laterculus tribuum in quibus illa censebantur 65 et in quas quae desciverant inibant (sunt VIII) 68, nempe in eas, in quas antea civis novus non erat receptus 70 (quare Romani ita egerint 71). Italia tributim discripta 74.

§. 3. **de Gallia cispadana ab a. 665/90 usque ad a. 709/45** 75.

Cap. III. De tribuum ratione inde ab a. 666/89 usque ad a. 705/49 76.

§. 1. **de tribuum ratione usque ad a. 705/49** 76. populo soli licuit civitatem vel oppidatim vel viritim concedere tribusque civium novorum definire 76. de coloniis quae per illud tempus populo iubente deductae sunt 79. de Mario 79, de Sulpicio Sulla Pompeio Caesare 80.

§. 2. **de Gallia transpadana a. 705/49 in civitatem recepta** 80. de Italiae finibus 81 (de Plinio III 126 sqq. ...82, III 139 sq. ...83) tribuum in quas Gallia recepta est laterculus 88, in quo praeter Fabiam nulla est tribus ex illis octo deterioribus.

§. 3. **excursus prioris ad §. 2 pars prior: agitur de imperii Romani tributim discripti formae depingendae ratione 89.**

§. 4. **excursus prioris ad §. 2 pars posterior: regiones decima et undecima Italiae tributim discriptae depinguntur 91:** regio decima 91, regio undecima 107.

§. 5. **de tribubus imperatoriis** 115. de nominibus et tribubus eorum, qui ab imperatoribus in civitatem adserebantur 115. Julii censebantur in Fabia 116 (de Caesarum patris et filii tribubus 118), Claudii in Quirina 118 (de Claudii et Neronis tribu 122), Flavii in Quirina 122 (de Vespasiani eiusque filiorum tribu 124), Ulpii in Papiria 124 (de Traiani et Nervae tribubus 124), Aelii in Sergia 124 (de Hadriani tribu 125). de Galba Othone Vitellio Nerva Pio 125. de filiis eorum qui tribu quadam imperatoria ornati erant 125. de hominibus Roma oriundis, quos in Fabia censos reperimus 125.

§. 6. **de consiliis quae Caesar et Augustus in oppidis tributim discribendis secuti sint** 126. (triumviros r. p. c. 127 commemoravi) Caesaris oppida 127, Augusti oppida 130.

§. 7. **Hispaniae tributim discriptae depinguntur** 131. de Hispaniis 131. de Pliniana Hispaniarum descriptione 133. Baetica tributim discripta depingitur 134, Lusitania 156, Tarraconensis 162. de tribuum laterculis disseritur 153—156. 161 sq. 185 sq. de Sergia tribu per Hispanias oppidis c. R. donatis 187. de tribubus, quae per Hispanias reperiuntur, earumque auctoribus 187 sq.

§. 8. **de Galliae Narbonensis oppidis tributim discriptis** 188.

§. 9. **de Dalmatiae oppidis tributim discriptis** 190. de Dalmatia 190. provincia tributim discripta depingitur 191. de tribubus per Dalmatiam repertis disseritur 197.

Cap. IIII. De tribuum ratione inde ab anno 14 p. Chr. 198.

Addenda vel corrigenda 202.

Indices 1. index oppidorum et locorum potiorum 205.
2. index tribuum 212.
3. index rerum notabilium 213.
4. index locorum, quibus emendandis vel explicandis operam dedi 213.

Ad tabulas geographicas 214.

Tabulae geographicae duae:

I. 1) Italiae regiones X et XI et Dalmatiae ora tributim discriptae; 2) tribuum Romanarum situs depinguntur.

II. Hispaniae provinciae tributim discriptae.

Caput I.

De tribuum Romanarum origine et ordine legitimo.

§. 1. De tribuum Romanarum usque ad annum fere 271/483 ratione et situ.

Italas gentes vetustissimis temporibus non per oppida, sed ut singularum gentium artior erat coniunctio, per pagos sive regiones habitavisse cum per se pateat, tum a Romanarum rerum scriptoribus diserte affirmatur [1]). plures autem pagi in unum conveniebant conciliabulum, in quo nundinae haberentur et de iis, quae communiter et publice fieri deberent, consuleretur atque decerneretur, militum haberetur dilectus, ius diceretur, diis fierent sacra. quibus ex conciliabulis [2]) paullatim oppida, veluti Roma, ipsa facta sunt, in quibus pagi aut toti evanuerunt, aut saltem nihil per se ipsi valebant [3]), sed toti in oppidi eius, cui attributi erant, rem publicam coaluerunt. itaque certos constitutosque terminos habebant conciliabulorum territoria. ex pluribus denique conciliabulis consociatis singulae ortae sunt maiores civitates: conciliabulum igitur civitatis suae *pars, regio, plaga* [4]), *tribus* [5]) erat sive

---

[1]) de iis, quae hoc loco disseram, conferas quaeso quae J. Marquardt exposuit in libro quem de rei publicae Romanae administratione scripsit, vol. I² 3 sqq. Varro, r. r. III 1 *fuit tempus, cum rura colerent homines neque urbem haberent; — — — quo agri coli sunt coepti atque in casis et tuguriis habitabant nec murus ac porta, quid esset, sciebant.*

[2]) Fest. p. 38 *conciliabulum locus, ubi in concilium convenitur sc. a paganis omnium populi pagorum*, cf. Marquardt I² 10 sq.

[3]) Romae quoque usque ad imperatorum aetatem pagos mansisse constat; de quibus optime disseruit D. Detlefsen in *bulletino dell' instituto archeol.* 1861, 48 sqq. cf. quoque quae Mommsen *röm. Gesch.* I ⁶, 108 et Jordan *Topogr.* I 278 not. 43 de ea re exposuerunt.

[4]) *plagam Materinam* Umbrorum quandam tribum apud Livium VIIII 41 invenies commemoratam.

[5]) de *tribus* vocabuli vi cf. Curtius - Windisch *Grundzüge d. gr. Etym.* ⁵ p. 227 n. 250 quorum auctoritate ductus etsi non lat. *tur-mam*, ags. *thrym* (cui est *vulgi, manus* vis), goth. *thaúrp* et germ. *dorf* (cf. quod nostris temporibus Helvetici dicunt

aliud ei inditum erat nomen — *tribus* certe vocabulum a Romanis[6]), Umbris[7]), Oscis[8]) usurpatum esse videmus — *civitas* autem sive *res publica* sive *tota*[9]) nuncupabatur id quod ex singulis tribubus, plagis, regionibus constabat.

Sed utcumque illis temporibus ante Romam conditam in regionibus Tiberi amni adiacentibus civitates constitutae et sive in *regiones* sive *tribus* sive *plagas* sive aliud mavis divisae erant, de qua re nobis parum liquet, certe cum in Palatino monte Urbs, Sabinis mox advenis aliisque postea aucta exstitisset Romanique agros vicinos armis occupare coepissent, quae in hostium agro expugnato fuerant civitates et leges tolli oportuit: neque ullum in prisco illo agro Romano novimus oppidum hostile, quod victores non re publica privaverint atque funditus deleverint. occupatum agrum deinde cives Romani colebant initio in vicis pagisque habitantes, qui vici pagique cum in unum convenissent conciliabulum, si senatus populusque Romanus scivisset, civium Romanorum tribus exstiterunt.

Quod cum aliunde[10]), tum imprimis ex iis, quae nobis de Pomptinae et Claudiae tribuum origine traduntur, effici potest. Pomptinum enim agrum, quem Velitras inter et Salernum prope Pomptinas[11]) paludes

---

einen dorf halten), scand. *thyrpaz* (= *congregari*) huc conferes, tamen in *tribu* eandem radicem esse atque in arem. *treb* (= *vicus*), cymr. *trebon* (= *turma*), ir. *atreba* pro *adtreba* (= *habitat*) facile conicies eoque potius quod *triibu* Oscorum est *aedificium* vel *vicus*, cf. notam 8; antea Curtius in *tribu* eandem radicem esse putavit atque in verbo *tribuere* (Mommsen *Tribus* p. 1, Soltau *altröm. Volksversamml.* p. 402), et in nomine numerali *tres;* Pott in *Etym. Forsch.* I 111. 217, II 441 *tribus* nomen ex *tri* + *bu* (= *bhu, fu,* φυ) compositum esse suspicatur.

[6]) cf. Schwegler *röm. Gesch.* I 497 sq.

[7]) de *trefo* = *tribu*, quod vocabulum in tabulis Eugubinis saepius invenitur, Aufrecht et Kirchhoff plura disseruerunt *Umbrische Sprachdenkm.* II 421. Livius (XXXI 2, XXXIII 37) quoque *tribum* quandam *Sap(p)iniam* Umbrorum commemorat.

[8]) apud Oscos *triibu* est *aedificium, vicus*, cf. Zvetajeffii *syllogen inscr. Osc.* n. 63: — *v. viinikiis. mr. kvaisstur. pumpu* | *aiians. triibúm. ekak. kúmben* | *nieis. tanginud. úpsannam* | *deded* — — = *Vibius Adiranus, Maraε filius, quaestor Pompeianus aedificium hoc conventus scito operandum dedit* (Pompeis in curia quae dicitur Isiaca hic repertus est titulus) et fortasse inscr. n. 82: — *an[t. tr]iibu* | *ma. kastrikiieis* — — i. e. *ante domum Maii Castricii* (item reperta Pompeis).

[9]) de Umbrorum et Oscorum *tota* cf. Lepsii *inscr. Umbr. et Osc.* p. 6 — 10. Mommseni dissertationem in Savignii ephemeride (*Zeitschrift für die gesammte Rechtswissenschaft* XIII p. 142 sq.), Zvetajeffii indicem (*syll. inscr. Osc.* p. 160) s. v. *tovta* vel *tovto,* τωFτο; invenitur hoc vocabulum in tabula Bantina (Zvetajeff l. c. tab. XIX; p. 75 sqq.); *tuvtiks* = *publicus.*

[10]) inter quae noli omittere Succusanam *tribum* ex *pago* Succusano (Fest. p. 309, Varro *de l. l.* V 48), Lemoniam a Lemonio *pago* (Fest. p. 115), Claudiam a Claudio *pago* (Dionys. V 40, Liv. II 16) nomen et originem duxisse.

[11]) cf. imprimis Zoellerum *Latium und Rom* p. 330 sqq.; accuratius infra de eo agro agam.

situm fuisse constat, cum iam *res possessionis haud ambiguae*[12]) esset, tribuni iterum atque iterum plebi in spem ostentaverunt, mox senatus iis, qui vellent, adsignavit. plebs autem eo dono parum delectata et infrequens fuit, *in foro propter aedificandi curam* (Romam enim a Gallis exustam tunc renovabant) *et sedem exhaustam impensis eoque agri immemorem, ad quem instruendum vires non essent*[13]). unde facile eum agrum tunc prorsus incultum et vastum fuisse intellegimus, ita ut pauperibus opes ad eum instaurandum non sufficerent: quod certe non is mirabitur, quem quo modo illo tempore Romani bella gesserint, non effugerit[14]). neque ergo tum in eo agro ulla fuit civitas[15]). paullo post (Liv. VI 6, 1) de ea re *actum ad frequentiorem iam populum mobilioremque ad cupiditatem agri, quam fuerat.* deinde a. 371/383 senatui quinqueviros Pomptino agro dividendo creari placuit. ex iis denique civibus, qui per quinque et viginti illos annos in eum agrum discesserant, a. 396/358 novae duae tribus Pomptina et Poblilia vel saltem Pomptina institutae sunt.

Claudiae autem genti, cum in rem publicam Romanam transiret, *ager trans Anienem*[16]) situs μεταξὺ Φιδήνης καὶ Φικολνέας[17]) datus est. exstitit igitur in eo agro Claudiae gentis pagus (pagus Claudius), quem

---

[12]) Liv. VI 5, 2.

[13]) Liv. VI 5, 5.

[14]) satis erit hos Livii locos afferre V 14, 6. 42, 2. VI 31, 8 et Schweglerum qui *röm. Gesch.* II 438 sq. plura de eo Romanorum belli gerendi more testimonia attulit.

[15]) cf. Appian. *bell. civ.* I 7 τὴν δ' ἀργὸν ἐκ τοῦ πολέμου τότε οὖσαν (γῆν), ἣ δὴ καὶ μάλιστα ἐπλήθυεν, ...ἐπεκήρυττον... τοῖς ἐθέλουσιν ἐκπονεῖν.

[16]) Liv. II 16, qui locus corruptus et ita fortasse emendandus et explicandus videtur: *his* (sc. Appio Claudio eiusque clientibus) *civitas data agerque trans Anienem situs* (codd. *vetus*)*; Claudia tribus additis postea* (σὺν χρόνῳ Dionys. V 40) *novis tribulibus* (sc. novis civibus ut ex iis et Claudiis Sabinis tribus exsisteret) *qui ex eo venirent agro appellata* i. e. ager ille trans Anienem situs postea novis hominibus additis, ut hi quoque eius tribus tribules essent una cum Claudiis gentilibus, Claudia tribus appellata est. neque ita multum abhorret illa interpretatio quam J. J. Müller in *Philol.* XXXIV (1876) p. 116 scriptura *vetus* servata probare, Weissenborn refutare studuit: *daraus entstand die uralte tribus Claudia, da sich ihr später andere als tribules anschlossen.* sed vide ne parum apte Claudiam tribum Livius *veterem* sive *vetustam* (*uralt*) dicat. mihi *vetus* ex *situs* librarii fraude aut neglegentia potissimum ex sequente *novis* ortum esse videtur. quod Madvig *emendat. Livian.* (1877) p. 69 et Mommsen *röm. Tribus* p. 6 *appellata* in *appellati* mutaverunt, locum sanatum non puto. nemo adhuc novit veterem quandam Claudiam tribum et novam alteram, vel aliam tribum novam sive veterem. *Priverno Oufentina venit fluvioque Oufente* est Lucilii versus apud Festum p. 294 servatus, qui ita pergit *postea deinde a censoribus alii quoque diversarum civitatum eidem tribui sunt adscripti* neque ideo usquam habes Oufentinam veterem sive novam. — Schweikert *Zeitschr. f. Gymnasialwesen* (Berolini) X (1876) p. 753 sq. nihil in hoc loco sanando profecit.

[17]) Dionys. V 40. cf. notam 78.

paullatim novis additis incolis in tribum auctum mutatumque esse diserte Dionysius V 40 narrat: καὶ φυλή τις ἐγένετο cὺν χρόνῳ Κλαυδία καλουμένη καὶ μέχρις ἐμοῦ διέμεινε τὸ αὐτὸ φυλάττουca ὄνομα.

Placet iam tribus Arnensem, Tromentinam, Sabatinam, Stellatinam commemorare, quarum in agris nulla veterum oppidorum vestigia remanserant. in eas enim tribus Capenas, Veiens, Faliscus agri coaluerant, sed ita ut Capena et Falerii oppida ipsa etiam tunc libera et extra tribuum illarum fines manerent.

Paullatim igitur in agro Romano, prout procedebant Romani bellando, vetustissimae tribus exstiterunt, diu certe ante regem illum, quem cum aliarum institutionum ad rem publicam administrandam pertinentium, tum tribuum auctorem fuisse annalium Romani veteres scriptores narrant. ac de tribubus urbanis quidem ab eo conditis satis iis constitit, non ita de rusticis.

Sed iam accuratius inquiramus quo modo ortae sint tribus urbanae. qua in re difficillimam esse quaestionem de Urbis origine et incrementis consentaneum est. quam quaestionem disceptare iam Romanae aetatis viri docti conati nullis fontibus ex illis ipsis temporibus vetustissimis derivatis adiuti, parum profecerunt. quaeque reppererant, scilicet sui temporis institutis et moribus, nominibus singularibus et consuetudinibus inveteratis vel obsoletis perquisitis, eo qui aptissimus ac facillimus eis videbatur ordine disposuerunt et explicaverunt. ex quibus aliqua quidem ex parte ingeniose inventis frustula tantum ad nostram pervenerunt memoriam, nihil fere eorum, quibus studiosi illi antiquitatis usi sunt, unde haurirent argumenta sua, fontium. quaestio igitur, quam de *sacrosancta illa vetustate* instituemus nullis certis nisi argumentis, casu ut ita dicam et divinatione quadam regetur. haec autem pro certis esse inter plurimos nunc quidem constat: Romam a Ramnibus, gente Latina in monte Palatino conditam mox Sabinis Titiensibus, quibus in Quirinali [18]) sedes contigissent, auctam esse ita, ut maior esset auctoritas penes Sabinos. Ramnes autem Titiesque paullo post, nova et quidem minore gente Lucerum in civitatem recepta atque in Caelio monte collocata, in unum coaluisse. Tities Ramnes Luceres alia addita civitatis parte, plebeios dico, facile, in unius patriciorum populi Romani Quiritium corpus coaluisse eumque rerum statum usque ad extrema rei publicae Romanae tempora mansisse. quomodo enim singuli clientes singularum gentium patriciarum fidei se commiserant, ita plebs in unius regis clientelam redacta est. neque vero patricii cum plebeis potuerunt confundi, quippe quibus et auspicia

[18]) Schwegler I 480 sq., cuius argumenta Mommsen I [6] 53 not. mihi non refellisse videtur cf. Fest. p. 54.

et conubium deessent. plebem in Esquilino [19]) (in Esquiliis) collocatam esse annalium scriptores memoriae prodiderunt.

Servius Tullius rex montes, quos dixi, muro circumdedit et totum agrum Romanum regionatim descripsit. id saltem inter omnes veterum scriptores constabat, urbem a rege illo divisam esse in quattuor tribus, quibus veteres patriciae Ramnensium, Titiensium, Lucerum tribus et plebeiae in Esquilino sedes si non respondissent, vel maxime miraremur idque eo magis, quod illae Urbis partes, in quibus non continenter habitabatur, tribui alicui adscriptae non fuisse videntur [20]).

Verum non collibus Quirinali, Palatino, Caelio, Esquilino solis omnes continebantur cives Romani; agros enim illi prope Urbem [21]) colebant neque in ipsam, nisi fere ut sacra facerent et rei publicae fungerentur muneribus, ascendebant.

Eo tempore agri Romani fines a mari, ubi Tiberis fluvius infunditur, prope dextram amnis ripam ducti sub ipsis Laurenti [22]), Albae [23]), Tusculi [24]), Labici [25]), Gabiorum [26]), Tiburtis [27]), Nomenti [28]) finibus

[19]) plebei si quidem tum in Esquilino sunt collocati, id quod vix credibile esse Schwegler I 605 Livio (I 33) refutato optime docuit, non multi traducti sunt homines.

[20]) urbani enim aut montani aut pagani fuerunt, cf. Mommsenum *röm. Trib.* 212. Jordan *Topogr. Rom.* I 279 not. 44. paganos in Janiculo, Aventino, Capitolino, Circo atque in iis solis habitavisse Detlefsen docuit *bull. dell' inst.* 1861, 48 sqq., cf. Mommsen *röm. Gesch.* I [6] 108 not., Jordan *Top. Rom.* I 277 sqq. Aventinus autem extra pomerium situs, si quidem habitabatur (cf. Schweglerum II 598 sqq. et quae Jordan l. c. not. 45 opposuit) certe Latinorum fuit. de Capitolio non intra pomerium sito egit Jordan I 279. 280 sq. ceterum non totam Urbem tributim discriptam esse etiam ex eo, opinor, elucet, quod postea aliqua certe pars Fabiae et Quirinae tribubus adscripta fuit. — tribus urbanae nomina a regionibus duxerunt, *Palatina* a *Palatio* monte (Jordan I 182 sq.), *Collina* a *colli* sc. Quirinali (cf. quae Jordan de Quirinalis collis nomine disserit I 180), *Sucusana* a *Sucusa* vel *Sucusano* pago sive monte (Jordan I 185 sq. 199), *Esquilina* ab *Esquilino* monte (Jordan I 183 sq.).

[21]) Fest. p. 371, 5 v. *viatores*, Paul. Diac. p. 370.

[22]) Laurentes Lavinates usque ad Latinorum bellum liberi et cum Romanis foederati manserunt; a. 414/340 liberi fuerunt (de hoc enim anno constat), postea a. 416/338 civitas iis sine suffragio data est, cf. Zoellerum 400 sqq., qui falso eos cives optimo iure fuisse putat. quod si Beloch (*ital. Bund* p. 170) Laurentes usque ad bellum Marsicum cum Romanis foederatos fuisse putat, in errore versatur. testem enim ad sententiam suam confirmandam appellat Liv. VIII 11, ubi de rebus a. 414/340 gestis agitur; duobus annis post Laurentes in civitatem receptos esse modo ostendi.

[23]) Alba Longa ex Belochii opinione Romanorum civium erat, p. 45; sed meu errasse puto cum ob alias causas tum ob Quirinam tribum, in qua Albani Longani censi sunt, qua de tribu infra agam; Bovillae certe liberae erant, cf. Mommsenum *röm. Gesch.* I [6] 347.

[24]) Tusculani anno demum 381/373 in civitatem cum suffragio recepti sunt, paullo ante (Fest. p. 127) in civitatem sine suffragio. ante Latini fuerant, cf. Zoeller. 310 sqq. 400.

[25]) Labicos Romani Livio teste IV 47 a. demum 316/418 aggressi sunt.

[26]) Gabios quoque in civitatem Romanam iam regum temporibus receptos esse Beloch statuit (p. 47) male, opinor; erant enim tribu Quirina.

[27]) Tibur usque ad bellum Marsicum oppidum liberum fuit (Zoeller l. c. 404).

[28]) Nomentum a. 416/338 in civitatem sine suffragio receptum esse Livius VIII 14, tradit.

prope Alliae[29]) ostium ad Tiberim ipsum pertinebant; in sinistra qui fuerint fines, non tam facile effici potest, quippe qui propter Arnensem, Sabatinam, Tromentinam, Stellatinam tribus agro Romano a. 367/387 additas evanuerint. veri simile autem est Cremeram[30]) rivum Romanorum et hostium agros disiunxisse. Vaticanum agrum Romanum fuisse recte, ut mihi videtur, C. O. Müller[31]) et Schwegler[32]). coniecerunt; certe lucus Deae Diae iam vetustissimis temporibus Romanorum fuit itemque quae dicebantur Salinae. hunc agrum a Romanis civibus continenter habitatum a Servio Tullio rege auctores veteres in regiones sive tribus divisum esse narrant. de numero earum regionum non satis inter eos constat. aut enim tunc agrum et Urbem simul in quattuor tantum tribus divisa esse aut Urbe quadrifariam divisa agrum in viginti sex regiones sive tribus, aut in triginta unam tribus aut in multas regiones, quarum numerus non certe definitus fuerit, dispertitum esse tradunt.

Inter omnes accuratissime de tribubus a Servio Tullio institutis disseruit Dionysius *ant. rom.* IIII 15, quo loco haec leguntur: διεῖλε δὲ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν, ὡς μὲν Φάβιός φησιν,[1] εἰς μοίρας ἕξ τε καὶ εἴκοσιν, ἃς καὶ αὐτὰς καλεῖ φυλάς, καὶ τὰς ἀστικὰς προστιθεὶς αὐταῖς τέτταρας, τριάκοντα φυλὰς ἐπὶ Τυλλίου τὰς πάσας γενέσθαι λέγει· ὡς δὲ Οὐεννώνιος ἱστόρηκεν εἰς μίαν τε καὶ τριάκοντα, ὥστε σὺν ταῖς κατὰ τὴν πόλιν οὔσαις ἐκπεπληρῶσθαι τὰς ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς ὑπαρχούσας τριάκοντα καὶ πέντε φυλάς· Κάτων μέντοι τούτων ἀμφοτέρων ἀξιοπίστερος ὢν οὐχ ὁρίζει τῶν μοιρῶν τὸν ἀριθμόν. ex iis, quae de Vennonio[33]) narrantur, facile intelleges quaenam ex summa audacia, coniuncta cum inscientia ac credulitate, prodire possint monstra. Fabius Pictor igitur

---

[29]) Allia enim cum in Crustumino agro esset, Romanorum fuit, cf. Liv. V 37 *ad XI lapidem occursum est, qua flumen Allia, Crustuminis montibus praealto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miscetur.*

[30]) Fabios enim in agro Romano resedisse, cum Veientibus bellum inferrent, veri simillimum est. quod Schwegler II 747 not. 4 Cremeram rivum in Veiente agro situm fuisse et ob eam causam exercitu quodam consulari, ne prohiberentur munientes, Fabios adiutos esse dicit, falsum puto. etenim etiam exercitu, si in suis finibus praesidium muniebant, opus fuit. neque Fabios in illo bello gerendo publica auctoritate plane caruisse nemo erit qui credat (cf. Soltau *altröm. Volksvers.* 294). neque tamen, id quod Beloch. p. 46 putat, Plinii loco (*nat. hist.* III 54) allato, ex quo Fidenatem agrum a Vaticano Tiberi diremtum esse, itaque Cremeram fluvium agri Romani finem fuisse appareat, probaverim. Fidenae enim in sinistra, Vaticanus ager in dextera Tiberis ripa fuit.

[31]) *kleine deutsche Schriften* I 145.

[32]) *röm. Gesch.* II 740.

[33]) annalium fuit scriptor, cf. Gerlach *Geschichtsschreibung d. Römer* 1855 p. 71.

viginti sex μοίρας[34]) vel *regiones* constitutas esse dicit. nolim diiudicare, utrum Fabius etiam rusticas illas regiones tribus dictas esse voluerit (quod mihi quidem placet) necne. certe minime viris doctis licebat his Fabii verbis nisis regiones illas quattuor tribuum (dico urbanas) partes habere et totum populum Romanum Quiritium in quattuor tantum tribus divisum fuisse conicere, id quod cum aliis, tum Mommseno[35]) placuit. immo Fabius Dionysio auctore diserte regiones non tribuum illarum partes fuisse dicit, sed populum universum in triginta partes dispartitum adfirmat, nimirum in tribus urbanas quattuor et regiones rusticas, quas tribus quoque dicere potuit, sex et viginti. at si quis Fabii μοίρας vel *regiones* Varronis pagos esse putet, valde mirer numerum eorum et tam exiguum et tam certe definitum fuisse cum ob alias causas tum quod postea nisi parum certa nulla eorum exstabant vestigia. ideo mihi magis placet Fabii *regiones* idem esse ac *tribus*[36]). quod si ita est, numerus ille vitiosus ac fortasse inde quod Dionysius[37]) per errorem curias cum tribubus confudit, ortus esse videtur. nam quod Niebuhr[38]) atque Müller[39]) ingeniose certe coniecerunt Romanos tertia parte agri sui i. e. decem tribubus a rege Porsenna multatos esse eumque numerum mox una tribu Clustumina auctum ad Livii verba II 21 *Romae tribus una et viginti factae* quadrare, Wachsmuth, Francke, Huschke[40]), alii recte refutaverunt.

---

[34]) id quod Varronis, nisi fallimur, verba ex Fabio Pictore excerpta docent, quae ex libro *de vita populi Romani* Nonius s. v. *viritim* servavit *et extra Urbem in regiones viginti sex agros viritim liberis adhibuit.* cf. Beckerum in enchiridio II 1, not. 356. praetera monuerim Varronem *de l. l.* V 45 — 54 saepissime *regionem* pro *tribu* dicere. cf. J. J. Müller *Philol.* XXXIV (1876) *es scheint der Name regio sowol zur Bezeichnung der städtischen als der ländlichen tribus in Gebrauch gewesen zu sein, und zwar hauptsächlich da, wo man die geographische Lage speciell, die Tribus im besonderen als locales in's Auge fasste, während dem der Ausdruck tribus selbst auch die Bewohner mitfasste.*

[35]) *röm. Tribus* p. 4 sqq.

[36]) cf. Laelium Felicem Ictum apud Gellium XV 27 *cum ex regionibus et locis* (sc. *suffragium feratur*) *tributa* (*comitia fiunt*).

[37]) Mommsen quidem *röm. Forsch.* I 141 sqq. Romanorum veteres scriptores sic errare potuisse negat: Paulum Diaconum p. 54 v. *centumviralia* et p. 49 v. *curia*, Pseudoasconium p. 159 Orell., fortasse etiam Plutarchum *quaest. Rom.* c. 80 solos id peccavisse putat. equidem certe Festi (p. 233 v. *Poplilia*) locum illis addendum censeo, ceterum hoc loco non meum est hanc quaestionem sane difficillimam diiudicare.

[38]) Niebuhr. *röm. Gesch.* I 437. 547. *Vorträge über röm. Gesch.* I, 215. Hüllmann *röm. Grundverf.* p. 66.

[39]) ad Festum 233 v. *Popillia.*

[40]) *Verf. des Königs Servius Tullius* p. 96, Schwegler II 188 sq. cet.

Qui autem totum populum Romanum in quattuor tantum tribus discriptum fuisse censent[41]) spretis auctorum quos affert Dionysius[42]) verbis luculentis, ut aetatis inferioris dubiaeque fidei[43]) auctorem *de vir. illustr.* cap. 7 *populum in quattuor tribus distribuit ac post plebi distribuit annonam* praetermittam, Livii secuntur auctoritatem, qui I 43 haec refert: *quadrifariam enim urbe divisa* [*regionibus quae* (?)] *collibus qui habitabantur, partes eas tribus appellavit*[44]). Livius igitur Servio regnante quattuor tantum fuisse tribus videtur credidisse: at certe nihil eius interfuit, ut diligenter et accurate memoriae traderet, quae in re publica administranda instituta aut mutata essent, immo illos, quos de Servii regis tribubus scripsisse e Dionysii loco modo commemorato apparet, omnes neglexit. quam ob rem in hac re disceptanda haud magnam ei tribuerim auctoritatem. ceterum et ipse monuerim quae J. J. Müller (*Philol.* XXXIV p. 115 sqq.) docuit, Livium de Urbe sola non de omni agro Romano cogitari, neque igitur ex Livii verbis aliquid ad hanc quaestionem redundare.

Viri docti illi autem eo quoque nituntur, quod Ostia, prima Romanorum colonia, quam iam Ancum Marcium regem deduxisse ferunt, in Palatina[45]) censa est. sed falluntur in ea re vel maxime. primum enim, quod putant agrum Romanum a Servio Tullio in quattuor tribus

---

[41]) nuper Soltau in libro cui inscripsit *Ueber Entstehung und Zusammensetzung der altrömischen Volksversammlungen* 1880 p. 457 sqq. iterum neque ut mihi videtur felicius quam qui ante eum Servium quattuor tantum tribus instituisse demonstrare conatus est. sed quomodo mihi eius argumenta refellenda videantur, ostendere operae pretium mihi non esse videtur.

[42]) Dionysium ipsum IIII 14 de tribubus quattuor cogitare: ὁ δὲ Τύλλιος — εἰς τέτταρας μοίρας διελὼν τὴν πόλιν — — — τετράφυλον ἐποίησε τὴν πόλιν εἶναι, τρίφυλον οὖσαν τέως κτλ Soltau *altröm. Volksversamml.* 459 monet.

[43]) is enim in libro suo componendo potius locis ex Cornelio Nepote, Hygino, Suetonio, Floro desumptis usus est quam sylloga quadam antiqua inscriptionum. cf. Baehrium in Paulyi *encl.* VI 2853, 8b et Aldenhovenum *Herm.* V 150 sqq.

[44]) nolo de loco illo celeberrimo, quem ipse sanare nequeo, multa verba facere. id unum addam inter omnes quae adhuc prodierunt coniecturas eam quam M. Hertz invenit, optimam mihi esse videri. is enim verba *regionibus quae* ab interpolatore quodam addita putat. nec spernendum fortasse, quod Jordan *Topogr. Romae* I 276 satis ingeniose proposuit *divisa regionibus a collibus qui habitabantur* idemque fere suasit Lange I[3] 504 hac coniectura prolata: *urbe divisa regionibusque ex collibus qui habitabantur*, ut Livius idem diceret quod Dionysius IV 14: εἰς τέτταρας μοίρας διελὼν τὴν πόλιν καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν λόφων ταῖς μοίραις τὰς ἐπικλήσεις, τῇ μὲν Παλατίνην, τῇ δὲ Coβοράνην, τῇ δὲ τρίτῃ Κολλίνην (traditur Κολλατίνην), τῇ δὲ τετάρτῃ τῶν μοιρῶν Ἰσκυλίνην, τετράφυλον ἐποίησε τὴν πόλιν εἶναι, τρίφυλον οὖσαν τέως.

[45]) Grotefend l. c. p. 67 sq. Mommsen *Tribus* p. 17. 215. Soltau p. 460 sq. qui Grotefendium l. c. p. 27 secutus Albam quoque Palatina censam esse itaque quod tribus illa huc etiam pertinuerit, ultra cuiusquam dubitationem demonstrari affirmat. sed de Albae tribu minime nobis constat.

divisum post reges exactos, anno fortasse 259/495, iterum in novas[46]) regiones viginti unam distinctum esse id ut argumentis possint comprobare vereor, cum ne conati quidem sint explicare, quare illo tempore, quo nullum discrimen inter urbanas rusticasque tribus fuisse satis constat[47]), Ostia non in aliam pervenerit tribum neque quare ager Romanus iterum divisus sit, id quod veteres ne cogitaverunt quidem neque usquam memoriae prodiderunt. certe Servius Tullius, quem tribus instituisse putabant, optime intellexisset, quinam cuiusque regionis fines essent praescribendi, ne, cum nimia earum essent territoria, in administranda re publica impediretur potius iis quam adiuvaretur. ceterum Puteoli quoque, alter Urbis portus, postea in tribu Palatina[48]) censi sunt. quod ii animadvertant velim.

Hoc saltem inter omnes constat, post reges exactos agrum Romanum continenter habitatum[49]) in viginti una vel potius[50]) in undeviginti tribubus censum esse id quod ex eo etiam apparebit, quod novas tribus post a. 367/387 additas ad ipsos fines vetusti agri Romani vel agri Latini, qui tributim describi non potuit, pertinuisse infra docebo et iis, quae de singulis regionibus vetustissimis reperire possumus, confirmatur. ceterum tribus omnes initio in regionibus Urbi vicinis sitas fuisse, diserte Verrius Flaccus, quem id ex Varrone[51]) hausisse putem, rettulit his verbis *eo quia initio omnium tribuum, cum ager in propinquo Urbis atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum* (sc. viatorum) *erat in via — — —*[52]).

---

[46]) Schwegler II 189, qui eam solam causam affert, quod Servio Tullio regnante quattuor tantum tribus fuisse Livius dicit, ad a. 259 / 495 vero refert Romae tribus viginti unam factas esse. id autem ille concedit quattuor tribus Servianas postea quoque, quamquam imminutas, tamen mansisse. itaque Livius etsi quattuor tantum tribus eum novisse coniciamus, his quidem verbis certe nihil aliud dicit nisi Romae novis tribubus ad veteres additis tribuum numerum ita auctum esse, ut ex quattuor fierent viginti una. cur igitur Servio regnante quattuor tantum fuisse tribus ex hoc ipso Livii loco appareat, intellegere nequeo. si autem, id quod Schwegler neglexit, Livius de omnibus tribubus ut novis cogitasset, ipse optime docuisset, se ad res Romanas describendas et enarrandas natum non esse. neque tamen cum Mommseno, qui numerum tribuum (dico unam et viginti) a librario quodam insertum putat, fecerim.

[47]) anno demum 450/304 ita distinctae sunt tribus Romanae.

[48]) cf. Grotefend l. c. p. 72 et quae ipse exposui in *Eph. gymn. Austr.* 1880 p. 665.

[49]) Liv. I 43.

[50]) Claudia enim et Clustumina postea factae sunt.

[51]) M. Terentium Varronem librum de tribubus Romanis scripsisse constat, cf. *de l. l.* V 56, qui liber unus fortasse ex viginti quinque libris antiquitatum rerum humanarum fuit. Varronem igitur apud Festum quoque, ubi de tribubus agitur, laudatum invenimus p. 270 v. *Romilia*. L. Mercklinium *in quaest. Varronian.* (Dorpat 1852) p. 5 sqq. idem iudicavisse Teuffel *röm. Litteraturgesch.* [3] p. 286 adnotat.

[52]) Fest. p. 371 v. *viatores*. cf. Plin. *nat. hist.* XVIII 20.

Adde quae de Lemonia tribu tradita sunt apud Paul. Diac. p. 115 *Lemonia tribus a pago Lemonio*[53]) *appellata est, qui est a porta Capena via Latina,* de Romulia apud eundem p. 271 *Romulia tribus dicta, quod ex eo agro censebatur, quem Romulus ceperat e Veientibus,* unde eam sub Urbis fuisse moenibus intellegitur, cuius rei Dionysium citat auctorem Festus p. 270, et apud Varronem *de ling. lat.* V 9 p. 62 *quinta* (tribus) *quod sub Roma, Romilia*[54]). Romiliae gentis Mommsen[55]) ad quartum ab Urbe lapidem prope Deae Diae lucum sedes fuisse dicit, nescio quibus nisus argumentis. qua ex re, si quidem recte se habet, aliquid ad tribus Romiliae originem effici puto nec minus fortasse ex Romilii Vaticani, qui consul a. 299/455, deinde decemvir legibus scribendis fuit, cognomine a Belochio p. 29 allato.

De tribu Pupinia conferas Festum p. 233 *Pupinia tribus ab agri*[56]) *nomine* [*dicta, qui Pupinius dicitur inter*] *Tusculum urbem*[*que situs, cuius Lucilius me*]*minit: invictum* [*Pupinia fert,* (?) *quoi pauper agellu'*][56a]) (*e*)*st.* quem locum a Müllero ceterisque ex parte tantum redintegratum ipse restituere conatus sum. atque pro '— —] *minit*' scribendum esse *meminit* nemo puto negabit. ad *invictum* autem contuli Valerii Maximi locos hos: IIII 4, 4 *illi etiam praedivites, qui ab aratro arcessebantur, ut consules fierent, voluptatis causa sterile atque aestuosissimum Pupiniae solum versabant.... immo vero, quos pericula rei publicae imperatores adserebant, angustiae rei familiaris* (*quid cesso proprium nomen veritati reddere?*) *bubulcos fieri cogebant.* IIII 4, 5. 6. *Atilium* (*Regulum*) *autem, qui ad eum arcessendum a senatu missi erant, ad imperium populi Romani suscipiendum, semina spargentem viderunt: sed illae rustico opere adtritae manus salutem publicam stabilierunt: ingentes hostium copias pessumdederunt. — — — potest pauperes consolari Atilius, sed multo magis docere locupletes. — — — consulibus scripsit: vilicum in agello, quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse.* quibus locis adde ea, quae Columella *de r. r.* I 4, 2 sq. tradidit: *Primo iam Punico*

---

[53]) De Lemonio pago egit Nibby *viaggio antiquario nei contorni di Roma* I 237 sq.

[54]) cf. Festum l. c.

[55]) *röm. Gesch.* I[6] 45.

[56]) egit de eo pago Nibby *viaggio antiq.* I 249 sq. et *dintorni* II p. 665 sq. *l'agro pupinio corrisponde oggi colle tenute di Torre Nuova, Tor Vergata, Carcariola ec. nelle quali coincide la posizione e la distanza sovraindicta* (VIII milia passuum a Roma Liv. XXVI 9). *a questo si aggiunge la natura del suolo, che è un terreno sterile, ingrato, malsano e coperto di musco.* — Paul. Diac. p. 232.

[56a]) hemistichium posterius, cum in eo restituendo parum proficerem, O. Hirschfeld magister supplevit. — Festus p. 363 *Teretinatibus* [Müllero p. 362 est populus plane incognitus] *qui a flumine Terede dicti existimantur et syllaba eius tertia mutata et pro Terede Teram scribi debuisse.*

bello dux inclutissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur, fundum sicuti ne fecundissimum quidem soli, cum sit insalubris, ita nec effeti, si vel saluberrimus sit, parandum; quod Atilius aetatis suae agricolis maiore cum auctoritate suadebat peritus usu. nam Pupiniae pestilentis[57]) *simul et exilis agri cultorem eum fuisse locuntur historiae.* ultimum adiciam Valerii locum IIII 8, 1 *accedit enim pretio rei inaestimabile momentum occasionis, quae Q. Fabium Maximum — — ad hoc usque tempus laudabilem fecit. — — — fundum, quem unicum possidebat, vendidit, eiusque pretium Hannibali protinus enumeravit, si ad calculos revocetur parvum, utpote septem iugeribus et hoc in Pupinia addictis redactum: si animo erogantis, omni pecunia maius — — —.* Livius XXII 23 idem narrans de Pupinia tacet. iam quem quaeso fugit Valerium Maximum his locis Pupiniae cives prae ceteris laudare *historiarum*[57a]) (Columella l. c.) ut videtur scriptore aliquo in ea re usum auctore, cui curae fuit Pupiniae divolgare laudes, praesertim cum de nulla alia tribu simile quid narretur?

Itaque Pupinienses se, quamquam pauperrimi, tamen optimos, invictos, probissimos, impigerrimos cives gerebant, Fabium, Atilium, alios viros celeberrimos in suis numerabant, summum inter cives ordinem appetebant[58]). Lucilium autem hoc loco a Festo (vel potius a Verrio Flacco) citatum esse ex his evinci potest, quod is Horatio teste[59])

primores populi arripuit populumque tributim

i. e. non ut plerique volunt, populum universum, sed populum per tribus scilicet ex tribus cuiusque indole. Quod eum fecisse conicio in *saturarum* libro tricesimo, in quo et de re publica et de tribubus eum dixisse quaedam apparet ex v. 128 M. et v. 10.

et saevo ac duro in bello multo optimus hostis

hoc igitur loco fortasse *arripuit populum tributim.* ac nisi fallor versus aliquot ex ea saturae restant parte, veluti

Calvo' Palantina quidam vir non bonu' bello[60])

---

[57]) confer de agri Pupinii exilitate, quae Varro *de r. r.* I 9, 5 disserit *itaque in iis* (sc. terrae discriminibus) *ut in Pupinia neque arbores prolixas neque vites feraces neque stramenta videre possis neque ficum mariscam et arbores plerasque ac prata retorrida et muscosa contra — — —*

[57a]) cf. Plin. *nat. hist.* XVIII 19 *ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri, ut fas est credere* (nempe historiis) *gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore cet.*

[58]) nec tamen umquam probaverim, quae Ursinus homo sagacissimus de Pupiniae et Papiriae tribuum bello ad Festum p. 233 v. *Papiria* coniecit; conferas quoque velim Mommsenum *röm. Tribus* p. 13.

[59]) *Sat.* II 168 sq.

[60]) lib. XXX v. 128 Müll.

– ∪ ∪, – ∪ ∪, *prima Papiria Tuscolidarum*[61])
Priverno Oufentina venit fluvioque Oufente[62]),

denique versus, quem modo restitui:

invictum [*Pupinia fert*, (?) *quoi pauper agellu'*] *est.*

Sed redeo ad institutum. conferendus quoque de Pupinia est Pauli Diaconi p. 232 locus: *Pupinia tribus dicta ab agro Pupinio.* cum de agro ubi situs fuerit satis[63]) constet, de tribus Pupiniae territorio res certa est: fuit enim infra Tusculum dextrorsus Gabios, octavo ab Urbe lapide.

Papiria ubinam sita fuerit, facili adsequi possumus coniectura. etenim Tusculani a. 373/381, cum in viginti quinque tribus Romanus ager divisus tribuumque numerus expletus[64]) esset, in civitatem recepti et Papiriae attributi sunt. quod fieri non potuit, nisi Tusculum agro Papirio proximum fuisset: tum enim continui tantum agri singulis adscripti sunt tribubus.

Fabiae tribus territorium prope Cremeram rivum situm fuisse conicio, cuius in dextra ripa Fabii illi trecenti sex excubantes perierunt. Fabiorum enim in Veientes exsecrabile odium, si fundis Veienti agro finitimis ideoque saepissime et crudelissime ab hostibus vexatis usi sunt, optime explicari posse mihi videtur. neque in alius gentis fundis praesidium collocare potuerunt, nisi ille ager incultus vel publicus fuit. ceterum vix credendum est Fabios suos reliquisse fundos aliosque petivisse, in quibus instaurandi haud exiguam consumerent operam. — Beloch, p. 30 Fabiam tribum, id quod iam Nibby quamquam dubitans proposuerat, in monte Albano collocavit, Plinio[65]) auctore ([*F*]*abienses ex monte Albano*); sed Mommsen[66]) recte, quod traditur in codicibus *Gabienses* in *Cabenses* mutavit. ceterum Albam Albanumque montem ex eo, quod in Quirina, ut videtur, censentur non ante a. 513/241 in civitatem Romanam recepta esse infra ostendam. quod denique *sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiae* (Liv. V 46 cf. V 52), nihil ad hanc quaestionem pertinet; neque enim in Quirinali monte Fabiae gentis sedes erant[67]), quippe quos ea sacra

---

[61]) inc. v. 24 M.

[62]) inc. v. 25 M.

[63]) diserte eum describit Livius XXVI 9. ex Ciceronis verbis *de leg. agr.* II 96 et ex Livio VIIII 41 hoc sane cognosci potest agrum eum Romae proximum fuisse.

[64]) Liv. VI 5. ep. VI. Huschke *Serv. Tull.* 665. Mommsen. p. 10. 133. — Diac. p. 232 *Papiria tribus a Papirio* (num pago sive agro?) *vocata.*

[65]) Plin. *nat. hist.* III 64. cf. Nibby *dintorni* III 19—21: *non è difficile che dal nome Fabia corrotto in Fupia e Papia* [?] *derivi la moderna denominazione di Rocca di Papa. questa diè origine alla tribù di questo nome.*

[66]) *bull. dell' inst. arch.* 1861 p. 205.

[67]) id quod Mommsen coniecit *röm. Gesch.* I ^{6} 51 not. cf. Jordan *Topogr.* I 192.

non in suo pago diis facere oportebat, neque Fabia tribus ex pago aliquo Fabio, nisi qui extra Romae pomerium situs erat, extitisset.

Galeriam tribum trans Tiberim cis eum rivum, cui nunc *Galerae* nomen est, fuisse Nibbio[68]) auctore coniecit p. 29 Beloch.

Polliam tribum Beloch, quamquam dubitans, ob malignitatem[69]), qua in Tusculanos usi sunt tribules, prope Papiriam sitam fuisse, suspicatur.

Horatiam tribum idem ad Albanum montem fuisse ex eo coniecit, quod postea Ariciam Horatiae tribui adscriptam esse constaret: sed falso. errat enim Ariciam a. 416/338 in civitatem integram una cum Nomento, Pedo, Lanuvino receptam esse existimans. Quae oppida cum ob alias causas, quas infra explicabo, tum iam ideo non civitatem optimam tum adepta esse credam, quod Nomentum, cum Clustuminam et Claudiam attingeret, tamen in Cornelia tribu censebatur et quod ager inter Ariciam et fossam Cluiliam Quirinae erat adiunctus.

Tribus illae veteres rusticae utpote ex gentium patriciarum[70]) pagis ortae earum nominibus sunt appellatae, qua de re conferas ea quae supra de Claudia et Romulia exposui. subiungam igitur indicem earum tribuum quae ex gentibus patriciis nobis satis notis nomen traxerunt. sunt autem hae:

tribus	orta est	ex gente[71])
Aemilia		Aemilia
Cornelia		Cornelia
Fabia		Fabia
(Galeria)		(Galeria)
Horatia		Horatia
Menenia		Menenia
Papiria		Papiria
(Pupinia)[72])		(Pupinia)
Romulia		Romilia
Sergia		Sergia

[68]) Nibby *dintorni* II[2] 92 sqq. *La sua etimologia è incerta: alcuni trar la vorrebbero dal fiume Galeso che essendo nell' agro tarentino* [?] — — — *nulladimeno è troppo distante da Roma per aver dato nome ad una delle tribù rustiche di Servio Tullio. A me sembra più probabile e più naturale, che il rivo Galera, che traversa una gran parte dell' agro veiente conquistato da Anco Marzio, quarto re di Roma, e che nasce sotto Cesano, ed influisce nel Tevere presso alla stazione, perciò denominata ponte Galera 9 miglia e mezzo circa fuori di porta Portese, desse nome alla tribù, come quello che era il più considerabile frai rivi che bagnavano le terre di quel distretto.* — nomen *Galerae* inde ab saeculo undecimo post Chr. n. reperiri idem observavit Nibby.

[69]) Liv. VIII 37. Val. Max. VIII 10, 1.

[70]) Mommsen. *röm. Tribus* p. 6 sq. Marquardt *Staatsverw.* I[2] 5.

[71]) satis erit eum, qui haec leget, ad illa testimonia revocare, quae Teuffel, Haakh Fuchs in Paulyi *encycl.* de iis gentibus rettulerunt.

[72]) Pupinia et Galeria tribus hoc loco fortasse fuerunt omittendae; nam qui adhuc innotuerunt Pupinii et Galerii gentiles, plebei fuerunt cf. de Pupiniis Gruteri in-

Voturia	Voturia
Claudia (quae postea accessit)	Claudia.

nondum autem innotuerunt gentes eae, a quibus nomen duxerant tribus hae:

Camilia
Lemonia
Pollia
Voltinia

Ager ille tributim descriptus, qui usque ad Anienem et Tusculum, quod nondum tunc in civitatem erat receptum, pertinebat, plus minusve decem milia passuum in longitudinem, viginti quattuor in latitudinem habebat, itaque ducenta quinquaginta [73]) milia passuum complectebatur quadratorum. singulae igitur tribus [74]), quibus is ager conficiebatur, si eadem fere omnes erant magnitudine, ad $\frac{CCL}{XV}$ vel plus sedecim milia passuum erant quadratorum. atque ad eam rem congruit, quod Romulia ab Urbis moenibus usque ad quartum saltem [75]) lapidem pertinebat, et in via Latina usque ad decimum ab Urbe lapidem duarum saltem tribuum erant territoria, Lemoniae ex Romae venienti prioris, deinde Papiriae.

Tribus autem illas vetustissimas mox novae secutae sunt duae, Claudia [76]) et Crustumina [77]) (Clustumina). qua de re Livius II 16, 4 sq. haec narrat: (*Appius Claudius*) *ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit. his civitas data agerque trans Anienem situs* [?]; *Claudia tribus, additis postea novis tribulibus, qui ex eo venirent agro, appellata.* accuratius sic exponit Dionysius (V 40) ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εἵς τε τοὺς πατρικίους αὐτὸν ἐνέγραψε καὶ τῆς πόλεως (i. e. agri Romani) μοῖραν (= partem, regionem) εἴασεν, ὅσην ἐβούλετο λαβεῖν

---

dicem ad *inscriptionum thesaur.* p. 247 et de Galeria gente Galerium Trochalum cos. 820/68 (Pauly *encycl.* III 588) et Vitellii uxorum Galeriam Fundanam (cf. Eckhel *doctrina num. vet.* VI 315).

[73]) Schwegler *röm. Gesch.* II p. 684 de Romano agro dicit: *seine Markung mag damals* [493/261] *acht Quadratmeilen umfasst haben.* Beloch *ital. Bund* p. 69 accuratius agri huius fines computat: *'einschliesslich Gabii und Fidenae, aber mit Ausschluss des Albanergebirges, 87.412 Hektar, dazu die obigen 4 Gemeinden* [Marino, Castel Gandolfo, Albano, Rocca di Papa], *um Albano 10.863 Hektar, also Ager Romanus um 500 v. Chr. 98.275 Hektar = 17·85 geogr. Q.-M.'* quo de numero si sumpseris vicos illos ad Albanum montem sitos, quos infra Belochium male huc retulisse dicam, restant 87.412 HA. = 15·87 mill. geogr. quadr. = 397 mill. quadr. Rom. praeterea autem Romam ipsam et tribuum Clustuminae et Claudiae territoria excludam, i. e. tertiam fere partem eius agri. restant igitur 10 mill. quadr. geogr. = 250 mill. quadr. Rom.

[74]) omissis tribubus quattuor urbanis, quae circa Urbis iacebant pomerium.

[75]) de eo enim constat.

[76]) de Claudia tribu egerunt Schwegler II 57 sqq., Mommsen *röm. Trib.* p. 6 sq., Hoffmann *patricische und plebeische Curien* 1879, p. 63 sqq.

[77]) de hac tribu egerunt Mommsen *röm. Forsch.* I, 187 sqq., Hoffmann l. c.

εἰς κατασκευὴν οἰκιῶν χώραν τε αὐτῷ προσέθηκεν ἐκ τῆς δημοσίας τὴν μεταξὺ Φιδήνης καὶ [Φ]ικ[ολνέ]ας[78]) ὡς ἔχοι διανεῖμαι κλήρους ἅπασι τοῖς περὶ αὐτόν, ἀφ' ὧν καὶ φυλή τις ἐγένετο σὺν χρόνῳ Κλαυδία καλουμένη καὶ μέχρις ἐμοῦ διέμεινε τὸ αὐτὸ φυλάττουσα ὄνομα[79]). fuit igitur in eo loco, quo Corniculum, oppidum priscum, fuisse ferunt.

Clustumina autem, quonam tempore exstiterit, dubium[80]): certe, ut plerisque videtur, post sedecim, quae ex patriciis gentibus appellatae sunt, tribus rusticas institutas. fuit autem in loco Crustumerii oppidi cf. Paulum Diac. p. 55 *Crustumina tribus a Tuscorum urbe Crustumeria* (trad. *Crustumena*) *dicta est.* deleti, in agro Crustumino, de quo, ubi situs fuerit, satis constat, cf. Liv. II 32, ubi quae per *secessionem Crustuminam*[81]) facta sint narrantur: *dicitur — — Licinio quodam auctore iniussu consulum in Sacrum montem secessisse. — trans Anienem amnem est, tria ab Urbe milia passuum,* Fest. p. 318. *sacer mons trans Anienem, paullo ultra tertium miliarium,* Cic. Brut. 14, 54, *cum plebes prope ripam Anienis ad tertium miliarium consedisset.* praeterea conferas quaeso quem de Allia flumine ex *Crustuminis montibus* orto, ad XI (sive VI) ab Urbe lapidem in Tiberim defluente supra attuli Livii locum V 37, 7 et Plin. *nat. hist.* III 54 *Tiberis — — intra sedecim passuum Urbis Veientem agrum a Crustumino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano dirimens.* itaque Crustumerium Sabinum oppidum nominari potuit; cf. Liv. XXXXII 34 *Sp. Ligustinus tribus Crustuminae ex Sabinis sum oriundus,* Plut. *Rom.* 17, Steph. Byz. v. Κρουστομερία[82]).

Romanorum scriptores iam anno 259/495 tribus viginti unam fuisse sibi persuaserant, id quod colligitur ex Liv. II 21: *Romae tribus una et viginti factae*[83]). accedit locus ille famosus Dionysii Halicar-

---

[78]) in codicibus quidem Πικετίας traditur, quod corruptum oppidi nomen coniectura satis probabili Bormann *Chorograph.* p. 251 not. 508 in Φικολνέας emendavit, cf. Hoffmannum *patr. u. pleb. Curien* p. 64, not. 58; Kiessling neglexit.

[79]) conferendi praeterea Verg. Aen. VII 706 — 709 et Appiani fragm. *de regibus* 11.

[80]) anno 261 / 493, quo plebs in montem Sacrum secessit, ut quidem Hoffmanno l. c., 65 sqq. placuit, contra, si Mommseno (*röm. Forsch.* I 188) fidem habere mavis, anno 283/471, quo lex Publilia de plebiscitis est rogata.

[81]) Varro *de ling. Lat.* V 81.

[82]) cf. Schweglerum I, 479, Zoellerum 134 sqq., Belochium 29 sq. Nibby *dintorni* I 535 sq. in alio Crustumino agro, quem Plinius in Etruria situm diceret tribum constitutam esse putat. cf. quoque Varronem *de r. r.* I 14, 3 *ad viam Salariam in agro Crustumin[o]* — — —. idem I 15 agrum Crustuminum, Columella V 10, 18 et XII 10, 4 pira Crustumina i. e. in agro Crustumino consita commemorat.

[83]) exaratum quidem est in libris mss. *XXXI.* sed Livium tam perverse de his rebus statuisse nemo puto existimabit. nihil ad Livii locum sanandum confert is qui epitomas conscripsit, cum etiam quaedam, quae Livius ipse non tradiderat, alio quodam fonte usus sive ex suo animo proferat *Claudia tribus adiecta est, numerus tribuum*

nassensis VII 64[84]), ubi de causa, quam Coriolanus apud comitia tributa dixit, agit: (a. 263/491) μιᾶς γὰρ καὶ εἴκοσι τότε φυλῶν οὐσῶν, αἷς ἡ ψῆφος ἀπεδόθη, τὰς ἀπολυούσας ἔσχεν ὁ Μάρκιος ἐννέα, ὥστ' εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαί, διὰ τὴν ἰσοψηφίαν ἀπελύετο ἄν, ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίου. iam cum Coriolanum novem suffragiis absolutum, undecim vel tredecim condemnatum esse appareat, viginti vel viginti duas, non viginti unam tribum fuisse colligas. nec quo modo ἰσοψηφία potuerit fieri intellegitur, nisi viginti vel viginti fuerunt duae tribus. certe ridiculus[85]) is videretur error Dionysii. antiquos autem iam in Dionysii exemplaribus haec legisse aliquis fortasse coniecerit. Plutarchus certe, quem in Coriolani vita totum fere a Dionysio pendere[86]) constat, c. 20 haec dicit: τέλος δ'αὖ ταῖς φυλαῖς τῆς ψήφου δοθείσης αἱ καθαιροῦσαι τρεῖς ἐγένοντο. quod ut probandum sit vereor, cum Dionysius duobus aliis locis VIII 6 et VIII 24 Coriolanum duobus suffragiis (δυσὶ ψήφοις), cum reliquorum

---

expletus est, ut essent viginti una. sed de hoc etiam numero dubitari potest; traditur enim libris mss. *XXII* vel *XXXII*, quos numeros homo quidam ineptus fraudulenter invexisse videtur, Claudiam tribum ad viginti unius vel viginti duarum tribuum numerum, quem apud Livium invenerat, accessisse ratus. Mommsen *röm. Tribus* p. 7 sq. in Livii ipsius quem vocant textu numerum *XXXI* delevit et haec tantum verba ex annalium quodam scriptore sumpta a Livio esse profecta coniecit: *Romae tribus factae.* quam sententiam postea quoque *röm. Forsch.* I 118 sq. not. 18 defendit hac fere usus argumentatione: Livium ipsum tribuum numerum non indicasse, quod si tamen fecisset, annalium fortasse scriptorum veterum auctoritate commotus, nos non habere quod coniciamus illos de tribubus viginti una vetustissimis, quonam tempore factae essent, nihil satis certi repperisse, sed ipsos, cum fabulam de Claudiis Romam traductis et de *vetere* [?] *Claudia tribu* (Liv. II 16) ad certum annum relatam non invenissent et a. 259/495 primos e Claudia gente consules factos esse ex fastis consularibus cognovissent, hanc coniecturam de Claudia tribu ad eum annum ipsum (dico a. 259/495) rettulisse statuamus oportere. cur autem postea annalium scriptores Claudios aliquot iam annis ante a. 250/504 Romam venisse tradiderint, facile esse intellectu. certe inde ab a. 283/471 viginti unam tribum fuisse; comitia enim tributa, quae e lege Publilia fieri coepta esse constat, nisi suffragiorum numero impari haberi non potuisse. idem Mommsen *röm. Gesch.* I[6] 278 Clustuminam e lege Publilia demum factam esse coniecit.

[84]) egerunt de eo Mommsen *Tribus* p. 9, *röm. Forsch.* II 138, Schwegler II 352 not. 4.

[85]) Mommsen l. c. haec dicit: *die dionysische Erzählung ist wahrscheinlich ein mathematisch wie poetisch gleich verunglückter Versuch, die Erzählung von Coriolan mit den annalistischen Angaben auszugleichen.* antea idem vir doctus hunc locum coniectura parum felici emendare conatus est verbis μιᾶς γὰρ καὶ εἴκοσι τότε φυλῶν οὐσῶν, ut quae a librario quodam addita esse duceret, eiectis. qua de coniectura recte iudicavit Grotefend *imp. Rom. trib. descr.* p. 9, not. 6. J. J. Müller in *Philologi* vol. XXXIV (1876) p. 108 sqq. monuerim quoque iisdem fere verbis Plutarchum *Tib. Gracch.* c. 12 comitia tributa describere ita: (Gracchus) τοὺς πολίτας εὐθὺς ἐκάλει τὴν ψῆφον ἐπιφέροντας· οὐσῶν δὲ πέντε καὶ τριάκοντα φυλῶν, ὡς αἱ δέκα ἑπτὰ τὴν ψῆφον ἐπενηνόχεισαν καὶ μιᾶς ἔτι προσγενομένης ἔδει τὸν Ὀκτάβιον ἰδιώτην γενέσθαι.

[86]) cf. Schwegler *röm. Gesch.* I 121. Mommsen *röm. Forsch.* II 116.

numerus, et quibus condemnatus et quibus absolutus est, par esset, diserte dicat[87]) condemnatum esse. quae cum ita sint, coniectura hunc locum sanandum esse existimo. quis enim Dionysium, hominem quamquam non perinde ingeniosum, tamen scitum et sana mente praeditum tam perverse et inepte scribere potuisse credet neque ab aequalibus, vel etiam a librariis errorem illum quodam modo correctum esse putet? quem equidem eos profecto emendaturos fuisse persuasum habeo. pluribus igitur Dionysii editionibus adhibitis, ut quae viri docti huic loco remedia repperissent, cognoscerem, quod vidi, omnino non sunt conati medicinam adhibere aut parum profecerunt ea adhibita. sive igitur Plutarchi iam aetate corruptus fuit hic locus, sive id quod mihi magis placet, media demum corruptus est aetate, in archetypo sic fere scriptum tum fuisse suspicor:

ΔΙΑ ΤΗC ΙΑ'ΨΗΦΟΥ ΑΠΕΛΥΕΤΟ ΑΝ,

quae librarius mutavit in:

ΔΙΑ ΤΗΝ ΙCΟΨΗΦΙΑΝ ΑΠΕΛΥΕΤΟ ΑΝ

vel si error ille ea aetate, qua iam minusculis quas vocant utebantur litteris, commissus est,

δια της ια'ψηφου απελυετο αν

mutata sunt in scripturam hanc

δια την ισοψηφιαν απελυετο αν.

itaque in Dionysii loco διὰ τῆς ια' ψήφου[88]) ἀπελύετο ἄν legendum esse conicio[89]).

§. 2. De tribuum inde ab a. 271/483 usque ad. a. 513/241 territoriis.

Livius IIII 47 (ad a. 336/348) Labicis expugnatis senatum censuisse narrat, ut colonia eo deduceretur. *coloni ab Urbe mille et quingenti* (?) *missi bina iugera acceperant.* Bolas a. 339/415 occupatas, a. 340/414 omissas iterumque captas esse idem IIII 49 tradit. Labicos quoque V 16 (ad a. 356/397) coloniam dicit; recte autem Mommsen (*röm. Gesch.* I[6] 347, not.) Labicos coloniam deductam esse negat civibusque Romanis viritim potius agrum adsignatum esse exi-

---

[87]) ceterum de lege illa (ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίου) cf. Dionys. IIII 20. VII 59, quos locos attulit Huschke in censura commentationis Mommsenianae de tribubus in Schneideri ephemeride *Kritische Jahrbücher für Rechtswissenschaft* XVIII (1845) p. 585.

[88]) potuit quoque ΨΗΦ pro ΨΗΦΟΥ per compendium scribi.

[89]) cf. Gardthausen *griech. Palaeographie* p. 286: *Die Ordinalzahlen unterscheiden sich von den Cardinalzahlen durch die überschriebenen flectirten Endungen, wie sie der Zusammenhang erfordert. Häufig ist aber auch nur ° und zuweilen selbst nicht einmal dieses überschrieben, so dass die Grundzahlen von den Ordnungszahlen nicht mehr unterschieden sind.*

stimat, quamquam ego etiam de ea re dubitaverim. nam apud Livium VI 21 (ad a. 371 / 383) Labicani etiam tum liberi sunt et in eodem iure, quo Gabini et Tusculani. postea igitur, si quidem in civitatem sunt recepti, quod probabile esse recte statuit Zöller (*Latium und Rom* p. 333), cives Romani facti sunt, ut mihi quidem videtur, eo tempore vel paullo ante, quo Maecia et Scaptia tribus sunt institutae.

Ea demum aetate, quae erat post Romam a Gallis captam, accuratius et diligentius veteres scriptores ea quae ad tribus pertinebant potuerunt explicare. ac primum quidem referunt per ea bella, quae Romani ante Gallicum tumultum cum Veientibus, Capenatibus, Faliscis gesserant, multos hostes ad Romanos transfugisse et ab iis aliquot annis post civitate et agro ex iure Quiritium donatos esse. quod a. 365/389 factum esse Livius (VI 4, 4) adfirmat. duobus annis post *tribus quattuor ex novis civibus additae Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnensis* VI 5, 8. ep. VI. quas tribus inde a finibus agri Romani prioribus i. e. inde a veterum tribuum finibus Veios versus Capenamque trans Tiberim collocari oportuit. atque omnes etiam nunc ubi olim fuerint sitae ostendere possumus. ceterum videmus eas a Livio illo ordine, quo quis ab oriente veniens ad mare progreditur, atque eo ipso ordine quem postea lege sanctum esse infra probare studebo, enumeratas esse.

De Stellatina haec refert Festus p. 343: *Stellati[na tribus dicta non a campo] eo, qui in Campania est, sed eo, qui [prope abest ab urbe Ca]pena, a quo Tusci profecti St[ellatinum illum] campum appellaverunt.*

De Tromentina Paul. Diac. p. 367: *Tromentina tribus a campo Tromento dicta.* de hoc campo nihil aliunde constat. cum autem postea Veientes quoque municipes in Tromentina censerentur, campum Tromentum itaque tribum Tromentinam in eorum finibus situm fuisse manifestum est.

Sabatina Paulo Diacono p. 342 vel Festo p. 343 teste *e lacu Sabate dicta.*

Arnensis, ex quo loco sit appellata, neque a scriptoribus diserte traditur neque ex titulis apparet. sed quod iam pridem H. Kiepert[90]) coniecit, veri simillimum est hanc tribum ab Arne [vel Arone] fluvio nomen traxisse. ita aliae quoque tribus a fluviis, rivis, lacubus, paludibus nomina acceperunt, Aniensis, Galeria (?), Oufentina, Pomptina, Sabatina, Teretina, Velina.

Ager trans Arnem fluvium et Sabatinum lacum situs tunc quidem civibus Romanis non fuit adsignatus, id quod ex eo intellegi

---

[90]) *histor.-geogr. Schulatlas* Weimari 1864, p. 20. — Klotz in *lexico Latinae linguae* I [3], 521 et Forbiger in Paulyi *Encycl.* I [2], 1750 s. v. *Arnus* et alii Arnensem ab Arno fluvio nomen traxisse male coniecerunt.

potest, quod Fregenae tum Caeritium fuerunt (cf. Belochium p. 114. 122), Capenates autem postea in Quirina censebantur. hi itaque illo tempore fines agri Romani erant: Aro fluvius, Sabatinus lacus, unde linea ad Tiberim ita ducebatur, ut Capena eximeretur; ceteri agri Romani qui antea cis Tiberim fuerant fines.

Mox Tusculani a. 381 / 373 in civitatem recepti ad tribus Papiriae finitimae tribules accesserunt. paullo post, quem Romani in Volscorum finibus ceperant agrum Pomptinum, rem *possessionis haud ambiguae* (Liv. VI 5, 2) civibus senatus per quinqueviros adsignari iussit (anno 371/383). anno 396/358 ex civibus illis *duae tribus Pomptina et Publilia additae* Liv. VII 5, 12 cf. epit. VII et Paul. Diac. p. 232: *Pomptina tribus a Pomptia urbe est dicta* et Fest. p. 233: [*Pomptina tribus a Pome(?)*]*tia ur*[*be est dicta, a qua etiam palus Pomp*]*tina* [*appellata est prope Terracinam*]. de hac Pomptia vel Pometia (Suessa Pometia) urbe videas quaeso, quae exposuerunt Forbiger in Paulyi *enc.* VI 1475. *geogr.* III² 477, Zöller[91]) 330 sqq. Beloch p. 49. Pomptinam tribum non, id quod Beloch falso, opinor, coniecit, in paludibus Pomptinis, sed prope eas fuisse existimo; nam si in paludibus illis fuisset eaeque post Pomptinam et Publiliam demum constitutas ortae essent, altera certe perire debuit. satis probabilem autem de agri Pomptini situ protulit coniecturam Zoeller[92]), qui eum a Lanuvio et Velitris usque ad Satricum et Hernicorum montes pertinuisse statuit.

P o b l i l i a m cur prope Hernicorum agrum fuisse inde quod postea Hernicorum civitates in ea tribu censebantur putem, infra docebo p. 23. sed hoc loco non silentio praetermittenda esse ea censeo, quae Mommsen *trib.* p. 209 sq. in mutilo Festi loco p. 233 restituit: *Pop*[*l*]*i*[*l*]*ia* (traditur *Popillia* et apud Festum et apud Paul. Diac. p. 232) *tri*[*bus q*(*uae*) *ultima olim erat VII et XX tri*]*buum, tot enim fue*[*runt ea addita, a Popliliorum progenitr*]*ici*(*s*)[93]) *nomine ap*[*pellata est eadem ratione, qua curia*] *Pinaria a sororis P*[*inarii, qui Herculi prima sacra fecit no*]*mine,* quae neutiquam probaverim, praesertim cum haud apta mihi videatur illa coniectura *ultima septem et viginti tribuum.* nec fortasse recte Mommsen totum hunc locum ad Pobliliam tribum rettulit. fuit potius, id quod mihi ex Pinaria curia eodem loco commemorata apparere videtur, curia quaedam Popillia. curias autem et tribus a

---

[91]) Zoeller *Latium u. Rom* 331 sq. Velitras et Suessam Pometiam idem fuisse oppidum probare studuit.

[92]) p. 331; omnia certe quibus ibi usus est Zoeller argumenta probaverim. conferas quaeso praeterea Clasonium IV 74 sq., 413 sqq., apta inepta, ut solet, miscentem.

[93]) traditur ...]*lici.*

Paulo aliis quoque locis confusas esse constat; cf. Mommsen. *röm. Forsch.* I² 141 sqq.

Paullo post bello Latino confecto civium Romanorum ager eis pagis auctus est, quibus Tiburtes Praenestinique pace pacta multati sunt. novi agri a. 422 / 432 in Maecia et Scaptia inscripti sunt, cf. Liv. VIII 17, 11 (epitomator omisit) *eodem anno census actus novique cives censi. tribus propter eos additae Maecia et Scaptia. censores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Postumius.* de Maecia Paul. Diac. p. 136 haec habet: *Maecia a castro quodam sic appellata.* Liv. VI 2, 8 locum quemdam *ad M[a]ecium* dictum esse refert non procul a Lanuvio situm, ex quo tribus illa nomen cepisse mihi videtur.

De Scaptia Festus p. 343 haec tradidit: *S[captia tribus a no]mine Scaptiae*[94]) *[appellata, quam Latini*[95])*] incolebant;* cf. Paul. Diac. p. 342: *Scaptia tribus a nomine urbis Scaptiae appellatur.* Scaptiam oppidum in via Gabina ad XVI fere lapidem ab Urbe sitam fuisse, ubi hodie est Passerano vicus, Nibby ostendit[96]). Maecia et Scaptia igitur inter Maecium locum et Scaptiam urbem Anienemque fluvium fuisse videntur, ita ut Labicani Bolanique, quos vix recte iam octoginta fere annis ante a Romanis captos esse auctores narrant, non autem Praeneste atque Pedum, in eas reciperentur[97]).

Post a. 422/232 viginti novem fuisse tribus etiam ex Valerii Maximi loco, quem Huschke[98]) attulit, apparet: VIII 1, 7 *Q. Flavius (augur) a C. Valerio aedili ad populum reus actus, cum quattuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit, se innocentem opprimi. cui Valerius ..... respondit, nihil sua interesse, nocensne an innoxius periret, dummodo periret. qua violentia dicti reliquas tribus adversario donavit. abiecerat inimicum; eundem dum pro certo pessumdatum credidit, erexit victoriamque in victoria ipsa perdidit.* quam causam dictam Pighius et Colerus et Iustus Lipsius in annotationibus ad Valerium Maxi-

---

[94]) Clason V 282 sq., Forbiger in Paulyi *Encl.* VI 855, cf. Haakhium ibd. s. v. *Scaptia.*

[95]) alii *Pedani* Ursino auctore male Livium (VIII 14) interpretato legunt, cf. Nibby *dint.* III 67.

[96]) *dint.* III 68 *in questo tratto il casale moderno di Passerano è il solo che non solo conserva le traccie di essere stato anticamente una borgata, ma ancora avanzi antichi che confermano questa opinione, e perciò io credo di ravvisare in esso le vestigia di Scaptia.* Nibby recte fortasse *Passerano* nomen iam antiquitus usitatum fuisse coniecit coll. Varrone *de r. r.* III 2 al.

[97]) taceo de Lanuvio, Nomento, Pedo, Aricia, quae oppida mihi tunc civitatem sine suffragio consecuta esse videntur, cf. Zoellerum 400 sqq.; quodsi Lanuvium in Maecia censebatur, id (Nibby *dintorni* II² p. 132) optime ad eos, quos modo descripsi, Maeciae tribus fines quadrat. ceterum nullo alio Latii loco Maeciae vel Scaptiae invenitur vestigium.

[98]) *Servius Tullius* 730 sq., cf. Langium II³ 486. 584.

mum ad Livium VIII 22 rettulerunt, ubi quae anno 425 / 329 gesta sunt enarrat. Q. [sive M. apud Livium] Flavius reus a quattuordecim tribubus condemnatus exclamat, veritus scilicet, ne insequente suffragio prorsus condemnaretur. Valerius aedilis autem *victoriam in victoria ipsa* i. e. iam victurus, insequente sc. decimo quinto suffragio, per superbiam perdidit. itaque ex quattuordecim prioribus reliquisque quindecim suffragiis novem et viginti tribuum numerus efficitur.

Deinde Volscis et Campanis iis, qui in septemtrionem vergunt, subactis in agris Falerno et Privernate multa civibus praedia data sunt simulque Tarracinam (Anxur) colonia civium Romanorum deducta est a. 425/329: ex quibus paucis iam annis post duae tribus novae fieri potuerunt a. 436 / 318; cf. Liv. VIIII 20, 6 *duae Romae additae tribus, Ufentina ac Falerna*, cf. ep. VIIII.

Oufentina tribus ex Privernate agro facta est. ad quem Tarracinensis colonia et Privernum oppidum accesserunt, quod inde apparet, quod postea quoque Privernates[99]) et Tarracinenses[100]) in Oufentina censebantur. idemque Festus tradidit p. 194 *Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Oufens, quod est in agro Privernate mare inter et Tarracinam. Lucilius* (trad. *Lucretius*): *Priverno*[101]) *Oufen*[*t*]*ina venit fluvioque Oufente. postea deinde a censoribus alii quoque diversarum civitatum eidem tribui sunt adscripti* cf. Paul. Diac. p. 195.

Falerna tribus ab agro Falerno in dextra Volturni ripa sito nomen traxisse videtur. postea ad hanc tribum plurimae vicinae regiones accesserunt. — eo, quod secutum est, bello altero Samnitico, civium Romanorum ager non multum auctus est. Samnites enim, Marrucinos, Marsos, Paelignos, Frentanos tunc agro non esse multatos, intellegitur ex Liv. VIIII 45. Aequorum autem *nomen prope ad internecionem deletum*[102]) est. fortasse et Hernici, de quibus una cum Aequis triumphatum[103]) est, agro multati sunt. qui ibi sedes quaesiverant cives, in novis duabus tribubus a. 455 / 299 censi sunt Aniensi ac Teretina. *et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverrione censoribus tribusque additae duae, Aniensis ac Teretina*[104]).

Teretina, quod Mommsen[105]) recte, ut mihi quidem videtur, coniecit, a Terete fluvio, cui et Teredis et Treri nomen fuit, appellata

---

[99]) Grotefend *imp. Rom. trib. descr.* p. 72.

[100]) cf. C. I. L. VI 3884 et Grotefend *imp. Rom. trib. descr.* p. 80.

[101]) Privernum ipsum tunc municipium sine suffragio fuit, cf. Liv. VIII 21 (ad a. 425 / 329). quonam autem tempore in civitatem sit receptum, dubium est, certe ante Lucilium; cf. frg. inc. 7 M.

[102]) Liv. VIIII 45.

[103]) Liv. VIIII 43. 45.

[104]) Liv. X 9, 14 epit. X.

[105]) Mus. Rhenan. vol. XII (1857) p. 467. conferendi praeterea Ritschl ibid. XV (1860) p. 637 = *opusc.* IV 760 sq. Grotefend *imp. Rom. tr. descr.* p. 4 not. 12.

est et a Treri imi ripa dextra usque ad Lirim pertinuisse mihi videtur, ita ut postea Interamna, Casina, Minturnae ei attribui potuerint[106]).

Aniensis ab Aniene fluvio dicta est fuitque inter Tibur et Carseolos; diserte de ea tribu nihil auctores referunt.

Anno 486/268 Sabinis[107]), nisi qui iam cives Romani erant, civitas data est novique ii cives paullo post a. 512/242 vel 513/241 in duas tribus sunt relati, Velinam et Quirinam. cf. Livium ep. XVIIII *duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.* quod si viri docti[108]) Quirinam tribum necessitudine quadam cum Quirino deo coniunctam esse statuunt tamquam Romani hanc tribum ideo instituerint atque appellaverint, quod tribuum numerum explere tribumque illam utpote extremam fausto nomine appellare voluissent[109]), id me nequaquam probare fateor. immo recte Festus[110]), Varrone opinor auctore, de Quirinae origine haec tradit: *Quirina tribus a Curensibus Sabinis appellationem videtur traxisse.* ceterum totam fere Sabinam in Quirina censam esse satis constat[111]). — de Velina infra agam[112]).

§. 3. De tribuum inter a. 271/483 et 513/241 indole et ratione.

Sed hanc quaestionem de tribuum singularum origine non prius absolutam dici licebit quam difficultates nonnullae, quas ei inesse supra ostendi, sublatae fuerint. quas ad tollendas aliquid quidem me ipsum collaturum esse spero. mirum enim cum mihi videretur, quod Ostienses in Palatina, non in alia ex tribubus undeviginti antequissimis, cui quidem finitima erat Ostia, Antiates vero in Quirina ferebant suffragia, Latium totum exceptis illis Latinorum oppidis, quae usque ad bellum sociale libera erant, adiacentesque regiones, quomodo tributim discriptae fuissent, diligentius perscrutatus, id quidem cognovi nullam tribum fuisse, ad quam novi tribules accessissent ex regionibus inter Romam eiusque tribus territorium sitis: neque in Falernam tribum ex Falerno agro ortam neque in Aniensem quae Aequorum erat agri tribum neque in Hernicorum Pobliliam neque in aliam quandam a Roma remotiorem ullos qui Romae propius habitarent, homines receptos, sed illos in proximis tribubus censos esse. itaque Veliterni et Circeiense

---

[106]) male, opinor, neque satis certis usus argumentis Beloch in altera tabula libro ipsius adiecta Teretinam inter Signiam Anagniam Ferentinum Norbam depinxit.

[107]) Vell. I 14.

[108]) Lange I^3 521.

[109]) tum quoque in legitimo tribuum ordine ultimam eam retinuissent; in eo autem ordine non Quirina, sed Arnensis est ultima.

[110]) p. 254; Paulus Diaconus eam omisit.

[111]) cf. Müllerum ad Festum p. 255.

[112]) p. 25 sqq.

Latinique coloniarii Signiani et Setiani in Pomptina tribu fuerunt, quam ex agro Pomptino, Velitris oppido finitimo, ortam esse supra[113]) ostendi. Privernates a. 425/329 in civitatem sine suffragio recepti et Anxur, civium Romanorum colonia eodem anno deducta, in Oufentina vicina tribu fuerunt, quam a. 436/318 factam esse supra commemoravi.

Anagnia et Capitulum Hernicorum oppida a. 448/306 in civitatem sine suffragio recepta sunt. item Ferentinum et Aletrium, quibus tum, quia malebant, suae sunt redditae leges[114]), ante bellum Marsicum[115]) civitatem consecuta in Poblilia ferebant suffragia, quam tribum una cum Pomptina in agro Pomptino constitutam esse coniectura satis certa effecimus. Teretinae tribui, quae proxima erant oppida, Atina et Casinum, quae circa a. 482/272 praefecturae factae[116]) sunt, et Interamna Lirinas colonia Latina (a. 442/312), erant attributa. traxisse autem videtur nomen Teretina tribus a Terete fluvio; a dextra igitur fluminis ripa pertinebat usque ad Lirim fluvium ita, ut Interamnatium fines satis amplos[117]) attingeret. Minturnae quoque ad Lirim flumen prope Interamnam sitae, civium Romanorum colonia (a. 458/296), item Venafrum et Allifae praefecturae proximae in Samnitium finibus sitae, atque fortasse Rufrae oppidum Teretinae erant tribus.

Ad Falernam tribum in agro Falerno prope Capuam sito factam accesserunt novi postea tribules ex proximis civitatibus Auruncorum, Campanorum, Samnitium, veluti ex Sinuessa, Capua, Atella, Caiatia, Caudio, Telesia, Acerris, Nola. totum igitur, quod inter Liris ripam sinistram, Sidicinorum Ausonumque fines, Calorem deinde fluvium et Sabatum, Clanium flumen et Gaurum montem situm erat, territorium Falernae datum est tribui. Maeciae Lanuvium fortasse attributum est, Aniensi Carseoli, colonia Latina, Claudiae Aequiculi (Cliternia). item in Quirina civitates Sabinae atque Vestinae omnes, in Velina Praetuttiani cunctique fere Picentes nomina profitebantur.

Totum igitur quod postea vocabant Latium, agrum Praetuttianum, Picenum, Sabinum finitimasque Samnii

---

[113]) Pomptina a. 396/358 addita est, Veliterni a. 416/338 cives sine suffragio facti sunt; cf. Zoellerum 403 sq. Circei fortasse eodem tempore, quo Velitrae, vel paullo post in Romanorum dicionem redacti sunt, id quod recte Clason V 212 sqq. docuit, quamquam multa et inepta et perversa admiscuit.

[114]) Liv. VIIII 43.

[115]) si quidem Beloch. *ital. Bund* 170 sq. recte eos postea a praetoribus rectos conicit.

[116]) Beloch. l. c. 52 sq.

[117]) Beloch. l. c. 140.

Campaniaeque regiones hac ratione tributim discripta esse apparet, ut proximae cuique tribui novi attribuerentur[118]) cives. quam rem qui satis perspectam habuerit, facile concedet, 1) me, si hoc utar argumento, aliquid ad singularum tribuum originem rectius cognoscendam conferre posse 2) tribus novissimas, in finibus agri Romani constitutas, mox iusto maiore civium numero completas, quo minus novorum civium, qui ex iis tribubus veniebant, singula suffragia in comitiis valebant, eo minoris pretii tunc fuisse, omniumque minimi duas novissimas, Quirinam et Velinam. sed aliam quoque rem velim animadvertas.

In quindecim tribuum rusticarum veterum territorio nullum fuisse oppidum satis constat. Claudia et Clustumina in eo agro factae sunt, in quo Corniculum Crustumeriumque fuerant oppida. Veiis deletis Stellatina, Sabatina, Tromentina, Arnensis tribus factae sunt, quae omnes carebant oppidis. idem certe de Pomptina, Falerna, Oufentina, Aniensi, Scaptia statuendum erit, idem de Maecia, Poblilia, Teretina. hae igitur tribus omnes carebant oppidis neque ullum inveniebatur in reliquis. quid ergo? equidem censeo, omnes colonias Romanas, quae ante annum 455/299 vel potius ante a. 513/241 deductae sunt, non in tribubus Romanis fuisse[119]), id quod iam per se patet. tribus enim initio ideo factae erant, ut civitatis partes ad rem publicam administrandam aptae essent. plures pagi in unum coaluerant, quo facilius negotia publica geri possent. oppidum autem, si quod in civitatem receptum est vel conditum a Romanis

---

[118]) quamquam haud pauca excepta invenio oppida. etenim Arpinates et Verulani in Cornelia tribu, Fundani et Formienses in Aemilia ex plebiscito Valerio inde ab a. 566/188 fuerunt, Sora in Romulia, Fabrateria in Tromentina, Aquinum in Oufentina, veteres denique Latini praeter Tiburtes et Praenestinos in Quirina tribu (Bovillae, Gabii, Antium, Lanuvium [?], Capena). Fabrateria ante bellum sociale in civitatem recepta est, id quod inde intellegitur, quod dictatores civitati praeerant (cf. *bull. dell' inst. archeol.* 1865 p. 247 = Wilm. 1784 = CIL. X 5655: „.....rVFO · DICT(*atori*) — —" cf. Mommsenum quoque CIL. X p. 552. Aquinum etiam ante bellum illud civitate donatum esse satis probabili coniectura Mommsen CIL. X p. 510 effecit. Sora colonia Latina erat a. 451/303 deducta. — fortasse Aquinatibus, Fabraternis, Soranis eodem modo ac Fundanis, Formianis, Arpinatibus populi Romani eximia benivolentia in tribu alia ac meliore, quam quae erat proximorum oppidorum, suffragii ferendi potestas data est. — ceterum, quod miro modo de Arpinatibus, Fundanis, Formianis solis traditur, rogatum esse, ut in certa quadam tribu censerentur, id ita intellegi potest, ut statuamus alia quidem oppida, si civitatem impetrabant, in proxima tribu censa esse, de illis autem, ut meliore uterentur suffragio, singillatim plebiscitum esse rogatum.

[119]) suffragium quidem in tribu quadam ferre debebant ut postea Latini coloniarii si Romam venerunt; non autem una iis cum tribu illa, qua in suffragiis ferendis utebantur, respublica fuit.

(colonia, forum et conciliabulum, oppidum civium Romanorum), iam ipsum civitatis erat pars rei publicae administrandae apta; erant igitur, ut exemplo utar, a. 330/424 imperii Romani hae partes:

1. Roma, quae ut administraretur in quattuor divisa fuit tribus.
2. septemdecim tribus rusticae ex pagis, qui oppidis carebant, compositae in agro quem cives Romani continenter habitabant vel colebant[120]).
3. Ostia colonia, Gabii municipium foederatum.
4. ager publicus Romanus, quem cives Romani non continenter habitabant neque colebant.

Suffragia colonos olim in proxima quemque tribu tulisse probabile est. postea autem coloniae, cum tribuum territoria vetera ad rem publicam administrandam nihil conferrent, sed ad suffragia ferenda tantum et census agendos pertinerent, in tribu aliqua censae sunt, unde iam intelleges, quo modo factum sit, ut Ostia colonia Palatinae adscriberetur, id quod ob eam praecipue causam factum esse puto, quod cives Romani Ostiae habitantes eiusdem erant generis, cuius plebs quae Urbem incolebat. unde etiam ad tempus, quo coloniae oppidaque primum coepta sint in certis censeri tribubus, statuendum hoc effici puto, ut non prius ea censeri potuisse existimemus, quam tribus urbanae propter mercatores, negotiatores, opifices, libertinos, [capite censos?], qui in iis censebantur, despectioni haberentur. quam tribuum urbanarum diminutionem cum per Q. Fabium Maximum Rullianum censorem a. 450 / 304 factam esse consentaneum sit, inter a. 450/304 et 513/241, quo centuriae tribusque confundebantur, vel eo ipso potissimum anno huius tribuum immutationis tempus statuendum erit.

Sed alia eaque difficilior oritur quaestio de tempore, quo tribus desierint valere in re publica administranda atque omne eorum momentum fuerit in suffragiis ferendis. Beloch quidem iam Velinam et Quirinam ad suffragii tantum lationem factas esse docere voluit. quod si recte statuit, Quirinam ex tota Sabina, Velinam ex Praetuttiano et Picentino agris factam esse concedendum erit. videamus igitur prius de Velinae tribus origine.

Velina tribus a Velino vel fluvio vel lacu nomen trahere potuit. Velinus lacus prope Reate[121]) situs, ut Ciceronis utar verbis, *a M.' Curio* (Dentato)[122]) *emissus interciso monte in Nar*[*em*] *defluit*[123]). Beloch

---

[120]) reliquus ager, quamquam ex iure Quiritium, non tributim descriptus fuisse videtur, ager publicus e. g. Capitolium, Aventinus, silvae, pascua, cet. (cf. Soltau *altröm. Volksvers.* p. 459).

[121]) cf. Haakhium in Paulyi *encycl.* II 735 sq. 1315 sqq.

[122]) *ad Attic.* IIII 15.

[123]) Forbiger *Handb. d. Geogr.* III ², 379 et in Paulyi *encycl.* VI 2430.

quidem Velinum lacum etiam in Piceno fuisse coniecit ex Plinio[124]) *nat. hist.* II 216 *in Ciconum flumine et in Piceno lacu Velino lignum deiectum lapideo cortice obducitur.* sed cum de lacu illo in agro Piceno nihil aliunde constet[125]), Plinium potius erravisse putaverim, praesertim cum id, quod de hoc loco narrat, de lacu Velino in agro Sabino aliunde constet. plures tamen lacus Velinos fuisse concedam eodem Plinio auctore III 108, ubi haec leguntur: (*Sabini*) *Velinos accolunt lacus, roscidis collibus.* sed chartis satis bonis Italiae quae fuit apud veteres et quae nunc est usus, nullum in Piceno quidem lacum repperi, plures[126]) autem inter Interamnam Nahartium Reateque sitos, quos *Velinos lacus* Plinius l. c. dicere potuit. at fac in Piceno lacum aliquem eius nominis exstitisse, tamen ab obscuro illo loco potius dictam esse eam tribum non crediderim quam a notis Velinis lacubus, quos Velinia dea[127]) tutari dicebatur, quorumque aquas ex rupe edita desilientes Romani maxime mirabantur, vel a fluvio Velino satis celebri.

Picenum agrum viritim plebi datum esse constat lege Flaminia[128]), quam Flaminius trib. pl. anno 522 / 232 (id quod veri similius mihi videtur quam a. 526/228) rogavit. eo igitur demum anno vel aliquot annis post hic ager in tribum aliquam recipi potuit. quae in agrum eum deductae sunt coloniae Latinae Hatria (465/289) et Firmum (a. 485/269) lege Julia, altera in Maeciam, altera in Velinam sunt receptae: foederatum Asculanorum oppidum postea in Fabia suffragium tulisse videmus. quae civium Romanorum eo coloniae deductae sunt a. 570/184 Potentia (= Urbs Salvia), a. 597/157 Auximum in Velina sunt censae

Probabile igitur est ante a. 570/184 agrum Picenum — ex lege Flaminia, ut mihi quidem videtur — magna ex parte in Velina fuisse. reliqua Picentium oppida, Auximum, [Cingulum[129])], Helvia Ricina, Falerio, Pausula, Cupra, Interamna Praetuttianorum in Velina fuerunt. anno autem 513/241 Velina ex Piceno non est facta. errat igitur Beloch cum Velinam tunc ideo factam esse conicit, ut censerentur in ea, qui postea ex Picentibus civitatem consecuturi essent. nam ita inde ab a. 513/241 usque ad a. 522/233 vel 526/228 triginta quattuor, non quinque et triginta fuissent tribus, id quod nullo pacto potuit fieri. ac fortasse vel maxime etiam de Sabinis dubitandum est, num omnes

---

[124]) male ut solet Plinium *nat. hist.* III 226 citat Beloch l. c. p. 13.

[125]) Westphal *röm. Campagna* p. 130.

[126]) quattuor lacus vidi.

[127]) Varro *de ling. lat.* V 21.

[128]) Polyb. II 21. Cic. *Brut.* 14, 57. *de inv.* II 17, 52. *Cato* 4, 11. Cato apud Varr. *de re rust.* I 2. cf. Haakhium *encycl.* III 479 sq., Langium II^3 148 sqq.

[129]) in bello civili demum a Labieno constitutum est, cf. Caes. *bell. civ.* I 15.

a. 486/268 civitatem optimam sint adepti. quos etsi fortasse in civitatem, certe non in tribus receptos Quirinamque tribum, in qua postea nulla erant oppida, ad rem publicam administrandam institutam esse, facile concedet, cui quae supra de Velina proposui, erunt probata. equidem igitur statuo:

1. Quirinam in Curensium agro, Velinam autem alicubi in vicinia ad Velini lacus vel fluminis potius ripas exstitisse,

2. earum tribuum vim ac momentum tum nondum in suffragiis tantum ferendis posita fuisse.

Addam denique indicem earum coloniarum civium Romanorum [130]), quae ante a. 513/241 deductae sunt. quas, quamquam tunc nondum tribubus erant adscriptae, tamen in certa aliqua quamque tribu suffragia tulisse statuo, eodem modo, quo Latini, qui tribules esse non poterant, cum Romam venissent, in una eaque sortita tribu suffragia ferebant. sunt autem oppida haec:

Ostia	Latii	deducta Anco rege	fuit postea in	Palatina
Antium	Latii	416/338		Quirina
Tarracina	Latii	425/329		Oufentina
Sinuessa	Campaniae	458/296		Falerna?
Minturnae	Campaniae	458/296		Teretina
Sena Gallica	Umbriae	ca. 471/283		Oufentina
Castrum Novum	Piceni	ca. 471/283		Velina?
Aesium	Umbriae	507/247		Pollia?
Alsium	Etruriae	507/247		?
Fregenae	Etruriae	509/245		?
accedunt Sabini	adepti civitatem	486/268	qui postea in	Quirina erant

Ex hoc indice porro sequitur colonias oppidaque initio in certa tribu non fuisse. Ostienses enim, quod iam supra dixi, propter civium suorum indolem et genus in Palatina fuisse videntur, id quod post annum 450/304 demum potuit fieri. Antiates Quirinae erant adscripti, quod non prius fieri potuit, quam Quirina tribus institueretur et tribus non iam ad rem publicam administrandam, sed tantum ad suffragia ferenda adhiberentur, i. e. post a. 513/241. Senenses si quidem in Oufentina suffragium tulerunt, eius tribus tribules fieri potuerunt tribuum demum vi et auctoritate iam immutata [131]). reliquae coloniae in proximas tribus receptae esse videntur [131a]). addiderim quoque eodem tempore, quo Antium, vicinas etiam regiones Latinas in civitatem optimo iure adscitas videri. certe Lanuvium, Lavinium, Bovillas, Gabios (?) ante bellum Marsicum ex iure Quiritium fuisse videmus.

---

[130]) Marquardt *Staatsverw.* I² 38 sqq.

[131]) Fest. p. 194 v. *Oufentina.*

[131a]) longa alia ratione Romani post bellum Marsicum in Latinis coloniariis et sociis fidelibus in civitatem atque tribus recipiendis usi sunt; cf. pag. 63.

Quod si Beloch[132]) Quirinam a Sulla dictatore demum in vetustarum tribuum locum substitutam esse statuit, in errorem incidit, cum et veterum tribuum aliud fuerit territorium — id quod supra demonstravimus — et Antium coloniam ipsam in aliam novam tribum adscitam esse vix sit probabile. nam ne unum quidem habemus tribus in oppido aliquo mutatae testimonium[132a]). post a. 513/241 tribuum numerus auctus non est[133]), cum nova suffragiorum ferendorum ratio centuriis tribubusque inter se commixtis sanciretur eumque numerum numquam postea excesserunt. itaque tota civitas Romana triginta quinque, quas supra dixi, tribubus confecta est[134]). priusquam autem de eo modo, quo postea singula oppida et hominum genera tributim discripta sint, exponam, pauca de tribuum nominibus earumque ordine subiungam.

§. 4. De tribuum nominibus.

Omnes cives Romanos eosque solos in tribubus fuisse satis constat. nemo eorum, qui extra tribus erant, civis habebatur neque quisquam tribulis nisi civis Romanus erat[135]). *moris autem fuit, cum aliquis civis Romanus ostendendus esset, significaretur aut a praenomine suo aut a nomine aut a cognomine aut a cognatione aut a tribu, in qua censeretur*[136]). primum nominis civis Romani cum tribus nomine coniuncti exemplum reperitur apud Liv. XXXXII 34 in oratione quam de sua vita agit Sp. Ligustinus centurio, mox primus pilus factus[137]), habita a. 583/171, alterum C. I. L. I n. 51[138]), tertium ibid. n. 52.; alia ex liberae rei publicae aetatis titulis plus minus ducenta innotuerunt exempla. Tribus nota plerumque additur post cognatorum, i. e. patris, avi, proavi, abavi, atavi, tritavi nomina et ante cognomen. prius enim

[132]) *ital. Bund* p. 42.

[132a]) cf. Mommsenum *eph. epigr.* III p. 231.

[133]) neque enim *Julia tribus* Augusti aut Caesaris (erravit Drumann *Geschichte Roms* III 664) aetate effecta est, neque post Marsicum bellum finitum novae additae sunt tribus, cf. Kiene *der röm. Bundesgenossenkrieg* 215 sqq. et Mommsen *röm. Tribus* p. 11 sq.

[134]) multa testimonia congessit l. c. Mommsen.

[135]) nunc quidem satis erit Marquardtii enchirid. II 3, p. 41 sq. et Beckerum II 1, 198 citare.

[136]) Ps. Ascon. p. 137, cf. Cic. *Phil.* VI 5, 12, legem Aciliam repetundarum (a. 631/123 vel 632/122 latam) C. I. L. I 198, rubr. 14. 17. 18. 77 et Juliam municipalem C. I. L. I 206 lin. 146.

[137]) *Sp. Ligustinus tribus Crustuminae ex Sabinis sum oriundus.*

[138]) haec inscriptio incisa fortasse est ante a. 581 / 171. tituli, quos ad certum quendam annum ante a. U. c. 700 / 54 revocare possumus, hi fere sunt: sc. de Thisbaeis C. I. L. I 278 suppl. a. 584 / 170, sc. de Prienensibus Lebas-Wadd. III 195—198 a. 619 / 135, sc. apud Joseph. *ant.* XIII 9, 2 eiusdem fere temporis, sc. Adramyttenum = Eph. ep. IV, p. 213 sqq. Gracchorum aetate factum, C. I. L. I 582 a. 664/90, III 3078 a. 697/57, I 1169 = IN. 5618 Sullae aetate, I 1259 c. a. 700/54, Garr. 1516 ca. a. 700/54.

tribus nota, quam cognomine cives Romanos, plebeios dumtaxat, in singulis hominibus significandis usos esse constat. interdum autem post cognomen ponitur tribus nota.

Antiquissimus iam temporibus tribus vocabulo civis Romani nomini addito, cum tribus agri, quem Romani cives continenter habitabant, pars sive regio esset, origo satis declarata erat: M. Atilius Regulus, Q. Fabius Maximus, alii *'illi praedivites'*, de quibus supra dixi, *in Pupinia* erant, Sp. Ligustinus *tribus Crustuminae* erat; his tribubus additis de domo Atilii, Fabii, Ligustini, satis iam omnibus constitit; neque enim Fabii et Atilii temporibus (cf. p. 24 sq.) Pupiniae, neque Ligustini aetate Clustuminae (cf. p. 70) ulli novi cives additi erant. eodem modo in Atheniensibus civibus nomen civis cum patris et demi nominibus coniungitur ut et origo et domus cognoscantur: Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεύς (cf. C. I. L. II 5076 *C. Pelgius P. f. Scaptianus.....*) vel Πολυκράτης Νίκωνος Ἀγγελῆθεν (cf. *C. Verres C. f. Romilia*). cum autem postea diversae et remotae civitates in singulas tribus pervenissent neque tribuum agri continenter habitarentur, tribus vocabulo addito nisi hominem istum esse civem Romanum nihil indicabatur et domum, qua oriundus erat, insuper addi oportebat. habes igitur (II 2296) *Cn. Numisium Cn. fil. Serg(ia) Modestum Carthag(ine)*, (Wilm. 1269) *Ti. Antistium Fausti fil. Quirina Marcianum domo Circina*, cet. domo (non dico domicilium) mutata tribum quoque mutatam esse, ita ut artissima coniunctio inter tribum et domum appareat, quicumque studiis epigraphicis aliquid operae navavit, non ignorat. invenies igitur tribus nomina vel ante vel post cognomen aut inter cognomina, si quidem duo vel plura sunt, aut ante patris nomen collocatur, vel ita ut inter *domo* vocabulum et ipsum oppidi nomen in principio tituli appareat VIII 3028 al., cf. V 6786, vel in ipso initio vel in fine tituli posita et simul cum originis significatione coniuncta ita, ut quae Mommsen olim *röm. Forsch.* I, 151 exposuit, recte esse disputata appareat. cuius rei nonnulla promo exempla haec II 105. 516. 519. 4323. VIII 2675. 3101. 3274. Eph. IV 174. Marini *inscr. Alb.* 19, cet. tribus nomen inveni in ducentis fere titulis

1. post cognomen positum I 1273. II 310. 630. 1428. III 5680. dipl. 9. V 3785. 5445. 7445. 7679. VIII 210. 295. 1470. 1702? 2407. 2677? 2950. 3099. 3185. 3408. 4710. 4724. 4753. 5576. 6165. 6748. 7110. 7242? 7403. 7706. 7812. 8213. 8449. 9994. IN. 749? 1011. 1529. 5602. Eph. IV 123. Br. 614, cet.

2. inter duo cognomina positum II 354 VIII 958. 5305. 8865.

3. ante patris nomen positum rarissime [139]).

4. post *qui fuit* vel simile dictum: V 4104.

[139]) casu mihi ex schedis excidit schedula in qua duo vel tria, ni fallor, id genus exempla contuleram.

Tribuum nomina adiectiva esse, *tribus* autem nomen ipsum solita ellipsi[140]) omitti potuisse, cum neminem quid ea nomina adiectiva significarent, fugeret, facile est intellectu. atque inter plus minus septem milia hominum, quorum nomina cum tribubus coniuncta in titulis vidi, haec[141]) tantum repperi eius rei exempla. V 6786 *[tr]ib. Claudia.* 7619 *tribu Pollia.* VI 2517 *tribuli tribu Oufen[tina].* 2466 *trib. Scaptia.* VIII 1224 *tribu Fab(ia).* CG. 3497 τρίβου Κυρείνα. sched. C. I. L. XII *T. Vettius L. f. Ruga, Volt. tribus.* Wilm. 1709 *trib. Offentina.* Becker. mus. Bonn. n. 119 .....] *tribus* (?). Orelli 3091 *tribu Esq.* 3093 *trib. Esq.* Henzen 6420 *[tr]ibuli tribus Pupiniae.* Kellerm. vig. ad n. 136 *[tr]ibuli tribus Pupiniae*[141a]).

Tribuum nomina plerumque ablativo casu ponuntur, quod cum ex plurimis Latinis titulis tum inde intellegi potest, quod Graeci, ut quorum sermo ablativo careret, nomen Latinum aut nudum receperunt[141b]) vel dativo vel accusativo casu[142]) usi sunt. raro tribuum nomina genetivo casu[143]) ponuntur vel in adiectivum, ut cognominum sint similia, mutantur[144]).

---

[140]) cf. Naegelsbach *lat. Stilistik* [6] p. 80, J. N. Ott in programmate gymn. Rottweilensis 1874.

[141]) huc non pertinent tituli illi in quibus ad tribus nomen aliud aliquid additur sicut C. I. L. VI 197 *trib. Suc. corp. foeder.*, 198 *trib. Suc. corp. Juliani*, 199 et 200 *trib. Suc. iunior.*, 10212 *trbs. corp. seni[orum] feberato[...]* (lege *foederato[rum Succusanae?]*), IN. 2579 *adlect. trib. Palat.*, Wilm. 1706 *trib. Pal. corpore August.*, 1705 *tribulibus tribus Palatinae corporis seniorum clientium.*, 1709 *trib. Offentina e collegio aeniatorum*, Henzen 6419 *tribul(es) trib. Claudia[e]*, 6421 *viatori trib. Pal. corpore August.*, Orelli 3091 *tribu Esq. corpore Aug.*, 3095 *tribuli tribus Palatine corp. iunioris*, 4425 *ex tribu [...iuni]orum* al.

[141a]) fortasse etiam in titulo Carnuntino *Archäol.-epigr. Mitth.* II p. 104 = *Ephem.* IV 533 *T. Fl(avio) (tribu) Pol(lia) Secundus Cast(ris)* legendum est; Mommsen enim per errorem *T(iti) f(ilio)* excerpserat pro T quod solum in lapide pulcherrime scripto stare neque cum F antea coniunctum fuisse dispexit qui titulum edidit Hirschfeld, quamquam non nego *filii* vocem quadratarii neglegentia omitti potuisse, cf. Hirschfeldii notam ad alium titulum Carnuntinum *arch. epigr. Mitth.* IV p. 128.

[141b]) cf. C. G. 3497 τρίβου Κυρείνα.

[142]) cf. Franz *elem. epigr. Graec.* p. 249. plerumque quidem de ea re dubitari potest, cum Graeci ἰῶτα litteram subscriptam saepe neglexerint. cf. praeterea Mendelssohnium in *actis soc. Lips.* V p. 120 qui ablativum Latinum hic Graecis litteris perscriptum (cf. not. 141a) probabiltiter putat. accusativum habes *Bull. d. Inst.* 1856 p. 133, 3 Κυρείναν, genetivum (?) Eph. IV p. 2 0 'Αρνήνσης, 'Ανιήνσης.

[143]) *Aniensis* III 446. V 939. VI 2608. Bramb. 523. 1159. *Anniensis* V 4478. *Aniesis* III 4247. *Harnensis* VIII 5281. *Arniensis* VII 48. Ren. 3320. *Arnensis* W. 2091. Ren. 3268. 4247. *Areniensis* II 205. *Claudiae* VI 2675. *Fabiae* E. E. IV 174. *Palatinae* Ren. 3888. *Papiriae* II 2730 — — — — *Quirinae* II 347. 1186. V 7259 ? E. E. II 317. *Volt(iniae) tribus* sched. C. I. L. XII *Ultiniae* E. E. II 354. accedunt VIII 1470. 5280. 5281. 8466.

[144]) haec inveni: *Collinaris* E. E. II 700; *Quirinali* (est ablativus) II 2828; *Q(u)irinus* VIII 1687; *Sercial?* III 5780. *Scaptianus* II 5076; *Anienses* (est pluralis) in sched. C. I. L. XII.

Satis iam antiquo tempore compendia quibus tribuum nomina notabantur[145]) recepta esse puto. quibus in notis aeque ac in aliis, quae inde ab antiquis temporibus usu venerunt, summae antiquitatis et inusitatae formae quaedam deprehendis vestigia. sic in nomine *Oufentina* legebatur diphthongus antiqua OV vocalis longae ō sono efferenda, quae in ceteris, ubi olim usitata erat, vocabulis iam pridem evanuerat[146]). fluvius autem a quo tribus illa nomen traxerat, per *U* scribebatur *Ufens*. eodem modo scribebant *Succusanam* sive *Sucusanam* litteris CC sive C et S nondum immutatis; Urbis autem regio prima dicebatur *Suburana* (*Subura, Sebura, Sibura*). — *Voturia* fuit tribus, *Veturia* autem gens. — *Poblilia* tribus dicta est ex gente cui postea *Publiliae* nomen fuit. — *Clustuminam* quidem novimus tribum, *Crustuminum* autem agrum, ubi antea *Crustumerium* fuerat oppidum.

Hanc igitur vetustam scribendi rationem ob eam solam causam servatam censeo quod tribuum notae antiquitus, putaverim eodem fere tempore, quo tribuum numero expleto nova comitiorum ratio instituta est, quo quidem ars scribendi magis coli coepta est, receptae et mox saepissime usitatae, quominus tribuum nomina mutarentur, prohibebant. neque quisquam notas illas, formam ipsam intuens, antiquiores neque etiam multum tempus post[147]) factas esse censebit. sed singularis notarum est ratio quippe quae ternis exceptae sint litteris. eaque compendiorum ratio usque ad extrema tribuum Romanarum permansit tempora et ipsa prohibebant, ne tribuum nominum formae immutarentur. dum enim scribitur OVF· non licuit *Ufentinam*, sed *Oufentinam* scribere; ob SVC· compendium non *Suburanam* sed *Suc(c)usanam*, per ESQ non *Exquilinam* (cf. Jordan *Top.* I 183), per VOT· non *Veturiam*, per POB· non *Publiliam*, per CLV· non *Crustuminam*.

Tribuum nomina in compendiis ternis litteris primis, non syllaba prima insequentisque prima littera (quod erat solitum compendiorum genus) significata esse, apparet ex eo, quod

1. in unius nominis compendio ANI duae priores leguntur syllabae;

2. sola prima syllaba in tredecim nominum compendiis: CLV, COL, COR, MAE, POB, POL, POM, QVI, SCA, SER, SVC (? nisi enim *Sucusana* tribus est una C littera excepta), TRO, VOL;

---

[145]) cf. M. Valerium Probum *de notis antiquis* c. 2.

[146]) cf. *Ofentina* Br. 1884. Maff. 364, 4. *Offentina* VI 3449. W. 1709. *Hofentina* VI 3893. *Offent.* Br. 1020. *Ofen.* Br. 479. 1225. *Of.* XI, 149. Ὠφεντείνα LW. III 1627.

[147]) cf. Ritschelii comm. de miliario Popiliano deque epigrammate Sorano p. 3 (= opusc. phil. IV p. 116): *OV scripturae exemplum medii quidem saeculi septimi nullam novi, si ab una radice ea recessero, a qua ious, ioussi, ioudicare, iourare facta sunt.* [omisit igitur v. d. tribus Oufentinae nomen] *in his enim solis priscum scribendi modum tenax robustitatis consuetudo servavit ad legem usque Antoniam anni circiter 682.*

3. in duobus compendiis CLA, STE syllaba prima sed ea non tota adhibetur;

in ceteris compendiis quae sunt numero undeviginti syllaba prima cum littera insequente coniuncta, ita ut ternae essent litterae, perhibetur. scribebant igitur AEM, ARN, CAM, ESQ_, FAB, FAL, GAL, HOR, LEM, MEN, OVF, PAL, PAP, PVP, ROM, SAB, TER, VEL, VOT. — neque ullam tribum novi, cuius nomen in prima syllaba postea mutatum sit, nisi forte *Maeciam* ex *Maicia* et *Aemiliam* ex *Aimilia,* ut videtur, ortam. in reliquis autem syllabis quae in haec compendia non erant receptae, nomina mutari poterant, veluti ex *Romulia* facta est *Romilia*, ex *Pometina Pomentina* vel *Pomptina*, ex *Arnensi* interdum *Arniensis,* ex *Veleina Velina*, cet.

Hanc rationem in compendiis scribendis iam reipublicae liberae aetate usitatam fuisse apparebit ex hoc indice, in quo quae in antiquissimis inscriptionibus inveni digessi. in iis notantur per litteras:

omnes	II 2286 *Sergia*, I 1054 *Voltinia*	bis
quinque?	I 52 *Quiri* (?)	semel?
quattuor	I 1223 *Fale*, I 1481 *Maec*, I 1483 et II 3555 *Scap.*, I 640 *Stel.*	quater
tres	*Arn.* I 1012. 1273. 1355. Garrucci *sylloge* 1955.	(sunt XXVI
	Cam. I 1119. Garr. 2139.	tribuum
	Cla. I 1430.	nomina
	Clu. V 1842. Garr. 1867.'1870.	hominum
	Col. I 1034. 1039. 1052. 1056. 1072. 1077. 1082. 1480. Garr. 1425.	CIII)
	Cor. II 3462.	
	Fab. Garr. 2105. 2119?	
	Fal. I 617 ([*F*]*al*). 1199. 1242. Garr. 1575 (bis). 2315.	
	Gal. I 404. 425. 1399. Garr. 1647. 1648. 1659. 1905.	
	Hor. I 1422.	
	Mai. I 1098. (1474, traditur MI). Garr. 1124.	
	Men. I 1245.	
	Ouf. I 51. 1263. 1265. Eph. II 300.	
	Pal. I 1034.	
	Pop. (sic) I 203. 1084. Garr. 1516. 1934.	
	Pom. I 1(90. (1259, traditur DOM). 1261.	
	Pup. I 1046. 1199.	
	Qui. I 1293. 1542. Garr. 1821. 1850. 1858.	
	Rom. Garr. 1518.	
	Ser. I 203 (bis). 604. 617 ([*S*]*er*). 1099. 1134. 1169. 1555. II 1404.	
	Ste. I 1222. Garr. 1614. 1638. 1646. 1850, passim in Beneventanis lapidibus.	
	Ter. I 957. 1199. Garr. 1541. 1759. 1760. 1767. 1768. 1769. 1772, passim in Venafranis titulis.	

Tro. I 1238. 1263.
Vel. I 582 (bis). 605. Garr. 1372. 1777. 2089. III 3078.
Vol. I 1278 (bis).
Vot. I 1029. 1082. 1057. *Vot. sen(iorum?)* I 1057.

quem ternis litteris exaratorum compendiorum laterculum ex aliis Augusti aetate antiquioribus titulis quos Mommsen in VIIII. et X. corporis inscript. voluminibus exhibebit, quamquam facile possum, augere nolo.

Imperatorum aetate, ut omnes veteres leges et mores, ita compendiorumhaec consuetudo plus minus neglegebatur. in Italia ipsa, in Dalmatia, in Gallia atque in aliis, quae tum florebant, provinciis mos vetustus paene conservatus, in ceteris saepe neglectus est, et ob hominum provincialium iuris Romani exiguam peritiam, qui quid sibi vellet tale compendium nesciebant et ob artificum lapicidarum in aliis regionibus alias in titulis perscribendis rationes[148]). neque enim negare poterit in aliis oppidis aliter tribuum nomina eos scripsisse, qui de *Pob.* et *Pub.* compendiis, de *Clu.* et *Cru.*, de *Tro.* et *Trom.*, de *Qui.* et *Quir.*, aliisque pluribus satis dispexerit. — itaque fit, ut earum tribuum, quae in Italia sola reperiuntur (dico Meneniam, Falernam, Sabatinam, alias) perraro nomina perscripta, ceteroqui ternarum litterarum compendia sola inveniamus. Italiam sequuntur Hispaniae et Dalmatia et Narbonensis provinciae, quas *virorum morumque dignatione, amplitudine opum* maxime florere et *Italiam verius quam provincias* esse Plinius[149]) memoriae tradidit. In Numidia cui *praeter marmoris Numidici ferarumque proventum aliud insigne* non erat (Plin. V 22) et Mauritaniis etiam minus incultis, inter Danubii rudes accolas et Asiae Graeculos iuris Romani parum peritos saepissime nullam legem in tribuum nominum scribendorum ratione invenies.

---

[148]) litteris singulis e. g. tribuum nomina scribi poterant in iis tantum locis, in quibus plurimi eiusdem tribus tribules fuerunt ut *G(aleriae)* in Hispania II 288. 290 3172. 4006. *Q(uirinae)* octogies fere in titulis Africis, e. g. VIII 4682. 4683. 4928. 5595 5600. 5604. 5654. 5707. 5733. 5781. 5786. 5788 cet.; *C(laudia)* Br. 1174 *V(oltinia)* GN. 103. *P(apiria)* VIII 3020, *P(ollia)* VIII 2618. *P(omptina)* W. 2093, *H(oratia)* VIII 8849 *T(romentina)* III 2470. accedunt tituli rari, in quibus binis litteris non satis dilucide tribus nomen indicatum erat, nisi in locis ubi tribus illa creberrima est: repperi haec tantum — nam de *An(iensi)* et *Qu(irina)* et *Ga(leria)* hoc loco dicere alienum est — *Ar(nensi)* VI 2777a. VIII 1478. 2565. 2618. 8462. *Cl(audia)* passim, *Cl(ustumina)* W. 1140. VI 2384. *Bull. d. Inst.* 1856 p. 141 *Of(entina)* XI 149 *Pa(latina)* VI 1338 (?) *Pa(piria)* V 5918. VIII 2565 *St(ellatina)* V 7031 (?). 7083 (?). Bramb. 1339, *Tr(omentina)* III 2074. V 7546. *Ul(tinia)* VI 2381a (?), al.

[149]) Plin. *nat. hist.* III 31 haec de Narbonensi sola provincia dicit; de Hispania Baetica cf. III 7, alios testes de Illyrico et Hispania in cap. III § 7. 9.

Formarum nominum, cum igitur in aliis titulis saepe aliae sint, quam absolutissimum indicem eo potius quod Orellii indici tribuum earumque nominum (*collectio ampl.* II p. 11 sqq.) nullam fidem habere potes, conficiendum esse intellego, sed ita ut eos tantum qui adhuc in *corporis inscriptionum Latinarum* voll. I. II. III. V. VI, 1. VI, 2. (—10800) VII. VIII. IX, n. 1—5687. X n. 1—7511. XI (n. 1—300), in *corpore inscr. Graecarum* Boeckhii Franzii Curtii, in *corp. inscr. Att.* vol. III, Lebas-Waddington *voyage archéologique en Asie* vol. III, Mommseni *inscr. regni Neapolitani*, aliisque satis eruditorum et proborum virorum syllogis prodierunt curem et Muratorii, Gruteri, Reinesii, reliquorum veterum auctorum et recentium qui iis praesertim utuntur velut Orellii fidem ut minus in hac re probatam iudicem. en habes indicem[150]), librorum manu scriptorum testimoniis auctum[151]):

---

[150]) compendia, quibus in hoc indice conficiendo usus sum, haec sunt: I, II, III.... (nude positi numeri) = *Corp. inscr. Latin.* vol. I, II, III..., E. = *Ephemeris epigraphica Latina*, N. = *inscr. regni Neap.* quos titulos iam in VIIII. X voll. corp. inscr. Lat. recusos novis Mommseni numeris ubi potui additis, uncis seclusi, Br(ambachii) *corp. inscr. Rhenanarum*, R(enier) *inscr. de l'Algérie* cuius syllogae numeros fere semper omisi quoniam his diebus octavum corporis inscriptionum Lat. volumen prodibit. Guér(in) *voyage dans la régence de la Tunisie*, CG. = *corp. inscr. Graecarum* Boeckhii, Franzii, Curtii, LW. = Lebas-Waddington *voyage archéol. dans la Grèce et l'Asie mineure*, Boiss(ieu) *inscr. de Lyon*, W(ilmannsii) *exempla inscr. Lat.*, *Not(izie degli scavi di antichità)*, M. I. H. = *inscr. Helvetiae confoed.* ed. Mommsen, Maff(ei) *museum Veronense*, Torr(emuzza) *inscript. Sicul.*, GN. = Herzogii *historia Galliae Narbonensis*, C. I. A. = *corpus inscr. Atticarum*. — reliqua compendia quin facile intellecturi sint legentes, non dubito.

[151]) Excursus de librorum mss. fide in tribuum nominibus statuendis.

a) de libris Ciceronianis. priusquam locos auctorum veterum recensebo, multum interest quaerere, quaenam fides libris mss. Ciceronis operum (nam in reliquis auctoribus etiam minus liquet) sit habenda. ac quidem facile concedes Ciceronem in epistula ad Att. II 14, 2 *tribum Aemiliam* non *tribum Aem.* per compendium scripsisse, pro Mil. 9, 25 et pro dom. 19, 49 *Collinam* et *Palatinam* non *Col.* vel *Pal.* derisisse, ad Att. VII 5, 3 *Pomptinam sumpsisse*, non *Pom. sumpsisse*, cet.; attamen ubicumque tribus nomen cum civis nomine coniungebatur, nihil Ciceronem impedire potuit, quominus solita ratione compendiis ternis litteris confectis uteretur. neque enim ut hoc quoque in discrimen vocem Cicero acc. II 43, 107 *Cai Claudi Cai fili* sed *C. Claudi C.f.*, Phil. VIIII 7, 15 non *Sexti Sulpici Quinti fili* sed *Sex. Sulpici Q. f.* nomina scripsit [itaque e. g. pro Quinct. 6, 24 pro tradito *Sex. filius* scribendum videtur *Sex. f.*]. cum vero in libris mss. tribuum nomina ubique fere perscripta sint, eo minorem eis nos habere fidem oportet, quod hanc scribendi rationem a librariis magis minusve eruditis proficisci potuisse facile apparet. nam in senatus consultis duobus anni 703/51 de quibus Caelius Ciceronem (ad fam. VIII 8, 5. 8, 6) certiorem facit, quae tribus reperiuntur, a scribis actuariis senatus (cf. Becker Handbuch II^2 p. 446) solita ratione certe compendiis scriptae erant. quae cur Caelio solvenda nominaque perscribenda visa sint, intellegi nequit. an Ciceronem, virum iuris Romani peritissimum a compendiorum usu alienum esse putavit? at in iisdem senatusconsultis alia compendia retinuit quae in Mediceo partim recte tradita partim corrupta sunt ita, ut vix solvi possint (cf. im-

1. AEMILIA.

a) nomen perscriptum Latine AEMILIA III 776 = 6195. VI 2715. 2916.
nomen perscriptum Graece AIMIAIA CG. 3524 (quater). 5361.
AIMYAIA Eph. IV p. 220 (cf. notam Mommseni h. l.).

---

primis O. Hirschfeldium in *Hermae* vol. V p. 297 sq. qui in corrupta Medicei lectione compendia quaedam agnovit). quod si compendia aliquot ex illis a librariis aut corrupta aut servata (nam nomina perscripta iterum in compendiorum formas redacta nemo est qui putet) videbimus, etiam de reliquis res aperta erit. ac quidem legimus

VIII 8, 5. L. Domitius Cn. f. *Fabius* Ahenobarbus.
6. L. Domitius Cn. *Fab.* Ahenobarbus [om. *f(ilio)*].
5. Q. Caecilius Q. f. *Fabius* Metellus cet.
6. Q. Caecilius Q. *Fab.* Pius cet. [om. *f.*].
5. 6. L. Villius L. f. *Pom.* Annalis.
5. 6. C. Septimius T. f. *Quirina.*
5. C. Lucceius C. f. *Pup.* Hirrus.
5. 6. C. Scribonius C. f. *Pop.* Curio.
5. 6. L. Atteius L. f. *An.* Capito.
5. M. Eppius M. f. *Ter.* Sal (ubi male ni fallor Halm *Teretina* edidit; in *Sal* latet fortasse cognomen hominis).
6. M. Eppius M. f. *Teretina.*

bis igitur mendose *Fabius* pro *Fab.* scriptum est, octies compendia ternarum litterarum servata, bis compendium binarum, quod vide ne in *Ani* emendandum sit; ter nomen perscriptum est.

Philipp. VIIII 7, 15 trad. *Sex. Sulpicius Q. flaem. Rufus* (manu altera *flaemonius* corruptum est). quem quaeso fugit hoc loco *Q. f. Lem.* [*Laem.* pro *Lem.* solita librariorum incuria scriptum est], non *Q. f. Lemonia* scribendum esse?

pro Quinct. 6, 24 in plerisque, quamquam non optimae notae codd. *Quirinas* est pro *Quirina*: fuit *Qui.* — fortasse etiam hoc monendum est acc. in Verrem I 8, 23 libros discrepare; praebent enim aut *Romuleam* aut *Romiliam* nempe utut grammatici qui textum q. v. Ciceronis recognoverunt compendium *Rom.* interpretabantur. — quod acc. II 43, 107 cod. Lagomars. 42 *P.* pro *Palatina* praebet, non curo.

unde satis constat Ciceronem tribus cum civis nomine coniunctum nomen per compendium scripsisse quod ut in iis solum quos modo citavi locis neque etiam in his, ubi librarii nomen tribus, quale fuit, perscripserunt, factum esse quis coniciat, multum abest:

acc. II 43, 107. C. Claudius C. f. *Palatina*, scribe	*Pal.*
ad Quint. II 3. 5. Cn. Nerio *Pupinia*	*Pup.*
Brut. 48, 178. T. Annius *Velina*	*Vel.*
ad fam. XIII 9, 2. P. Rutilius P. f. *Menenia*	*Men.*

b) de Plinii loco *nat. hist.* VII 50, 163, ubi auctor ex *censu, quem intra quadriennium imperator Caesar Vespasianus pater filiusque censores egerunt*, sc. ex tabulis publicis censoriis haec deprompsit: *unus CXL annos ad censum detulit, M. Mucius M. filius Galeria* (sic r codd. Rezz.; *Gali* R, d; *Galius* alii codd. Rezzonici, *Galerius* β) *Felix.* qua scripturae varietate iam apparet Plinium *M. f. Gal.* compendio usum esse quod in tabulis repperisse eum consentaneum est. Plinius certe quae potuit vel debuit compendiis notavit, cf. e. g. titulum tropaei Alpium III 20, 136 sqq.

c) de codicum quibus Flavii Josephi *antiq. Jud.* continentur fide (XIII 9, 2. XIIII 10, 10. 13. 19).

b) scriptum per sex litterarum compendium AEMILI N. 6025.
quinque litterarum..... AEMIL VI 3884 (ter).
quattuor litterarum ..... AEMI V 912. 7598. VI 2520. 3503.
trium litterarum..... AEM III 608. VI 1440. 1845. 2382[a] (bis). 3884 (decies). VIII 660. 7223. Eph. II p. 273, passim in Italiae titulis inferioris.
AIM X 5583. [N 4338].

MSS. *Aemilia* Liv. XXXVIII 36. Cic. ad Att. II 14, 2. | Αἰμιλία Joseph. XIV 10, 19 (Αἰμιλλία cod. A). ibid. ut mihi videtur in Ἀμιλίαc cod. P (reliqui Αἰcομία) Aemiliae nomen latet.

---

in his locis citandis cum Josephi bona editione egeamus — quod quidem aegre ferendum cum in scriptore illo insigni tum in plerisque Graecorum qui ad Romanam historiam accesserant historicis — collatione illa utor, quam L. Mendelssohn in libro de senatus consultis in Josephi antiquitatibus (in *actis societatis philol. Lips.* ed. Fr. Ritschl V 1875) pp. 114 sq. 132 sq, 182 sq. 238 sqq. protulit, adposuit autem scripturam librorum horum (cf. l. c. p. 131)

ubique excussit hos: A(mbrosiani) saec. XI—XII; L(eidensis) saec. XI; P(alatini-Vatic.) saec. X | non ubique exc.: M(onacensis exc. Constantin.); R(egii Paris.) saec. XV; V(ossiani) saec. XII

praeterea veterem translationem Latinam, sed parum bene editoris munere functus est, cum ex libidine sua Leidensem et Ambrosianum potissimum secutus quaenam inter singulos libros intercederet ratio, non quaereret; est autem haec, quod video



[*V* fortasse ex *A* ipso derivatum est; de qua re mihi ex paucis iis quae Mendelssohn ex *V* (et *M*) exscripsit, non satis constat.] archetypus ipse compendiis sane multis scriptus esse mihi videtur; ceterum non bonae indolis, litteris quas vocant maiusculis exaratus erat; litterae P et Λ, Γ et T et P, TI et Π, Λ et N, H et TI, I et C, al. saepissime et facillime in eo confundi poterant. quod si codicis P et alterius familiae (*AVMLFR*) menda perlustraveris, tibi persuadebis. ceterum I littera muta (subscripta) in codice sed non ubique adscripta fuisse videtur. ex eo cum *P* tum liber ille deperditus (x^2) ad quem reliqui (*AFLMRV*) redeunt manaverunt, quorum prior (*P*) multo melius scriptus videtur quam x^2. igitur eum qui posthac Josephi operum edendorum provinciam suam esse volet, si haec probaverit, *P* codicem quamquam non solum ducem

2. ANIENSIS.

a) ANIENSIS II 4249. III 446. V 939. 7883. VI 2608. 2702. Br. 523. 1159.
ANNIENSIS V 4478.
ANNIESI VI 2918.
ANIESIS III 4247. VI 2942 (traditur *Arniesi* littera *r* sive his diebus, sive vetustis iam temporibus erasa). 3641.
ANIESE *Notizie antich.* 1877, p. 15, n. 2 = X 6230.
ANIHNΣHΣ Eph. IV, p. 220.

b) ANIENS II 4238. 4617. V 5849. Boiss. 354. Maff. 340, 2.
ANIES II 2638. III 4570. V 8274. VIII 2812. Bramb. 1172.
ANIEN II 4532. V 8651*. VI 6017 = 6099. 7932. X 6015 [N. 4097]. Nibby *viaggio antiq.* I 111.
ANIE II 2631. VI 1937. 2491 (trad. ANI·F).
ANNI VI 3897.
ANN VI 1431. 2382[a]. 2382[b]. 3884 (quater). XI 404. 413.
ANI passim.
AN II 3441. 4206. 4235. III 1822 [fortasse *A(uli) n(epos)*]. 381. VI 221 (bis). 2380. 2381[a] (ter). 2443. 2491 (bis). 2533. IX 3044 [N 5330]. 4055 [N 5686]. 4064. 4085. X 5665. 5831. 6102 [N 4093]. Br. 1079. 1161.

MSS. *Aniensis* Liv. X 9, 14 (*Anniensis* cod. Paris. C). XXIV 7. ep. X. Cic pro Planc. 22, 54.

An. Cic. fam. VIII 8, 5. 8, 6 (nisi fuit *Ani*; cf. notam 151).

3. ARNENSIS

interdum *h* littera inchoatur, veluti

HARNENSIS VIII 5281.
HARN VIII 8493.

saepius recte *Arnensis* dicitur.

ARNENSIS III 6185. VI 1473. VIII 5280. 8466 (Renier habet *Arniensis*).
APNHNΣHΣ Eph. IV p. 220.
ARNESIS VIII 1470. 8857.
ARNENS II 4141 (quod exhibet Hübner *Arniens* male coniecit Schollius). VIII 8881.
HARNENSIS VIII 5281.
ARNEN VIII 971.
ARNE VIII 8841. 8865. 9234.

saepius *Arniensis* inserta *i* littera[151a]).

ARENIENSIS II 105.

---

sequetur, tamen veteris scripturae praeter reliquos insignem auctorem censebit. quod ego in his plagulis feci. — addo Mommsenum nuper in commentariolo ad sc. Adramyttenum *Eph. epigr. Lat.* IV p. 213 sqq. quos dixi Josephi locos tractavisse, sed nullis novis adiutum subsidiis.

d) usus sum potissimum editione Ciceronis quam curaverunt Baiter et Halm, Plinii quas Sillig et Detlefsen, Valerii Maximi quam Kempf, Varronis quam Spengel, Dionysii quam Kiessling, cet.

[151a]) ita ut *Arn-i-(ensis)* tanquam eodem modo atque *Ani-ensis* orta videatur.

ARNIENSIS VI 2707 (*Arniens[i]*). VII 48. VIII 8504.
ARNIESI VI 2926. 2942 (sed R littera sive Romana sive nostra aetate erasa est).
ARNIESE VIII 7082 (fortasse in lapide est ORNIESE).
ARNIENS Br. 1176.
ARNI VI 2500.

praeterea invenies compendia

ARNN III 1704 (?).
ARN passim.
AR VI 2777[a]. VIII 1478 (bis). 2565 (bis). 2618. 8462. 8616 (?). 8946 (?).

MSS. *Arniensis* Liv. VI 5, 8. XXIX 37. ep. VI.
Narniensis Cic. de leg. agr. II 29, 79 mendose traditur.

4. CAMILIA.

a) CAMILIA VI 2890. VII 188. Br. 492.
ΚΑΜΙΛΙΑ CG. 3680 (ex Franzii pessima coniectura).
ΚΑΜΙΛΛΙΑ Eph. IV p. 220 (cf. notam Mommseni h. l.)
ΚΑΜΕΛΛΙΑ LW. III 195—198 (bis).
b) CAMIL V 51. 7723 (?). VIII 2533. 3896. IX 24.
CAM passim.

MSS. Camiliae nomen nusquam reperitur, quod sciam.

5. CLAVDIA.

a) CLAVDIA V 6786. VI 2230. 2454. 2522. 2675. 3177. VIII 9994. Eph. IV 892. Bruce *lap. sep.* 507. N. 5486 (?). Br. 311. Maff. 255, 2.
ΚΛΑΥΔΙΑ LW. III 1627. Eph. IV p. 220.
b) CLAVDI Br. 2056 (num est tribus nomen?).
CLAVD III 2057. 2745. 2871 (trad. GLAVD). 3047. V 6513. 6598. 7930. 7934. 8801. VI 1449. 3247. X 1593 [N 2483]. 3681 [N 2574]. (trad. QVAD). 3392 [N 7293]. XI 14. 104. Br. 1229. 1893. Maff. 260, 2. *Notiz.* 1878, 199, 1. *Rhein. Jahrb.* 50/1 p. 217. 44/5 p. 70, n. 20 (trad. ///*d*).
CLAV III 2869 (ex Ven. Ant. fide) 4188. V 6556. 6598. 8808 (?). VI 1622 (bis). 2241. 3339. IX 4790. X 3680 [N 2573]. Br. 81. Eph. IV 435 (trad. CLV pro CLA ut mihi videtur; est enim Agrippinensis homo).
CLA passim.
CL III 2867 (trad. CE). 2917. 4198. VI 3884 (quater). X 1761 [N 5346] (bis). 3679. Eph. II 802, passim.
C Br. 1174.

MSS. *Claudia* Liv. II 16, 5. ep. II. Vergil. Aen. VII 708. Servius ibid.

Κλαυδία Dionys. ant. V 40.

6. CLVSTVMINA [152])

antiquior forma est per *l* litteram, cuius exempla haec inveni
ΚΛΟΥΣΤΟΥΜΕΙΝΑ *Rev. archéol.* XXVIII (1874), p. 8. LW. III 841. 1212. 1213[a] (trad. ΚΛουσΤΟΥΜΕΙΝΑ). *Annali d. Inst.* 1852 p. 171.

[152]) cf. quae argumenta Grotefend *imp. Rom.* p. 2 not. 3 ad *Clustuminam* littera *l* scriptam probandam affert. Mommsen C. I. L. I p. 391.

ΚΛΟΥΤΟΥ.Λ... CG. 1212.
CLVST W. 694.
CLVS V 5841.
CLV I 1430. III 335. dipl. 11. V 1842. VI 1317. 3542. 3831. 5163. IX 755 [N 5226]. 4201 [N 5781]. 4763[a]. 4789. 4808. X 2764 [N. 3274]. W. 2097. 2098 (bis). Vermiglioli *iscr. Perug.* p. 409 in duobus titulis 479 n. 65. *Notiz. d. scavi* 1877, 243. 1879, 72. 1880, 31, n. Nibby *Dintorni* III[2] 449. *Rev. archéol.* XXXII (1876) p. 105, 3. *Bull. d. inst.* 1856, 141, 4. 142, 5. 1874, 119. Garrucci *syll.* 1867. 1870.
CL W. 1140. VI 2384. *Bull. d. inst.* 1856, 141, 3.

multo rarius invenies *Crustuminam* per *r* litteram.

CRVSTVMINA III 1188.
ΚΡΟΣΤΟΜΕΙΝΑ Eph. IV p. 221 (cf. Mommseni notam h. l.).
CRVST VI 2712.
CRV VI 213. 221. 2381[a]. 2382[a]. IX 737 [N 5212] (sed vide Mommseni qui hunc titulum corruptum putat notam ad h. l.).

MSS. *Clustumina* Cic. pro Planc. 16, 38 (*Clustuminia* cod. T). Balb. 25, 57.
Crustum⟨er⟩ina Paul. Diac. p. 55; sed Grotefend imp. Rom. trib. descr. p. 2, not. 3 *Clustuminam* Festum scripsisse satis probabili coniectura effecit.
Crustumina Liv. XXXXII 34.

Κρουστομερία Dionys. ant. VI 34.
Κροστομίνα Joseph. ant. XIV 10, 13. 10, 19.

7. COLLINA.

a) COLLINA III 1503. VIII 3028 (cf. *Co[l]linari* Eph. II 700).
ΚΟΛΛΕΙΝΑ CIA. III 769. CG. 3867.
ΚΟΛΛΙΝΑ LW. III 104.
b) COLLIN V 1812. VIII 2808. X 1263. [N. 1993].
COLL III 1382. VIII 2898. 3175. X 1046. N. 2359. Eph. IV 509.
COL passim.

MSS. *Collina* ep. Liv. XX. Val. Max. V 8, 14. 9, 17. Cic. pro Mil. 9, 25.

Κολλινᾶ Joseph. ant. XIV. 8, 5. (versio Lat. *colline*).
Κολλίνα Joseph. ant. XIV 10, 19.
Κολλ⟨ατ⟩ίνη Dionys. ant. IV 14, (correxit Portus).

8. CORNELIA.

a) CORNELIA III 489 (CORNELIAF). VIII 1591. 1592 (trad. *Cornimi*). 1600. 1601. 2526. 2582. 8888.
ΚΟΡΝΗΛΙΑ *Bull. de corresp. Hell.* 1881 p. 100, n. 4.
b) CORNEL VII 542.
CORN VIII 1574 (bis). 1576. 1582. 1590. 1607. 8889. Eph. IV 69. MIH. 91.
ΚΟΡΝ III 489.
COR passim.

MSS. *Cornelia* Liv. XXXVIII 36.

Κορνηλία Joseph. ant. XIV 10, 19[153]).

[153]) trad. Τίτος Πομπήιος Τίτου υἱὸς Κορνηλία Λοιγινος cod. P; reliqui habent Κορνήλιος Λογγῖνος. L. Mendelssohn l. c. p. 172 cum reliquis editoribus duos h. l. dictos

9. ESQVILINA.

a) ESQVILINA VI 10097.
b) ESQVIL VI 1872[a]. 9180?
ESQ VI 2310 = 4462. 10103. 10105. 10107. W. 2650. N. 6808.

MSS. *Exquilina* Varro *l. l.* V 8, 14. 9, 17.
Esquilina Liv. XXXXV 15. ep. XX.

Ἰσκυλίνη Dionys. IV 14; addo Joseph. ant. XIV 10, 19 vv. dd. vulgo in Αἰσομίαις (est potius Αἰσομίαι = Αἰσομίᾳ) tradito Esquilinae nomen latere putare [154]); sed rectius praebet P Ἀμιλίας, unde Αἰμιλία facile efficitur.

10. FABIA.

a) FABIA II 4322 (trad. *Fa//a* vel *Fana*). III 408. 435. 2708. 6076. V 917. 2090. 3061. 4325. 4923. 8360. VI 477. 1435. 2430. 2767. 2896. 2931. 10515. VIII 4098. 4827. 8884. Br. 808. 1408. X 1767 [N. 2860]. GN. 42. Marini *iscr. Alb.* 19 [Eph. IV 174]. Eph. II 683.
ΦABIA CG. 3173. 3336. 3370 (bis). 4238[c]. 4536[d]. LW. III 1876. 2567. *Bull. hell.* IV p. 518.
ΦABA CG. 2645 (lege potius Φαβ[ί]α).
ΦAB III 186.
b) FAB passim.

MSS. *Fab.* Cic. ad fam. VIII 8, 5. 8, 6, cf. notam 151.
cf. *Fabianos* Sueton. Octav. 40.

11. FALERNA.

a) FALERINA Orelli 1393.
ΦAΛEPNA LW. III 1498. 1617. Eph. IV p. 221.
b) FAL[A] N. 2349.
FALE I 1223. IX 1927 [N 1710].
FALL X 627 [N. 163] Comi solius fide stat.
FAL passim.
F (Falerna potius est quam Fabia) X 791 [N 2191] atque 859 [N 2251 = Orell. 3679 cum supplem. Henzeni vol. III p. 401] [155]).

MSS. *Falerna* Liv. IX 20, 5. ep. IX (sed in Nazar. *Faleria*).

Φαλερνᾶ Joseph. XIII 9, 2. [cod. P Φανερνᾶ, versio Lat. *falerne* (filio)] [156]; (male Mendelssohn Φαλερ[ί]νᾳ mutavit.

---

esse censuit homines et sic distinxit Τίτος Ποπλίου Τίτου υἱός, Κορνήλιος Λογγῖνος. sed de uno cogitandum esse satis superque docet senatusconsultum alterum XIV 10, 13 Τίτος Ποπλίου Τίτου Λογγῖνος. scribendum igitur est Τίτος Ποπλίου Τίτου υἱὸς Κορνηλία (sive Κορνηλίᾳ) Λογγῖνος. Longini cognomen in Pompeiorum gente usitatatum fuisse apparet ex Tacit. *hist.* I 31; IRN. 1110 sq.; CIL. III *dipl.* XIV. XVIIII.

[154]) parum bene utpote in homine ordinis senatorii. XIV 8, 5. 10, 19 Collinae tribulis quod unus senator est, multo facilius ferendum est.

[155]) Mommseno teste in lapide C·CVSPIVS·C·F·F·PANSA legitur, quod inepta ratione Orelli l. c. *C(ai) f(ilii) f(ilium)* interpretatus est.

[156]) eiusdem hominis nomen cum tribu coniunctum in titulo Adramytteno (Eph. IV p. 220) Mommsen repperit.

13. GALERIA.

a) GALERIA II 105. 2131. 2342. 4530. VI 2728. VII 125. 184 (?, trad. *Ca.leria*) Eph. II 24. Boiss. 160. Br. 310.
ΓΑΛΕΡΙΑ CG. 3341. Eph. IV 221.

b) GALER II 3606. III 1158. VI 1410. 2867. VII 168. VIII 5650. Marini *atti* p. 116 (?).
GAL passim.
CAL VI 2382[a]. Br. 1062.
G·A· II 2144 (vix recte dedit Franco).
GA II 3584. 3279 (potuit ex GA. male lecto prodire). X 557 [N 129] (? ex Pansae auctoritate, quam Mommsen tuetur).
G II 288. 299. 3172 3584 (ubi Palani fide solius stat). 4006. VIII 10925 (?).

MSS. *Galeria* Liv. XXVII 6. Plin. nat. hist. VII 50, 163; sed vide ne h. l. *Gal.* compendium scribendum sit, cf. not. 151.

13. HORATIA.

a) HORATIA VIII 629. 2362.

b) ORAT VI 8444.
ORA VI 2381[b].
HOR passim.
H VIII 8849.

MSS. Horatiae nomen apud Latinos auctores non repperi.

Ὁρατία Joseph. ant. XIV 10, 13. 10, 19 (ubi in P Ωρατία exaratum est).

14. LEMONIA.

a) LEMONIA VI 2687. 2721 (trad. *l*EMO*nia*) MIH. 255.
ΛΕΜΩΝΙΑ Eph. IV p. 221.

b) LEMON Br. 1213.
LEMO VI 2693.
LEM passim.

MSS. *Lemonia* Cic. pro Planc. 16, 38. Paul. Diac. p. 115.
Lem. Cic. Phil. VIIII 7, 15. cf. notam 151.

Λεμωνία Joseph. ant. XIV 10, 10 (bis; altero loco traditur in A et P Νεμωνία, compendium Νεμ. in L; altero Νεμωνία A et L, Νεμωνα P).

15. MAECIA.

a) MAĖCIA VII 101.
MAECIA III 3530. V 901. VII 100. X 483 [= Henzen 5184, not. = *Bull. d. inst.* 1853, 134].
MAIKIA CIA. III 641.

b) MAIC I 1481. III 630. VI 2847.
MAEC II 1349 (trad. ///c). III 429. 630. V 533. 7425. 7430. VI 220. 2382[a]. 3884 (bis). VIII 2865. IX 44. 5025 [N 6133]. 5157. 5335. X 494. 1486. 1493 [N 2456]. N. 2454. Eph. III 37 (trad. MAEC...). *Notizie ant.* 1879 p. 169 n. 21.
MEC VI 2382[b]. IX 47 [N 458] (?, trad. MI).

MAI I 1098 (1474). VI 1823. IX 46. 170 [N. 527]. 5051. 5156 [N 6223]. Garrucci *syll.* 1124.
MAE III 2017. VI 221. 507. 2378. 2383[c] (quinquies). IX 5018 [N 6138]. 5034 [N 6137]. X 479 [N 92]. 484. 1501. 1504 [N 3067]. 5169 [N 4229]. Beloch *Campan.* n. 51.
MI IX 47 [N 458] (emendavit vero Mommsen *Mec.*). Torremuzza 2, 3.
ME N 6128 (ex coniectura Mommseni cui VE traditum displicet).

MSS. *Maecia* Cic. Planc. 16, 38 cf. Wunderi notam p. 123. ad Att. IV 15, 9. Paul. Diac. p. 136. Liv. VIII 17. 11 (*Maetia* in Medic. A altera manu adiecta). XXIX 37 [157]).

Μαικία Jos. ant. XIV 10, 10 (sic P; reliqui Μεκία)

16. MENENIA.

a) MENENIA VII 34[b] (trad. *m*ENENI*a*). Br. 1515.
ΜΕΛΙΗΝΙΑ pro Με[ν]ηνία Eph. IV p. 214, lin. 10 et 13 (Μελιη...).
MENEINIA Eph. IV p. 214 lin. 29.
b) MENEN V 2071. 3195.
MEN passim.

MSS. *Menenia* Cic. ad. fam. XIII 9, 2. sed cf. notam 151.

Μενηνία Jos. ant. XIV 10, 10 (Μενηνίαc [pro Μενηνίαι = Μενηνίᾳ] P, Μεντινία A, Μεντηνία L).

17. OVFENTINA.

a) OVFENTINA VI 2517 (trad. OVFEN*tina*).
OFENTINA Maff. 364, 4.
OFFNTINA Br. 1884.
OFFENTINA VI 3449. W 1709.
HOFFENTINA VI 3893.
ΟΥΦΕΝΤΕΙΝΑ Eph. IV p. 221 (//φεντείνα).
ΩΦΕΝΤΕΙΝΑ LW. III 1627.
b) OFENTIN VI 3884.
OVFENT V 4337.
OFFENT Br. 1080.
OFENT VI 3884 (quater).
OFEN VI 3884. Br. 479. 1225.
VFEN *Bull. d. Inst.* 1860 p. 220.
OVFF III 5538.
OVF passim.
OFF VI 2382[b] (bis). 2920 (Fabretti dedit OVF). 3884.
OFE Br. 1222.
OF XI 149.

MSS. *Oufentina* Fest. p. 194. Diac. p. 195.
Oufendina (corr. Müller *Oufentina*) Fest. p. 194.
Ufentina Liv. IX 20, 6. Cic. Planc. 16, 38.
Ofentina Liv. ep. IX.

---

[157]) locum *ad Maecium* Liv. VI 2, 8 codices six exhibent: *Mestium* Medic. A, *Mecium* Paris. C, H(arlei.) 1, *Metium* E(insidl.), Leidens. 1 J, Florent. K.

18. PALATINA.

a) PALATINA VI 1022 (nisi fuit PALATIN). 1104. 1443. 1586. 2993. VII 400. VIII 2623. 8837. 8866. 9358. X 5821 ([*Pa*]*latina*). Eph. IV 130. W. 1708. 2852.
ΠΑΛΑΤΙΝΑ Eph. IV 130.
ΠΑΛΛΑΤΕΙΝΑ LW. III 132 [36?].

b) PALATIN V 5986. VI 1022 (? nisi est PALATINA). X 5653. 6092 [N. 4091].
PALAT III 506. 1815. 2049. 4788. V 5895. 7814. VI 1447. 1846. 7814. VIII 2535. (*Pal*..) 4874. 7036. 9359. IX 4885 [= Or. 3442] (trad. PALA). 5358 (= Or. 3157). 1646 [N 1484]. X 1807 [N 2520]. 2579. 5653. W. 1565. 1621. [1621ª]. 1723. 1810. *Bull. d. inst.* 1852, 153.
ΠΑΛ X 5385 [N 4313].
PAL passim.
PA VI 1338. (Fabretti PAL; fuit fortasse PA.).

MSS. *Palatina* Varro V 8, 14. 9, 17. Liv. ep. XX. Cic. pro P. Sext. 53, 114. pro dom. 19, 49. (acc. II 43, 107; sed cf. notam 151]. Lucilius sat. XXX 128 Müll. sed mendose scriptum.

Παλατίνη Dionys. ant. IV 14.

19. PAPIRIA.

a) PAPIRIA II 719 (..*piria*). 2730. III 757. 4071. 6201. V 2145. 6431. VI 219. 2571. VIII 98 (*Papir*[*ia*]). 210. 619. 853. 958. 2341. 2405. 2878. 3251. 3983. 4626. 4781. 4919. 5145 (*Papi*///). 5150. 8422. 8492. 9359. Br. 82. 377. Eph. II 708. IV 892. GN. 18_{11}. 41.
PARIA VIII 3106 (errore pro PAPIRIA positum).
ΠΑΠΕΙΡΙΑ LW. III 526.

b) PAPIR III 260. VI 1057. 3884. VIII 924. 930. 1439. 2248. 2403. 2407. 4593. 4879. 4886. 4890. 5131. 5305. 5327. 5368. 8461 (ubi Renier ex IAPR quod traditur *pAPiR* restituit). 8681. Eph. II 413.
PAPER VI 2638.
PAPI VI 2382ª. 3884. VIII 3334.
PAP passim.
PA V 5918 [utrum est *Pa*(*latina*) an *Pa*(*piria*)?]. VIII 2565.
P VIII 3020. 5020 (= Renier 2951; sed Wilmanns PAP exhibet).

MSS. *Papiria* Fest. p. 233. Diac. p. 232. Liv. VIII 37, 12 (sic optimi codd.). Val. Max. IX 10, 1 [trad. *Popiria* sive *Popi*(*l*)*lia*]. Lucilius sat. inc. 24 Müll.

Παπειρία P
Παπιρία reliqui codd. } Jos. ant. XIV 10, 10.

20. POBLILIA.

vetustiorem formam *Popliliam* servatam reperimus in

a) ΠΟΠΛΙΛΙΑ (trad. CIL I 203 et Eph. I 120 ΠΟΠΛΙΑΙΑ; Eph. IV p. 221 autem miro erroris consensu cum Fest. v. *Popillia* ΠΟΠΙΛΛΙΑ).

b) POP I 203. 1084.

b littera scriptam habes *Poblilliam*

a) —

b) POBLI V. 3907.

POB VI 1374. 2657. IX 986 [N 203]. X 5843 (bis). 5929. 5937 (ter) et in titulis fere omnibus Veronensibus, qui tribum exhibent; repperi autem quinquagies sexies in titulis quinquaginta duobus.

PO V 3618. IX 3924 [N 5623] (traditur PO); sed in duobus his titulis fortasse fuit *Pob.*

recentiorem formam *Publiliam*

in reliqua Gallia citeriore (vicies septies in viginti quattuor titulis repperi), Romae (undevicies in XVIII titulis), interdum etiam in aliis imperii Romani partibus invenimus. Mommsen in indice CIL. V p. 1183 aq. exempla compendiorum '*Pob*' et '*Pub*' accuratius contulit.

a) PVBLILIA Br. 233.

b) PVBLIL V. 911. VI 2452.

PVBLI III 4478. VII 992.

PVBL III 4478. 5220. V 1959 (?). VI 2381[a]. 2474. 3884. VII 991. IX 4685 (ubi Mommsen male, ut videtur, PVBL recepit). X 3910.

PVB passim.

MSS. *Pop(liliae)* compendium servatum est apud Ciceronem ad fam. VIII 8, 5. 8, 6.
Publilia Liv. VII 15, 12. ep. VII.

Ποπ[λι]λία Jos. ant. XIV 10, 10; cf. quae ad Polliam (MSS.) infra dicentur.

21. POLLIA.

a) POLLIA III 1458 ([*P*]*olli*[*a*]). 1459. 6203. V 948. 7619. VI 2492. 2686. 3892. VII 154 (*Pol*[*l*]*ia*). X 4966 [N 4724]. Br. 210. 1170. 1180. 1189. 1732.

POLIA VIII 3101 (bis). 3247. Br. 1201. MIH 269.

ΠΟΛΛΙΑ Eph. IV p. 221.

ΠΟΛΛΙΟΝ III 715 (?) [158]).

b) POLLI III 4455.

POLI Br. 1188.

POLL VI 2381[a] (bis). 3884 (quinquies). Br. 88. 1166.

POL passim.

ΠΟΛ Eph. II 352.

P VIII 2618 (bis). Renier 134.

MSS. *Pollia* Liv. VIII 37, 11 sq. (ter; Paris. C semel *Polia*). XXIX 37. Val. Max. II 9, 6. VI 3, 4. IX 10, 1.

Πολλία coniciunt vv. dd. apud Jos. ant. XIV 10, 10. sed cum P Ποπλία et A Ποπλίαι habeant, vide ne de Ποπ[λι]λία cogitari praestet [159a]).

22. POMPTINA

antiquissimae scripturae *Pometina*, quam recte Mommsen expostulat, nullum exstat vestigium.

Pomentina inserticio *n* (cf. *Tere*(*-n-*)*tina* pro *Teretina*) legitur

ΠΟΜΕΝΤΕΙΝΑ Eph. IV p. 221 (cf. notam Mommseni h. l.).

---

[158]) Mommsen Pomptinam ibi latere male, opinor, putat l. c.

[159a]) quod et Mendelssohn l. c. p. 244 coniecit.

POMENT VI 3884.
POMEN VI 2577 (Biondii fide; alii POM·EN ....legunt).
Pomtinam habes
POMTINA Boiss. 12.
POMT VI 2192 et *m* ante tenuem *t* litteram in *n* mutato
PONT X 310 [N 292]. 6465[159]).
saepius scribebatur *p* inter *m* et *t* inserto: *Pomptina*
POMPTINA VI 2466. 3471.
POMPTIN X 6426 (= Henzen 6711).
POMPT Torr. 5, 12. W. 1138. 1215. 2624. Bernard *temple d'Auguste* 54. III 2678 (ubi lectione parum certa POMIT traditur).
POMP III 2915. V 531. 7375. VI 2381[b]. VII 29. GN. 503. Torr. 2, 2.

addam quoque
POMI III 1910 (ex Zanettii fide),
POM compendium saepissime legi,
singularem litteram P autem exstare in solo titulo Wilm. 2093.

MSS. *Pomptina* Liv. VII 15, 12. ep. VII (*Pomplinia* Naz.). Paul. Diac. p. 232 et ut videtur Fest. p. 233.
Pontina Cic. ad. Att. IV 15, 9 et fortasse VII 5, 3[160]).
Pom. Cic. fam. VIII 8, 5. 8, 6.
[Πο]μεντίνα Jos. ant. XIII 9, 2 (μεντίνα AR, μέντινα LV, *mentinii filio* vers. Lat.[161]); Mendelssohn de [Τρο]μεντίνα vel Μεν[ηνί]α cogitavit.

23. PVPINIA.

a) PVPINIA Br. 234. 378. Kellermann vig. p. 56 ad n. 136.
PVPINEA Br. 1057.
b) PVPIN V 6360.
POPIN VI 1421. Gori I 386.
PVPI Br. 1257 (nisi fuit PVP).
PVP passim.

MSS. *Pupinia* Fest. p. 233. Diac. p. 232. Liv. XXVI 9 (cf. *Pupiniensem agrum* Liv. IX 41, 10). [Cic. ad Quint. frat. II 3, 5, sed cf. notam 151]. *Puppinia* Val. Max. IV 4, 4. 8, 1.
Pup. Cic. fam. VIII 8, 5.

---

[159]) legendum enim sic mihi videtur vv. 2 sq. *C. Oppio C. f. Pont(ina) Pom-*[...]*ius;* Mommsen descripsit PONI, Giorgius PONT, Detlefsen PO/.

[160]) *de Formiano Tarracinam pridie Kal. Jan. inde Pomptinam* (Medic. *Pontinium*) *sumam* (Orelli *summam* male; locus hic non corruptus est. Tarracinam ad Pomptinae fines usque pertinuisse apparet ex iis quae p. 19 et 21 de Oufentinae et Pomptinae finibus disseruimus. quo bene quadrat, quod Cicero se petiturum dicit) *inde Albanum Pompei*, haud procul ab Aricia situm cf. Drumann *röm. Gesch.* IV p. 538 not. 72. — addo eius regionis formam.



[161]) Mommsen hunc Λούκιον Μάνιον Λουκίου υἱὸν ..μεντίνα atque eum cuius nomen in sc. Adramytteno (Eph. IV p. 214) exstat: Μάνιος Λευκέλιος Μάρκου Πομεντεῖνα eundem esse censet.

24. QVIRINA.

a) QVIRINA II 347. 1186. 1200. 1294. 1459. 1460. 2973 (bis). 3084. 3709. 3711. (4223). 4555. III 289. 290. 409. 1664. 4491. 6186. V 7501. 7862[a]. 7937. VI 1413. 1490. 1533. 3527. VII 373. X 1687 [N 2616]. B. 269. VIII passim (quadragies novies). Eph. II 35. 317. 345 (ex mea coniectura fuit [*Quiri*]*na*). Eph. III 35. 142. Boiss. 269. W. 1218. *Nass. Ber.* 1877, 366.

QVIRNA VIII 1669.

QIRINA VIII 4710.

QVIRIÑALI II 2828 (?).

QVIRINVS II 1057 (ex Stradae solius fide stat). VIII 1687.

KYPEINA C. I. L. III 421. [Κυρ]είνα, CG. 2462. [2463]. 2583 2638. 2697. 2719. 2803. 2880. 2911. 3081. 3082. 3083. 3497. 3695[1]. 3874. 3953[1]. 3960. 4342. 4373. 4380[b]. 5806. 6771. Ferrero *ordin. delle arm. Rom.* 498. LW. III 525. 600[a]. 755. 1601[a]. 1604. 2737. *Bull. hell.* IV p. 174 n. 34 ([K]υρείνα).

KYPEINAN *Bull. d. inst.* 1856, 133, 3.

KOYIPEINA CG. 6607. LW. III 857.

KOYIPINA CG. 2682 (ex Boeckhii coniectura). 3362. 3680 (ex mea coniectura). 4714.

KYPINA CG. 2007. 2789. 3462. 5842.

KYPHNA CG. 2460.

b) CYRIN N 2852.

QVIRIT male legit Guarini et Shaw IX 4274 [N 5852].

QVIRIN II 1286. 1973. 1975. 4199. III 1457. 3685. VIII 6761. 6954. 9296 (Shaw QVIRIT tradit, quod Mommsen male in QVI[*r*] mutavisse mihi videtur; debuit QVIRI(*n*)). IX 4684 (= Or. 3685). X 569. 2274. Eph. IV 892. Boiss. 360. W. 2095. Bernard 98. Marini *atti* 368.

QVIRI I 52 (?). II 29. 938 (?). III 3679. VIII 29. 5638. 6012. Eph. IV 103 (nisi est *Quiri*[*na*]).

QVIR sescenties legitur.

QIR VIII 5502. 5816. 6755. 8089. 9643.

QVR II 2566 (sed emendare mavult Hübner in QVR̄). VIII 330. 5501. 5535 (bis). 5552. 6917.

KYP CG. 5754. 5804.

QR VI 2490 (trad. Q·R·). VIII 1686. 1737. 6117.

QVI passim, ceterum nota in Italiae titulis multo saepius compendium QVI quod expectas quam QVIR reperiri.

QV VIII 1655. 2205. 5534. 5686? 7537 (trad. Q/).

Q II 159. 928*. 2675. 2802. 2930. III 528. 726. V 1442 (?). 3790 (?). 7906. 8293. VI 1377. IX 4472 [N 5831]. Wilm. 994. VIII saepissime (repperi nonagies quinquies).

MSS. *Quirina* Fest. p. 254. Liv. ep. XX[162]). [Cic. pro Quinct. 6, 24. ad fam. VIII 8, 5. 8, 6; sed cf. notam 151]. Ascon. p. 81 Orell.

Κυρινᾶ Jos. ant. XIV 8, 5. (VL; vers. Lat. *quirini*).

---

[162]) *Velina et Quirina;* quod O. Jahn et Weissenborn annotant, in codd. deterioribus et in edit. Rom. princ. *Esquilina* legi nescio ad utram pertineat tribum.

25. ROMVLIA.

veterem formam *Romuliam* servavit

a) ΡΩΜΥΛΙΑ Eph. IV p. 221.
b) ROMVL V 2785.

ceteroquin legimus *Romiliam*

a) ROMILIA III 2835. VI 466. Br. 932.
b) ROMIL VIII 8840.

praeterea passim habemus compendium ROM.

MSS. *Romulea* Cic. acc. I 8, 23 (sic. cod. Guelferb.; reliqui *Romilia*[163]).
Rumulia Paul. Diac. p. 271.
Romilia Varro V 9, 17. Cic. de leg. agr. II 29, 79. acc. I 8, 23 (codd. praeter Guelferb.).

26. SABATINA.

a) SABATINA II 2664. VIII 2752 ([*Saba*]*tina*). 3389.
ΣΑΒΑΤΕΙΝΑ Eph. IV p. 221. CG. 3991.
b) SABATIN III dipl. 54. V 4056.
SABATI Br. 1217. 1218.
SAB passim.

MSS. *Sabatina* Liv. VI 5, 8. ep. VI. Paul. Diac. p. 342. Fest. p. 343.

Σαβατίνα Jos. ant. XIV 10, 13. (Σαββατίνᾳ L. Σαβ. P cum Mendelssohn codici P vindicet, nescio utrum codex Σαβατίνα perscriptum praebeat an Σαβ. compendium). XIV 10, 19 (Σαββατίνα L.).

27. SCAPTIA.

a) SCAPTIA III 2837. V 7258. VI 2466. 2472 (*Scaptio*). 2716. 2764. 2913. 2922. VIII 4856 (*Scap*///). Gori I p. 36.
SCAPTINS II 5076.
ΣΚΑΠ[τ?]ΙΑ Eph. IV p. 221.
b) SCAPT III 4477. V. 1767 VI 3884. X 1756 [N 2850]. 5368.
SCAT VI 2382[a].
SCAP I 1483. II 3455 (?). III 414 (trad. SCARP). 4463[a]. V 925. VI 207. 217. 2590. 2921. 3884. X 211 [N 314] = 6097. Br. 1075. Maff. 291, 4.
SCA passim.

MSS. *Scaptia* Diac. p. 342 et ut videtur Fest. p. 343. Liv. VIII 17, 11 (traditur *sceptia* Medic. A man. 2).
cf. *Scaptienses* Sueton Octav. 40.

28. SERGIA.

a) SERGIA II 2286. III 1579. 1730 (trad. SEBCIA). 6144. VI 375 (SERsGs traditur). 2451. VII 341. VIII 2675. IX 3842 [N 5602]. Br. 1141. 1152. 1892 cf. SERCIAL III 5780.
ΣΕΡΓΙΑ I 203 (bis). CG. 2226. 3915.

---

[163]) ceterum quamquam a Cicerone compendium ipsum *Rom.* profectum puto (cf. notam 151), tamen *Romuleae* et *Romiliae* formas non spreverim; nam utraque a grammaticis, qui fortasse antiquitatum quosdam libros adhibebant, sic suppleta videtur.

b) SERG II 1129. 1184. 1666 passim. III 550. 1710. 1711. 1717. 1732. 1738. 1752. 1978. 2019. 2079. 2830. 2922. 3027. 3288. 4495. 6359. V 877. 932. 6838. VI 208ª. 208ᵇ. 221. 3507. VII 292. VIII 3182. IX 359. 3671. 3837 [N 5597]. 3838 [N 5598]. 3840 [N 5600]. 3853 [N 5571]. 4888. X 3361 [N 2660]. *Bull. Dalmat.* II (1879) n. 24. 35. Eph. IV 347. 379.
ΣΕΡΓ CIA. III 735.
SER passim.
S·R III 297.

MSS. *Sergia* Cic. in Vat. 15, 36. Frontinus de aquis 129 Büch. schol. Bob. ad Cic. p. 323 Orell. Ascon. p. 81 Orell.

Σεργία Jos. ant. XIV 10, 10. (Σεργίαι, ίαι eras., A.)

29. STELLATINA.

a) STELLATINA VI 1400. N 2861. Boiss. 353. *Bull. d. inst.* 1873, p. 91.
STELATINA Br. 1163.
ΣΤΗΛΑΤΕίνα Eph. IV p. 221.
ΣΤηλατίνα LW. III 195—198 sed recte reiecit Mommsen ephem. III p. 156.

b) STELLAT V 7032. VIII 4194.
STELLA VI 2247 (trad. SEELLR).
STELL V 7021. 7037. VI 1635. 3884 (bis). IX 1617 [N 1459]. 1628 [N 1468]. 4688. Br. 99. 480. Vermiglioli 416 n. 13 (trad. STEIL). Nibby *dintorni* II ² 200.
STEL passim.
ΣΤΕΛ CG. 6010.
STE in multis et vetustissimis titulis.
STL Br. 1181.
ST V 7031 et 7083 ex Pingonii fide, Ferrarius ST// praebet. IX 4131 [N 876 fals.]. Br. 1339.

MSS. *Stellatina* Liv. VI 5, 8. ep. VI. Fest. p. 343.

Στηλητίνα Jos. ant. XIV 10, 10 (sic P; τηλητίνα AL).

30. SVCCVSANA [164]).

a) — —

b) SVBVRA VI 2993 (num confudit homo ille *Suburam* regionem cum *Suburanae* [pro Succusana] nomine?).
SVB VI 2993.

---

[164]) cf. Varronem *de ling. Lat.* V 48 *eidem regioni adtributa Suburana quod sub muro terreo Carinarum. ..... Suburam Junius scribit ab eo quod fuerit sub antiqua Urbe. cui testimonio potest esse quod subest ei loco qui terreus murus vocatur. sed a pago potius Succusano dictum puto. Succusana* (sc. tribus) *nunc scribitur tertia littera C non B. pagus Succusanus quod succurrit Carinis*, quem locum Jordan bis diverse tractavit *Top. Rome* II 601 et I 2, 185. — simile quoddam de Succusanae nomine per CC et S scribendo Festus p. 342 tradere videtur, sed parum liquet ut in loco mutilo. Jordan l. c. I 2, 183. 186 *Succusanam* formam geminata C littera viros doctos Romanae aetatis inepte finxisse suspicatur.

SVC VI 197. 199. 200. 392. 1881. 5754. 9405. 9897. N 6757. 6773. 6808 (in *Rhein. Jahrb.* XXXXI, 153 ex pessima coniectura).

MSS. *Succisana* (corr. Müller *Succusana*) Fest. p. 302.
Suburana Liv. ep. XX. Varro V 9, 17. Cic. leg. agr. II 29, 79 (Lauredanus a *Suburana*; E(rfurt.), Erlang. F, al. *ab usura nam*). Fest. p. 302.
Subur(b)ana Varro V 8, 14 cod. Flor.
Subura (regio et tribus) Fest. p. 309.

Cοβωράνη Dionys. ant. V 14. (Cοβοράνη cod. Urbinatis fide).

31. TERETINA.

a) TERETINA III 4464. VI 31 ([*T*]*eretina*). GN. 352. — sched. corp. inscr. Lat. vol. XII ex *mém. de l'acad. des inscr.* XXIII. p. 204 (vidit O. Hirschfeld).
THPHTINA LW. III 2801 (bis.)
THPHTEINA Eph. IV p. 221.
THPHNNTI[να] CG. 4065.
in TRERNA III 2715 Mommseno *Teretina* latere videtur.
b) TERETIN GN. 337.
*tere*T GN. 630.
TER passim.

MSS. *Terentina* Liv. X 9, 14 ep. X (*terentia* Naz. et alii codd.) [Cic. ad fam. VIII 8, 5, sed cf. notam 151].
Teretina Cic. pro Planc. 8, 21 (*Tiretina* T). 16, 38. 17, 43. 22, 54.
Ter. Cic. ad fam. VIII 8, 5. cf. not. 151.
Teretinates Fest. p. 363.

Τηρητίνα Jos. XIV 10, 19. (Τηρητίνᾳ L, Τηρητίνα A, τηρειτα ίνα P). 10, 10 (Τηρητίνα AL, Τηλητνα P). 10, 13 (ubi ALP consentiunt); male ubique Gronovius et Mendelssohn (l. c. p. 172) Τηρη[ν]τίνα coniecerunt.

32. TROMENTINA.

a) TROMENTINA V 7510. XI 23. *Notizie antich.* 1880, 31 f.
b) TROMENTIN II 4515.
TROMEN X 6090 [N 4059].
TROM II 2993 (traditur *Dom.*). 4219. III 1748. 1755. 2074. 2447. 2833. V 1107. 2236. VI 221. IX 2666 [N 4061] (traditur *Rom.*; cf. Mommseni notam ad hunc titulum et aliam et diversam quae in tribuum indice IN p. 456 legitur). 6100? Br. 1144. 1147. 1185.
TRO passim.
TR III 2074. 7546.
T III 2470 [165]).

MSS. *Tromentina* Fest. ep. p. 367 *Tromenta* cod. Guelferb.) Liv. VI 5, 8. ep. VI (Naz. et alii codd. *promentina*, corr. Sigonius).

---

[165]) traditur L·PLOTIO·L·FILIO·T·BASSO quod Mommsen male mihi videtur in L·FIL·POL·BASSO mutavisse. legendum enim est L·FILIO·T(*romentina*)·BASSO.

33. VELINA.

a) VELINA II 1136 (bis). 3696. 4197. 4262. 4343. V. 58 (*Velin*[*a*]). VIII. 503. Eph. II 345 (?).
VELEINA VI 2505.
VELLINA VI 2519. 7377.
VELNA ? Renier 1222.
VELLIA VII 560.
OYEΛINA [CG. 2260].
OYEΛEINA LW. III 1627.

b) VELIN IX 1465 [N 1358].
VELL V 742.
VIL VI 2381[b].
VEL (ƎEL IX 5686) passim.
VE N 6128 [sed Mommsen mutavit in ME = *Mae*(*cia*)].

MSS. *Velina* Liv. ep. XX (cf. notam 162). latet etiam in *Villam* Cic. ad Att. IV 15, 9; Brut. 48, 178, sed cf. notam 151.

34. VOLTINIA.

a) VOLTINIA I 1054. II 4323. VII 371. VIII 3006. IX 4682. 4684 [= Or. 3685]. Br. 1212. GN. 122. [129]. 132. 136. 168. [505]. W. 2095. Eph. IV 354.
VLTINIA III 5636. Eph. IV 345.
OΛTEIVIA in s. c. de Thisbaeis Eph. I 279. cf. Joh. Schmidt *Mitteil. d. deutschen Institutes in Athen* IV p. 248.
OYEΛTINIA CG. 4238[d].

b) VOLTIN B. 395[a]. 395[b]. GN. 428. 514. 576.
VVLTIN GN. 20.
VLTIN (‚M·F·VLTIN *male solutum in* M·FVLVIVS' Mommsen in MIH 251).
VOLTI Br. 304.
VOLT II 243. 2318. 4173. III 386 (bis). 1024. 4245. V 486. VI 951. 1348. 1529. VIII 1024. IX 2597. 2603 [N 5175]. 2615 [N 5173 (bis)]. X 6658. 7224. Br. 84(?). 457. 898. 940. 1196. 1247. 1344 (?). GN. 583. Eph. II 496. *Notizie antich.* 1877, 61, 8.
VOL passim.
VLT Br. 1219. 1303.
VL VI 2381[a] (*Jul*).
V GN. 103.

MSS. *Voltinia* Cic. Planc. 16, 38. 17, 43 (bis). 22, 54; cf. *Voltinienses* ibid. 17, 43.

35. VOTURIA.

a) VOTVRIA *Notizie ant.* 1877, 193.
VETVRIA III 4502.
OYOTOYPIA III 424.
OYETOYPIA Eph. IV p. 221.

b) VOT I 1029. III 424. 6065. VI 903. 2382[b]. 2471. 2546. 6096. N. 2383[c]. X 1758. [N 2853]. 6672. Br. 1204. 1516 et passim in quinto corp. inscr. Lat. vol.
OY/// III 6065.
VET Br. 1197. Vermiglioli *iscr. Perug.* 435 n. 2, sed est legendum VEL*ina*· FIRMO.

MSS. *Veturia* Liv. XXVI, 22 (quater).

[Οὐ]ϵ[τ]ωρία Jos. ant. XIV 10, 13 (ἐρωρίᾳ A L, om. P). 10, 19 (ἐρωρίᾳ L, ἐγωρεια P, ἐρωρία A sed ἐ͞ρ in ras.)

§. 5. De tribuum ordine legitimo.

Tribuum ordinem aliquem[166]) eumque lege sancitum fuisse in censu agendo, agris dividendis, comitiis habendis, suffragiis renuntiandis, exercitu conscribendo, aliis rebus, cum per se patet, tum ex disertis Ciceronis verbis intellegitur *de leg. agr.* II 29, 79 *quae est ista superbia et contumelia, ut ordo tribuum neglegatur?* aliosque conferas infra citandos locos. neque verba illa *in secunda quasi tribu esse* (Colum. II 24) nisi ordo quidam fuisset tribuum, dici potuerunt. quamquam autem is ordo aut temporum quibus singulae factae sunt tribus ratione habita constitui poterat aut aestimationis ac dignitatis tribulium aut denique regionum situs, placuit tribus sic ut sese excipiebant ab Urbe per totum agrum Romanum proficiscenti ordinare[167]).

Initium igitur factum est a tribubus urbanis (cf. Cic. l. c. et tribuum indicis fragmenta quae sunt et apud Varronem *de l. l.* 5, 56 et in titulo musei Borbonici = N. 6808 = C. I. L. VI 10211) et quidem a Succusana (Cic. l. c.); secutae sunt rusticae a Romulia (Varro l. c., Cic. l. c., N. 6808) et Voltinia (N. 6808) usque ad Arnensem (Cic. l. c.); ante Arnensem certe Polliam fuisse etiam ex Liv. XXVIII = Val. Max. II 9, 6 apparet.

Iam age tribus urbanae, quarum principem fuisse Succusanam supra diximus, quonam ordine sese exceperint inquiramus. Mommsen (*Tribus* p. 100) ex Cic. *pro Mil.* 9, 25 Collinam ultimam fuisse collegit. quo ex loco quamquam efficimus Collinae tribules in nullo fere habitos esse honore, tamen non licet concludere, propterea quod in nullo fere honore essent Collinae tribules, eam ultimum in tribuum urbanarum ordine obtinuisse locum. nihil enim tribulium dignitas ad tribuum singularum ordinem constituendum contulisse videtur. ex auctoribus autem alius alio ordine tribuum earum nomina tradidit:

---

[166]) de tribuum ordine disseruerunt Mommsen *röm. Tribus* p. 100, not. 78. Becker *Handb. d. röm. Alt.* II 1, 355, Lange *Staatsaltert.* I 511. 521. Huschke *Serv. Tullius* 56. 705. Jordan *Topographie Roms* II 147 sq., Grotefend. *imp. Rom. tr. descr.* not. 5.

[167]) si enim ex temporum ordine compositus esset, Palatinam Collina eamque Succusana et Esquilina sequi, Quirina et Velina ultimos locos obtinere debebant; sin ex tribulium aestimatione ac dignitate, urbanae tribus ultimo ponendae erant loco, cum, ex quo Q. Fabius Maximus censor a. 450/304 libertinos et totam turbam forensem in eas coniecerat, minimi haberentur.

Liv. ep. XX.....	Esq.,	Pal.,	Suc.,	Col.,
Dionys. IIII, 14.....	Pal.,	Suc.,	Col.,	Esq.,
IN. 6808.....	Pal.,	Suc.,	Esq.,	Col.,
Plin. *n. h.* XVIII 3....	Suc.,	Pal.,	Col.,	Esq.,
Varro *l. l.* V 45	Suc.,	Esq.,	Col.,	Pal.,
Varro *l. l.* V 56	Suc.,	Pal.,	Esq.,	Col.,
Festus s. v. *urb. tr.*	Suc.,	Pal.,	Esq.,	Col.,
Cic. *leg. agr.* II, 79....	Suc.,	—	—	—
[Cic. *Mil.* 25.....	—	—	—	Col.]?

De Dionysii loco et de Livii epitoma nihil addo: nihil enim eorum scriptorum interfuit, ut tribus singulas legitimo ordine enumerarent. neque auctorem tituli N. 6808, qui tribulium frumento donatorum ratione habita tribus urbanas enumerat (nisi forte Palatinam utpote spectatissimam, tribuum ceterarum ordine incolumi, primo loco posuit) curo, cum non ordiatur a Succusana. Varro autem V 45 non tam tribuum ordinem quam eum, quo Argei singulas regiones sive tribus perlustrabant, significat. neque quod Augustus regiones illas, in quas Urbem divisit, inde a Succusana per Esquilinam et Collinam usque ad Palatinam numeravit, ad hanc quaestionem aliquid habere momenti Jordan *röm. Topogr.* 247 sqq. probavit.

Restant igitur de quibus agam loci Plinii, Festi, Varronis alter. in quibus omnibus exordium ducitur a Succusana. ac Varronis Festique idem est ordo, alius Plinii. sed Plinius non diserte de tribuum ordine eo loco agit, Varro et Festus contra ordinem ipsum volunt significare et maiorem etiam Varroni Festoque ob eam rem fidem habuerim, quod Varro ipse de tribubus librum confecit, ex quo utpote fonte optimo Verrius Flaccus, et ipse vir doctissimus et eruditissimus, cuius postea libros Festus excerpsit, quae de tribubus tradidit hausisse videtur.

Apparet igitur, quonam modo ordo tribuum confectus sit. incipiebat enim ab oriente, finiebatur in occidente, ita fere, ut in hac expositum est tabula:

	sunt ab oriente	mediae	ab occidente
urbanarum tribuum			
in serie I.....	Succusana	—	Palatina
in serie II.....	Esquilina	—	Collina

	sunt ab oriente	mediae	ab occidente
rusticarum tribuum			
in serie I.....	Romulia	(Voltinia [168])	.....
in seriebus II, III sqq.	.....	.....	.....
in serie ultima.....	[Velina] [169])	[Quirina] [169]) [Stellatina, Sabatina, Tromentina] [169])	Arnensis

Atque eodem ipso ordine Augustum Urbem regionatim descripsisse video [170]). in singulis enim tribubus regiones ita instituit, ut inciperent ab oriente, finirentur in occidente. qua de re te haec edocebit tabula:

series (i. e. tribus)	ab oriente	mediae	ab occidente
I	reg. I	II. III	IV
II	V	VI	VII
III	VIII		IX
IV	X	XI. XII. XIII	XIV

[168]) Voltiniam enim titulus supra dictus N 6808 = VI 10211 post Romuliam ponit, ita ut eam tribum vetustissimam Romuliae finibus vicinam et mare propius sitam fuisse facile conieceris.

[169]) quod tibi placebit, si quidem quae supra de Velinae, Quirinae, Stellatinae, Tromentinae, Sabatinae, Arnensis territoriis exposui probaveris. Velina tum maxime ad orientem spectabit, utpote in Praetuttianorum agro constituta, Quirina iam ad occidentem versus procedet, quippe quam in Sabinis fuisse constet. inde se excipient Stellatina prope Capenam, Tromentina prope Veios, Sabatina ad lacum Sabatinum, Arnensis (quae ultimum locum in ordine tribuum legitimo obtinebat) ad Ar[o]nem fluvium qui in mare occidentale, Tyrrhenicum nempe, influit. accedit aliud quoque: Stellatinae, Tromentinae, Sabatinae, Arnensis ordo, quem modo dedi, is ipse est, quem Livius VI 5, et qui lemmata eius operis contulit, epit. VI servaverunt. fortasse inde conicere licet, Livium et aliis locis, ubi de novis tribubus agit, tribuum sollemnem ordinem retinuisse, ut VII 5 (et epit. VII) Pomptinae et Poblilae, VIII 17 Maeciae et Scaptiae, VIIII 20 (et epit. VIIII 20) Oufentinae et Falernae, X 9 (et epit. X) Aniensis ac Teretinae. sane in epitoma libri XVIII Livius sive potius qui brevissimum rerum praecipuarum a Livio enarratarum indicem confecit Velinae quoque et Quirinae ordinem quem fuisse aliunde statui, servavit.

[170]) quamquam id quod Jordan *Topogr. Romae* II 248 sq. monet Augusti et Servii regiones non ubique sibi respondere me non fugit.

Certe haud aliam possis opinor invenire causam, quare Augustus hoc potissimum ordine Urbis regiones instituerit, nisi quod antiquum eum in hac re secutum esse dicas ordinem.

Tribuum ordo quem modo exposui nisi tribuum numero iam expleto non potuit institui: sin secus, Velinam et Quirinam ultimos obtinere oportebat locos. neque vero post novam comitiorum per tribus et centurias commixtas habendorum rationem sanctam constitui potuit. factus igitur est aut a. 513/241 aut non multo post.

Caput II.

De tribuum propagatione inde ab a. 513/241 usque ad a. 666/88.

§. 1. De tribuum ratione ab a. 513/241 usque ad bellum Marsicum.

Post Velinam et Quirinam tribus constitutas cives novi iis, quae tum erant, tribubus nullo pacto attribui potuerunt, nisi regionum veterum ratione prorsus abolita. nam qui abhinc novi alicuius agri incolae civitatem optimo iure adipiscebantur, in una ex veteribus tribubus censendi erant ac quidem in finitima quaque, nisi forte inter eam et agrum novum multum agri intercedebat peregrini. ita autem eas tribus, quae in extremo agro Romano sitae erant, nimis augeri, ceterarum vero fines numquam proferri, idcirco eos cives, qui iam pridem in illis fuerant tribubus, propter nimium contribulium numerum suffragio quodam modo privari oportebat. neque tribubus ita institutis et immutatis, ea quae ad civitates singulas vel ad rem publicam aut rem militarem pertinebant, facile poterant administrari. ceterum illo tempore Romanos eum qui erat rerum suarum statum in futurum retinere voluisse tempus inde quoque intellegitur. extremis iam Italiae regionibus paullo ante expugnatis illos imperii fines in alias terras proferre satis diu dubitavisse constat. Hispaniam cum deinde expugnassent, inviti et coacti in tam remotis regionibus exercebant arma, utpote veriti, ne Carthaginienses id quod iam Hannibali contigerat, Hispania obsessa eo facilius in Italiam iter haberent. deinde paullatim et initio quidem nulla alia causa nisi summa rerum necessitate coacti exercitus externas gentes subacturos trans mare miserunt. contenti igitur iis, quos tum habebant imperii finibus cives Romani id tantum curabant, ut socios regerent et coercerent [171]).

---

[171]) ἵνα συμμάχους οἰκείους ἔχοιεν Appian. *bell. civ.* I 7.

Velina et Quirina tribus postremae ex iis civibus additae erant, qui per quinquaginta fere annos eodem modo quo ii, qui cives Romani optimo iure erant, se gesserant atque in omnium fortunarum et civitatis societate cum iis fuerant. populus enim Romanus per quinque et triginta tribus discriptus sibi soli imperium domi militiaeque vindicandum esse ratus, novis oppidis in civitatem recipiendis finem facere voluit. quinquaginta fere demum annis post, Italia ab Hannibale diu ac vehementissime vexata novae coloniae deductae sunt (a. 560/194), quibus socii qui defecerant severius regerentur et coercerentur, annis nonaginta tribus insequentibus (usque ad a. 654 / 100) sedecim aliae, de quibus satis constat. civitatibus etiam nonnullis suffragii latio data est. quod quidem diserte compertum non habemus nisi de Arpino, Formiis, Fundis a. 564/190 [172]) suffragii iure ferendi donatis et de Atinatibus certe ante a. 652/102 in civitatem Romanam receptis [173]). sed alia nobis praesto sunt argumenta, quibus usi de civitatibus singulis, quaenam civitate Romana donatae sint, accuratius iudicare possumus, cum omnia oppida, quae post bellum demum sociale in civitatem pervenerunt, per IIviros vel per IIIIviros recta esse neque abhinc ullam praefecturam factam esse constet. omnia igitur oppida, quae per alios magistratus, dictatores, aediles, praetores, octoviros, triumviros [174]) gubernata atque administrata, quibusque praefecturae nomen servatum cognovimus, ante illud bellum civitate sive cum suffragio sive sine suffragio usa esse certum est. praeterea quoque plurimae, non omnes civitates, quae initio suffragii latione carebant, ante bellum Marsicum eo iure donatae esse videntur. perpaucae enim earum, veluti Venafrani Romanorum hostibus se adiunxerant, ut sibi civitatem vi compararent.

Subiungam igitur earum civitatum, quas ante bellum Marsicum civitate Romana donatas esse probari potest, indicem, ordine rerum quam maxime potui servato. oppida autem ita digeram, ut primum locum obtinere iubeam colonias civium Romanorum, fora et conciliabula c. R., denique reliqua oppida a Romanis ipsis condita, alterum civitates sine suffragio, quas ante a 664/90 suffragio donatas esse satis constat, postremum reliquas civitates sine suffragio, quarum plerasque idem ius iam ante illud bellum consecutas esse probabile est.

---

[172]) Liv. XXXVIII 36.

[173]) Plin. N. H. XXII 11, cf. notam 180.

[174]) Marquardt *Staatsverw.* I² 148—151. Beloch *ital. Bund* p. 130.

1. Coloniae [175]) et oppida civium Romanorum [176]):

Ostia	deducta Anco rege	adscripta est Palatinae
Antium	416/338	Quirinae
Tarracina	425/329	Oufentinae
Sinuessa	458/296	Quir. sive Teret.
Minturnae	458/296	Teretinae
Sena Gallica	ca. 471/383	Oufentinae
Castrum novum	ca. 471/383	Papiriae
Aesium	507/247	Polliae
Alsium	507/247	?
Fregenae	509/245	?
Puteoli	560/194	Palatinae
Volturnum	560/194	?
Liternum	560/194	?
Salernum	560/194	Quirinae
Buxentum	560/194	Pomptinae?
Sipontum	560/194	?
Tempsa	560/194	?
Croto	560/194	Corneliae?
Pyrgi	ante 563/191	?
Potentia Piceni	570/184	Velinae
Pisaurum	570/184	Camiliae
Parma	571/183	Polliae
Mutina	571/183	Polliae
Saturnia	571/183	?
Graviscae	573/181	Stellatinae
Luna	574/180; 577/177	Galeriae
Auximum	597/157	Velinae
Fabrateria nova [176a])	630/124	Tromentinae
Minervia (Scylacium)	632/122	?
Neptunia (Tarentum)	632/122	Claudiae
Exoredia	654/100	Polliae
Dertona?	?	Pomptinae
extra Italiae fines [177]):		
Narbo	636/118	Papiriae

[175]) hunc coloniarum indicem cum alii tum Marquardt I 38 sq. et Beloch p. 116 sq. protulerunt.

[176]) de Italicorum oppidorum tribubus plurima contulit testimonia Grotefend *Zeitschrift f. d. Altertumsw.* 1836 n. 114 — 118 *die röm. Tribus in histor. und geograph. Beziehung*; *imp. Rom. trib. descr.* p. 25 sqq.; Beloch. l. c. p. 17 (*die Tribuseinteilung Italiens*). ipse quidem cum saepius ab his dissentiam meas sententias in libro de Italiae tributim discriptae forma probare studebo.

[176a]) cf. notam 239.

[177]) Carthaginem coloniam Junoniam consulto omisi, quippe quae mox interierit.

accedunt Fora[178]): (e quorum numero ea tantum exhibeo, de quorum tribubus mihi constat):		
Cornelii		Polliae
Fulvii Valentium		Polliae
Sempronium		Polliae
Brentanorum (Truentinorum)		Pupiniae
Germanorum		Polliae
Fortunae		Polliae
praeterea oppida c. R. haec:		
Faventia		Polliae
Regium Lepidi		Polliae
Pollentia		Polliae
Hasta		Polliae
Industria		Polliae
Suasa Senonum (Pisauro attributa)		Camiliae

2. Civitates sine suffragio, quas ante bellum Marsicum suffragio donatas esse constat:

Volscorum[179])	Atina[180])	fuit in Teretina
	Fundi[181])	Aemilia
	Formiae[181])	Aemilia
	Privernum[182])	Oufentina
	Fabrateria vetus[182a])	Tromentina
	Arpinum[183])	Cornelia
	(Cereate)[184])	Cornelia
Hernicorum[179])	Verulae	

[178]) de foris confer Marquardt. I² 12, Beloch. l. c. p. 109.

[179]) Aequos, Hernicos, Volscos ante Juliam legem civitatem cum suffragio accepisse apparet ex Cic. *pro Balb.* 13, 31. *de off.* I 11, 35; cf. praeterea Mommseni epistulam Jahnii ad T. Livium periochas praefationi insertam p. 22 sqq.

[180]) civitate optima anno certe 652/102 Atinam usam esse, ex Plinio *nat. hist.* XXII 11, praefecturam fuisse ex Cic. *pro Planc.* 8, 21 intellegimus.

[181]) a. 566/188 primum in Aemilia censos esse Fundanos et Formianos Liv. XXXVIII 36 tradit; antea eos in civitate sine suffragio fuisse intellegitur ex Liv. VIII 14, 10. cf. Vell. I 14, 3. Fest. p. 142.

[182]) de Priverno iam in primo huius opusculi capite plura disserui.

[182a]) cf. Mommsenum C. I. L. X p. 552.

[183]) fuit initio in civitate sine suffragio, cf. Liv. X 1, 2. Fest. p. 233; postea a. 566/188 Arpinates suffragii ferendi iure donatos esse Livius XXXVIII 36 refert.

[184]) a C. Mario demum constitutum est hoc oppidum, cum antea Arpini pars fuisset (Zumpt *comment epigr.* I 229) itaque in eadem tribu atque Arpinum censebatur.

	Capitulum	Aniensi
	Anagnia	Poblilia
	Ferentinum [185])	
	Aletrium (?)	
Aequorum [179])	Cliternia	Claudia
	resp. Aequiculorum	
Picentium [186])	Helvia Ricina	Velina
	(Cingulum)	
	Falerio	
	Pausula	
	Cupra	
	Interamna Praetuttianorum	
Sabinorum pars [187])		Quirina

3. Civitates reliquae sine suffragio:

	fuit sine suffragio inde	postea in tribu
Caere [188])	ab a. 401/353	Clustumina?
Aricia [189])	416/338	Horatia?
Lanuvium [190])	416/338	Quirina
Pedum [191])	416/338	?
Nomentum [191])	416/338	Cornelia
Velitrae [192])	ca. 416/338	Pomptina
Satricum [193])	416/338	?

[185]) post a. 559/195 cf. Mommsenum CIL. X p. 572.

[186]) agrum Picentinum ex lege Flaminia, quam a. 522 / 232 latam esse vv. dd. putant, in plures partes divisum esse supra dixi; praefecturas plures in eo agro fuisse ex Caes. *bell. civ.* I 15 intellegi potest.

[187]) Sabinorum partem, vel id quod Belochio placet, omnes regiones a M.' Curio Dentato occupatas et postea (a. 486/268) in civitatem Romanam adscitas esse Velleius I 14 tradit.

[188]) cf. Marquardt. I ² 29 ². Liv. VII 20, Cass. Dionem frg. 33 Dind., Fest. p. 233. iam ante legem Juliam Caere oppidum civitate optima donatum esse videtur; imperatorum enim etiam aetate ibi iidem, qui veteris rei publicae liberae fuerant, magistratus apparent, dictatores et aediles (Mommsen. *inscr. regn. Neap.* 6828 = Orell. 3787 = Wilm. 2083).

[189]) Liv. VIII 14, 3. Vell. I 14, 2, qui a. 414/340 hunc Ariciae, (atque Nomenti et Pedi oppidorum) statum effectum esse dicit.

[190]) Liv. VIII 14, 2. — omnium vv. dd. solus, ut videtur, Zoeller *Lat. u. Rom* p. 400 sqq., Lanuvinos a. 416/338 in civitatem iustam receptos esse recte negavit.

[191]) cf. notam 189.

[192]) Lange II ³ 64. Marquardt I ² 49 not. 4.

[193]) Lange II ³ 64. 71. postea cum Antio coniunctum erat, Beloch l. c. p. 15. de tribu nihil constat.

Cumae [194])	416/338	Claudia [195])
Suessula [194])	416/338	?
Calatia [196])	416/338	Falerna
Atella [197])	416/338	Falerna
Capua [199])	416/338	Falerna
Volturnum [199])	416/338	Falerna
Casilinum [199])	416/338	?
Sabate [199])	416/338	?
Velecha [199])	416/338	?
Acerrae [198])	416/338	?
Ischia [200])	422/332	?
Trebula Mutuesca [201])	451/303	Fabia ?
Taurasia in quem agrum Ligures Baebiani Corneliani a. 573 / 181 veniebant [202])	456/298 vel 482/272	Velina [203])
ager Gallicus inter Aesim et Utentem [204])	461/293	?
Volci [205])	ca. 474/280	?
Venafrum [206])	482/272	Teretina
Allifae [206])	482/272	Teretina

[194]) Liv. VIII 14, 11; cf. Vell. I 14, 3, Fest. p. 142.

[195]) quam tribum ideo Cumanis civibus fuisse puto, quod Misenum a Claudio imperatore constitutum oppidum in Cumarum agro situm erat. Misenates autem in Claudia censos esse satis mihi constat ex titulis X 3392 (= IN 7293 = Henzen 6888). 3679 (= IN 2577 = Henzen 7003). 3680 (= IN 2573 = Orelli 2299). 3681 (= IN 2574 = Henzen 5959).

[196]) de anno, quo Calatini in civium Romanorum numerum sint recepti, cf. Mommsenum *röm. Münzwesen* p. 335, not. 123, Festum p. 142. Calatinos eodem iure, quo postea Capuanos fuisse Livius XXVI 34, 6 ostendit.

[197]) conferas velim, quae supra nota 194 dixi. adde Liv. VIII 17, 12.

[198]) Liv. VIII 17. Vell. I 14, 4.

[199]) Liv. VIII 14. (Vell. I 14, qui Capuam a. 420 / 334 civitate donatam esse dicit; cf. eos locos quos Marquardt I² 30 sq. citat.) Festus p. 233 has praefecturae Capuanae partes enumerat: Acerras, Atellam, Calatiam, Capuam, Casilinum, Cumas, Liternum, Puteolos, Suessulam, Volturnum.

[200]) Beloch *Campanien* p. 205.

[201]) Liv. X 1.

[202]) Liv. XXXX 38. C. I. L. I p. 17.

[203]) hac enim tribu Ligures usi esse videntur.

[204]) de agri finibus cf. Liv. V 35. occupatus est Senonum gente prope deleta Polyb. II 20. Flor. I 13. Eutr. II 5, divisus ex lege Flaminia *de agro Gallico et Picentino viritim dividendis*, cf. Lange II ³ 688 etc.

[205]) cf. Beloch. p. 59 sq.

[206]) Fest. p. 233. CIL. IX p. 214.

Casinum [207])	482/272	Teretina
Sila silva [208])	482/272	?
Falerii [209])	513/241	Horatia

censebantur igitur oppida

civium Romanorum	civium sine suffragio
per has tribus	
—	Aemiliam
—	Aniensem
Camiliam	—
Claudiam?	Claudiam
—	Clustuminam?
Corneliam?	Corneliam
—	Fabiam?
—	Falernam
Galeriam	—
—	Horatiam
Oufentinam	Oufentinam
—	—
Palatinam	—
Papiriam	—
—	Pobliliam
Polliam	—
Pomptinam (?)	Pomptinam
Quirinam	Quirinam
Stellatinam	Stellatinam
Teretinam	Teretinam
Tromentinam	—
Velinam	Velinam

In octo tribubus igitur pariter et coloniae et qui prius sine suffragio cives fuerant censebantur: coloniae per octo tribus quae post reges exactos factae sunt, praeterea per quinque alias quae minoris pretii tunc fuisse videntur [210]): Papiriam, quam in agro Romano extremo prope Tusculum fuisse supra ostendi, Polliam, quam minoris pretii quam plurimas alias tribus fuisse infra cognoscemus, Galeriam apud

[207]) videtur praefectura fuisse *inscr. Neap.* 7236. 7237. *bull. Campan.* 1876 p. 55. Mommsen CIL. IX p. 214.

[208]) Beloch. 62.

[209]) ibd. 61.

[209a]) ut videtur, cf. Beloch. *ital. Bund* p. 61. 134.

[210]) cf. p. 24.

mare ut videtur sitam et a Roma remotam, Corneliam atque Camiliam, de quibus tribubus quidem nihil constat, — denique per Palatinam de qua non est quod verbum addam.

Qui cives sine suffragio prius fuerant, per duas vel si plurimum concedas, per quattuor tribus ex prioribus quindecim censebantur et per decem vel undecim ex posterioribus. coloniae igitur et qui ante bellum Marsicum civitatem adepti sunt per minorem tribuum numerum earumque deteriorum censebantur, ne tribuum vetustarum tribules novorum civium suffragiis superarentur. ceterum omnes eas tribus, quas post reges exactos factas esse traditum est, in eo indice invenies praeter Sabatinam et Arnensem, quas casu quodam fugisse nos adhuc puto. de multis enim oppidis, quanam in tribu fuerint, adhuc non satis constat.

§. 2. De oppidis, quae bello Marsico civitatem sunt consecuta.

Venio iam ad ipsa foederata oppida, quae post bellum sociale demum in civitatem recepta sunt. etenim Romani virtutem et studium, quae socii plus quam centum quinquaginta annos in imperio Romano conservando augendoque praestiterant, nullis pensaverant beneficiis, sed gravius in dies exercebant imperium. quare bellum illud Italicum excitatum est, quo *universa Italia... arma adversus Romanos cepit. quorum* (intellegas: sociorum) *ut fortuna atrox, ita causa fuit iustissima: petebant enim eam civitatem, cuius imperium armis tuebantur: per omnis annos atque omnia bella duplici numero se militum equitumque fungi neque in eius civitatis ius recipi, quae per eos in id ipsum pervenisset fastigium, per quod homines eiusdem et gentis et sanguinis ut externos alienosque fastidire posset*[211]). atque aliquot iam annis ante Fregellani coloni Latini, cum M. Fulvius Flaccus consul a. 629/125 legem de civitate sociis danda ferre frustra studuisset[212]), sperantes maximam sociorem partem in officio non esse remansuram, armis conati erant Romanae ius civitatis occupare. sed brevi, priusquam a ceteris sociis adiuvarentur, victi in deditionem venerant[213]). parti tamen sociorum tum civitatem datam esse, fortasse plebiscitis, ex civium Romanorum aucto apparet numero[214]).

Secutum est alterum idemque maius et atrocius bellum, quod ab Asculanis ortum ac deinde a Marsis exceptum in omnes penetravit regiones[215]). ac Romani, cum in dies metus et periculum augerentur,

---

[211]) Vell. II 15, 2. cf. auctorem *ad Herennium* IIII 9. et Florum II 18, 3 sq.
[212]) Lange III[2] 27 sq.
[213]) Beloch. *ital. Bund* p. 138 sq. Kiene *Bundesgenossenkrieg* p. 123 sq.
[214]) Lange II[3] 685. III[2] 27.
[215]) Vell. II 15.

sociis ex aliqua quidem parte, quae petiverant, iam erant concessur itaque L. Julii Caesaris (664/90) consulis lege *de civitate sociis danda* omnibus Latinis[216]) iisque foederatis oppidis, *quae arma aut non ceperant aut deposuerant maturius*[217]), nisi si populus fundus non esset factus, civitas Romana data est[218]). per Calpurniam quoque legem de civitate (a. 665/89) lata licuisse videtur imperatoribus, quibus vellent, si ex re publica videretur, civitatem dare[219]). anno denique 665 / 89 *reliquis sociis data est civitas (M. Plauti) Silvani lege et (C. Papiri) Carbonis: si qui foederatis civitatibus adscripti fuissent et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi*[220]).

Censores simul creati sunt L. Iulius Caesar, P. Licinius Crassus Dives, qui novos cives in classes et centurias discriberent. sed nullam censuerunt populi partem, cum per bellum et seditionem nondum liceret censum ita ut debebat habere[220a]). itaque tunc quidem cives nondum octo[221]) illis tribubus adscriptos esse, in quibus eos ex Julia lege suffragium ferre oportebat, viri docti coniciunt. de parvo illo tribuum numero ne mireris. verebantur enim cives veteres, *ne potentia eorum* (intellegas: novorum civium) *et multitudo veterum civium dignitatem frangeret plusque possent recepti in beneficium quam auctores beneficii*[222]). qui deinde proximi lustrum condiderunt a. 668/86, L. Marcius Philippus et M. Perperna, quibusnam in tribubus Italicos anno superiore[223]) senatus consulto suffragio donatos censuerint, non diserte traditur. sed secundum Velleium II 20 in octo illis tribubus novi cives censi esse videntur. antea iam a. 666/88 Sulpicius tribunus plebei, mox a. 667/87 L. Cornelius Cinna, denique consul Cn. Papirius Carbo a. 670/84, rogaverunt, ut novi cives per quinque et triginta tribus distribuerentur. eodemque anno id quod ex epitoma Liviana LXXXIV intellegitur *novis civibus senatus consulto suffragium datum est.* quod cum legimus miramur profecto, cum iam ex periocha libri LXXIX compertum habeamus illis

---

[216]) cf. Gell. IIII 4, 3 qui Latii ius certe iis qui in Latio sedes habebant vindicat.

[217]) Vell. II 15.

[218]) Lange III[2] 110 sq.

[219]) Lange III[2] 112. Kiene l. c. 224 sq.

[220]) Cic. *pro Arch.* cap. 4. schol. Bob. p. 353 Orell.

[220a]) Kiene 218 sq.

[221]) vel si Appianum audis, per (decem sive) decem quinque; traditur enim *bell. civ.* I 49 δεκατεύοντες, quod Musgrave, Mommsen, alii recte reiecerunt. numerum aliquem in ista corruptela subesse apparet; male autem Musgrave δέκα coniectura proposuit. quod Bekker δέκα πέντε suspicatur quam maxime potest ad traditae scripturae vestigia accedit. quindecim illae tribus sunt rusticarum minor pars; in urbanas certe novi cives inire noluissent.

[222]) Vell. II 20, 2. cf. Appianum *bell. civ.* I 49 ἵνα μὴ τῶν ἀρχαίων πλέονες ὄντες ἐν ταῖς χειροτονίαις ἐπικρατοῖεν et I 53.

[223]) Liv. ep. LXXVIIII. Kiene 218 sq.

civitatem esse datam. num igitur *civitatem* illam Livius sine suffragio civitatem[224]) dicit eoque iure, quo prius Latini fuerant, qui, cum Romam venissent in una ex quinque et triginta tribubus suffragia ferebant, tum fuisse socios, ita tamen, ut in octo tribubus suffragia ferrent[225]), statuendum erit? certe utcumque est, hoc tamen constat, a. 670/84 socios in triginta quinque tribus receptos esse. nam si libertinis tum id ius datum est[226]), nonne idem socios, meliore iure quam libertinorum usos iam accepisse putabimus? atque is rerum status postea etiam mansisse videtur. Sulla enim *cum Italicis populis, ne timeretur ab iis velut erepturus civitatem et suffragii ius nuper datum, foedus percussit*[227]). vides me virorum doctorum eas hoc loco sententias repetere quae veri simillimae videntur. sed nolo nunc quidem difficillimam hanc quaestionem disceptare. *

Sed iam videamus de tribubus illis quibus novi cives adscripti sunt. quam rem ut illustrem, oppidorum singulorum indicem ita digeram, ut primum locum coloniae Latinae, alterum obtineant socii foederati, quos per bellum sociale a Romanorum partibus stetisse scimus, iis additis, de quibus id saltem constat hostes ab iis non esse adiutos, tertium denique civitates, quae defecerunt. videbimus autem colonias Latinas fere omnes, nisi quae in Latio erant deductae, alii tribui atque regiones vicinas adscriptas esse. novimus item civitates, quae a Romanorum partibus steterant, in aliis tribubus, atque quae adiacebant regiones censas.

Prius autem oppida ea quae Romanos in bello gerendo adiuvisse quaeque contra eos arma tulisse satis constat, enumeraturus sum[228]), testimoniis non ubique, sed ubi ex re videbitur additis.

---

* Iam mihi videor, Appiani verba accuratius perscrutatus et corp. inscr. Lat. voluminibus nono et decimo perquisitis, quaestiones istas difficillimas de belli Marsici re tribuaria facillime absolvere posse, ita ut quae tribus Julia lege quaeque Plautia Papiria Latinis et sociis concessae sint, concludatur. sed cum hae plagulae plus quinque abhinc mensibus typis exaratae, quominus emendentur, typographi rationes impediant, locos illos Appiani *bell. civ.* I 49 et Vellei II 20 alio de Italiae tributim discriptae forma libro, qui antequam hic annus dilabetur, si ex mea sententia fiet, in publicum prodibit, comparare et interpretari conabor.

[224]) cf. Lange III[2] p. 111.

[225]) confer quoque Liv. LXXXVI: *civitatem et suffragii ius nuper datum.*

[226]) Liv. epit. LXXXIIII.

[227]) Liv. ep. LXXXVI Exuper. 5. Lange III[2] 144.

[228]) indicem hunc contuli ex Kienio *der r. Bundesgenossenkrieg* 1844. Mommseno *röm. Gesch.* vol. II[6], F. Weilandio in Paulyi *Encycl.* IV 1588 sqq., Marquardt. *Staatsverw.* I 57 sqq. Prosp. Mérimée *études sur l'hist. Rom. I guerre sociale.* 1844. praeterea adhibui uti aequum erat auctores veteres, Appianum *bell. civil.* I 38 sqq.,

1. oppida, quae in officio manserunt:

oppida civium Rom. fere omnia

Latinorum in primis coloniae hae:

Aesernia
Alba Fucens
Beneventum
Firmum
Hatria
Luceria
Paestum [229])

foederatorum:

Vestinorum	Pinna
Campanorum	[Nola]
	Nuceria
	Teanum Sidicinum
Tuscorum	Faesulae
Hirpinorum multa	
Umbrorum	Iguvium
	Camerinum [230])

accedunt Galli cispadani plerique.

2. oppida, quae in bello illo contra Romanos steterunt:

coloniae civium Romanorum

Liternum?
Salernum

coloniae Latinorum:

Alba Fucens
Venusia
Aesernia [231])

civitates sine suffragio [232]):

Venafrum
Minturnae?
Telesia [233])

Diodori reliquias libri *bibliothecae* XXXVII quas Krebs in prog. gymn. Weilburg, 1862 edidit et illustravit, Livium *epit.* LXXII sqq., Florum *epit.* III 18, Velleium *hist.* II 15 sqq., Orosium *hist.* V 18 coll. Paulli Diaconi hist. miscell. V 6 sqq.

[229]) Aesernia ῥωμαίζουσα App. I 41, postea a Sabinis vi expugnata est. — Alba Fucens summam erga Romanos praestitit fidem, mox capta est, cf. Mommsenum C. I. L. IX in capite de Alba Fucente.

[230]) Nola cum belli initio in fide maneret, mox proditione ad hostes transiit. de Teano Sidicino, non Samnitium, cf. App. I 45. Kiene l. c. p. 195, de Faesulis Florum III 18, 11. Kiene l. c. p. 200, de Hirpinis Velleium II 16, 1 sq. Kiene p. 193.

[231]) de Alba Fucente et Aesernia cf. not. 228.

[232]) nisi eas tunc iam suffragio usas esse rectius putes.

[233]) Venafrum ἐκ προδοσίας App. I 41. — de Minturnis cf. Schweighaenserum ad App. vol. III p. 698. Mommsen C. I. L. IX p. 356. Liternum pro eo quod traditur Μίντερνον recepit. — de Telesia vide Mommsenum C. I. L. IX p. 205.

sociorum:

Picentium	Asculum
Vestinorum civitates	
Marsorum	Marruvium
Marrucinorum	Teate
Samnitium	Bovianum
Lucanorum	Grumentum
Frentanorum complura oppida imprimis	Larinum
Pelignorum	Corfinium
	Sulmo
Hirpinorum	Compsa et alia
	Aeclanum
Apulorum et Japygum	Salapia
	Cannae
	Canusium καὶ ἕτεραι πόλεις ἄλλαι in Japygia
Etruscorum multa oppida	
Umbrorum	Tuder
Campanorum	Stabiae
	Pompei
	Herculaneum
	Nola [234]) et ὅσα τε ἄλλα ἀπὸ Λίριος ποταμοῦ.... ἐπὶ τὸν μυχόν ἐστι τοῦ Ἰονίου κόλπου πεζεύοντι καὶ περιπλέοντι [235]).
Gallorum civitates complures	

Sequitur tribuum index, in quibus civitates illae censae sunt:

1. oppidorum quae a Romanis steterant.

a) Latini nominis oppida [236]):

Suessa Aurunca fuit in	Aemilia
Vibo Valentia	Aemilia
Copia	Aemilia
Carseoli	Aniensi
Ariminum	Aniensi
Cremona	Aniensi
Tibur [237])	Camilia
Luceria	Claudia

[234]) Asculi bellum exortum est. — Bovianum ἡ κοινόβουλον ἦν τῶν ἀποστάντων App. I 51. — de Grumento conf. Senecam *de benef.* III 23. Kiene p. 213, de Larino App. I 52, de Corfinio quod fuit *caput imperi* Vell. II 16, 3, de Sulmone Florum III 21, 28. Ovidium *amor.* III 15, 9, de Compsa et aliis Hirpinis (App. I 39) vide App. I 51. — Aeclanum Sulla diripuit ὡς οὐκ εὐνοίᾳ προσελθοῦσαν, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης App. I 51. de Canusio et aliis Japygiae oppidis App. I 42, de Tuscis Kiene l. c. p. 199 sqq. de Gallis meam notam 262. — Nola ἐκ προδοσίας capta est App. I 42.

[235]) App. *bell. civ.* I 39. cf. Diodor. *bibl.* XXXVII p. 2 ed. Krebs.

[236]) difficillimam quaestionem num Luca Latina colonia fuerit necne retractare nolo. quod equidem iam ob tribum, quae erat Fabia negaverim, cf. p. 70.

[237]) de Tiburtium tribu non satis constat, num fuerit Aniensis an Camilia, cf. C. I. L. VI 2427. Wilm. 1804.

Bononia	Lemonia
Hatria	Maecia
Paestum	Maecia
Brundisium	Maecia
Praeneste	Menenia
Alba Fucens	Oufentina (? vel Fabia?)
Cora	Papiria
Narnia	Papiria?
Sutrium	Papiria
Cales	Poblilia
Velitrae, Nepete, Signia, Circei, Setia (nisi iam prius donata sunt civitate)	Pomptina? / Pomptina / Pomptina / Pomptina / Pomptina
Sora (fortasse antea iam opp. Rom.[238])	Romulia
Beneventum	Stellatina
Interamna Lirinas (ante 664/90 opp. Rom.?)	Teretina
Aesernia	Tromentina
Fabrateria nova, quae in Fregellanorum ius iniit[239])	Tromentina
Firmum	Velina
Aquileia	Velina
Placentia	Voturia

ex quorum oppidorum numero si exemeris ea, quae in vetere q. d. Latium iam ante bellum sociale in civitatem iniisse videntur, scil. Capenam, Gabios, Bovillas, Lanuvium Quirina, Velitras, Nepete, Signiam, Circeios, Setiam Pomptina, Soram Romulia, Interamnam Lirinatem Teretina,

eae quae restant Latinae coloniae[240]) erant in plus minus tribubus	XIII

b) civitatium sine suffragio indicem hoc loco promere non ausim, quoniam quando singulae ad suffragii honorumque ius pervenerint,

---

[237a]) de tribu parum constat. Oufentinam habes in solo quamquam gravissimae fidei titulo urbano C. I. L. VI 2517; Fabiam, quam equidem minime exspectaverim, in satis multis Albae repertis titulis.

[238]) cf. pag. 24. — negat Mommsen C. I. L. X p. 560.

[239]) cf. Mommsenum C. I. L. X p. 547, qui Fabrateriam novam civium Romanorum coloniam a. 630/124 (Vell. I 15) deductam fuisse conicit, cum saeculo septimo a. u. c. Latinas iam nullas per Italiam deductas esse constet.

[240]) desunt in isto Latinarum coloniarum indice (cf. Marquardt *Staatsverw.* I² 49 sqq.) nisi Norba (Norba in Sergia tribu censa est Caesarina Hispaniae) Pontiae Saticula nullae. — Venusinos omisi quoniam contra Romanos arma moverunt. sed cum in Horatia censeantur, quaerendum est num cum Romanis denuo in gratiam redierint: certe non liquet, cf. p. 72.

parum certe compertum habemus. plerasque autem tunc suffragio usas sse ex fide, quam in Romanos per illud bellum praestiterunt, apparet.

c) socii, qui in officio manserant: (eorum oppidorum nomina, de quibus non diserte traditur, utrum a Romanorum steterint partibus necne, uncis quadratis includam: quamquam ex tribubus de fide eorum coniecturam facere licet):

Mevania	fuit in	Aemilia
[Barium]		Claudia
[Caelia]		Claudia
Aeclanum		Cornelia
[Matelica]		Cornelia
Herdoniae		Cornelia?
[Petelia]		Cornelia?
Camerinum, nisi prius Rom. opp. factum est		Cornelia
[Teanum Apulum]		Cornelia?
Sentinum		Lemonia
[Ancona]		Lemonia
Neapolis		Maecia
Nuceria, Surrentum		Menenia
[Tuficum]		Oufentina
[Aeca]		Papiria
[Ausculum]		Papiria
[Sassina]		Pupinia
Pinna, fortasse etiam [Aveia] et [Peltuinum][241]		Quirina
[Volaterrae]		Sabatina
Florentia[242]		Scaptia
[Cortona]		Stellatina
[Urbinum Hortense]		Stellatina
[Hortanum]		Stellatina
[Vetulonia]	Scaptia vel	Tromentina
Perusia		Tromentina
[Pistoria]		Velina

erant igitur in tribubus plus minus XV

Quod si nunc Latinorum tribus cum sociorum fidelium tribubus comparamus, profecto easdem fere utrisque oppidis propositas esse intellegemus[243]).

[241]) nisi iam prius opp. Romana facta sunt.

[242]) cf. Beloch. *ital. Bund* p. 24. Zumpt *comment. epigraph.* I 253.

[243]) de compluribus civitatibus foederatis quanam tribu postea fuerint, nobis igitur non constat. — praeterea monuerim Florentiam oppidum quippe quod civibus Romanis in Faesularum dirutarum agro conditum sit, in Scaptia censum et Sassinam Pupiniae attributam, quod oppidum nescio num ob tribum in qua etiam proximum Forum Bren-

sunt enim Latinorum	sociorum
Aemilia	Aemilia
Aniensis	—
Claudia	Claudia
—	Cornelia
Lemonia	Lemonia
Maecia	Maecia
Menenia	Menenia
Oufentina	Oufentina
Papiria	Papiria
Poblilia	—
—	⟨Pupinia⟩
—	Quirina
—	Sabatina
—	⟨Scaptia⟩
Stellatina	Stellatina
Tromentina	Tromentina
Velina	Velina
Voturia	—

2) foederatorum qui defecerunt:

Etruscorum	[Clusium]	
Gallorum	[Brixillum]	
Marrucinorum	Teate	
Frentanorum	[Anxanum]	Arnensi
	[Blera]	
	[Histonium]	
	[Juvanum]	
Umbrorum	[Carsulae]	
	[Interamna Nahartium]	
	[Sestinum]	
	[Tifernum Tiberinum]	Clustumina
	[Tifernum Metaurense]	
	Tuder	
	[Urbinum Metaurense]	
Frentanorum	[Larinum]	
Lucaniae	[Anxa]	
	[Eburum]	
	[Callipolis]	
	[Leuca]	Fabia
	[Rudiae]	
Picentium	Asculum	
Apuliae	Canusium	
Campanorum	Caiatia	Falerna
	[Caudium]	
	Nola	

tanorum censebatur iam antea civitatem consecuta sit, ex hoc indice mihi eiciendas videri. attamen brevi fortasse tempore abhinc novis e terrae inguinibus eruderatis titulis, quos Bormann in C. I. L. vol. XI edet, clarior quaedam ad hanc quaestionem lux redundabit.

Hirpinorum	[Abella]	Galeria
	[Abellinum]	
	Compsa[243])	
	[Vibinum]	
Etruriae	[Pisae]	
Gallorum	[Genua]	
	[Velleia]	
Lucaniae	[Atina]	Pomptina
	Grumentum	
	[Potentia]	
	[Tegianun]	
	[Volcei]	
Umbriae	[Ameria]	
Etruriae	[Arretium]	
	[Volsinii]	
Marsorum	[Antinum]	Sergia
	[Lucus]	
	[Marruvium]	
Paelignorum	Corfinium	
	[Interpromium]	
	Sulmo	
	[Superaequum]	
Samnitium	[Aufidena]	Voltinia
	Bovianum vetus	
	[Bovianum Undecimanorum]	
	[Fagifulae]	
	Saepinum]	
	[Tereventum]	

erant in tribubus VIII

consulto adhuc omisi

Campanorum	Herculanum	Menenia
	Pompeios	
	Stabias	
Latinorum	Venusinos	Horatia
	Albenses	Fabia?
	Lucenses?[244])	Fabia

Addam ut melius quae ex hoc indice cognoscere possimus appareat alterum tribuum ipsarum indicem, ad quas coloniae civium Romanorum civesque, qui, priusquam in civitatem optimo iure asciti sunt, sine suffragio fuerant, tum coloniae Latinae sociique, qui in fide manserant, pertinuerint. fuerunt autem tribus hae[245]):

[244]) cf. notam 237.

[245]) Herculano Pompeiis Stabiis Venusia Alba (?) omissis, de quibus cf. p. 72.

tribus octo sociorum infidelium hae sunt:	colonias et civitates sine suffragio has in iisdem sociorum infidelium tribubus censas novimus:
Arnensis	nullam
Clustumina	nullam? (de Caere enim oppidi tribu non satis constat)
Fabia	nullam[246])
Falerna	praefecturam Capuae Cumaeque, quae quo tempore civitatem consecuta sit ignoramus
Galeria	Lunam
Pomptina	nullam (? in ea enim censebantur Dertona, quam coloniam fuisse nondum evictum est, et Velitrae, quae priscis iam temporibus tribui Pomptinae adscriptae esse mihi videntur; praeterea plura Latii nominis oppida ante Marsicum bellum, ut videtur, civitatem consecuta)
Sergia	nullam
Voltinia	nullam

Sex (septem) igitur ex his tribubus antea nondum novis auctae erant civibus, septimae (octavae) autem tribules Lunenses defectionis eas videntur solvisse poenas, ut in tribum suam, quae erat Galeria, socii quoque multi, qui rebellaverant, reciperentur.

Res iam aperta. certe socii illi in eis tantum tribubus sunt censi, in quas antea civis novus non erat receptus, quare tribuum illarum, cum antea plurimi fuissent[247]), tunc sociis, qui defecerant, receptis, ita imminuta est auctoritas, ut minimi deinde haberentur et sexaginta fere annis post ab Augusto imperatore novis civibus ex provinciis Romanis oriundis auctae sint, Galeria Hispaniae oppidis, Narbonensibus Voltinia, Dalmatiae civitatibus Sergia, Fabia Asiae, Arnensis Africae cet.

Quaeres cur in eas potissimum tribus socii inierint, in quas antea nemo colonorum Romanorum inierat vel inire potuerat[248]). nempe eae tribus ita desertae erant[249]), ut tamquam novae civibus novis concedi

---

[246]) de Trebula Mutuesca et Alba Fucente enim parum nobis constat.

[247]) cf. supra p. 24.

[248]) in Clustuminam saltem Fabiam Sergiam Voltiniam cum non in agro extremo Romano institutae essent, nulla colonia inire potuisse mihi videtur, cf. supra p. 61.

[249]) cf. Ciceronis pro Planc. 9, 23 (et schol. Bob. p. 255 Orell.) locum insignem de Labicis Gabiis Bovillis aliis municipiis e quibus *vix iam qui carnem Latinis petant reperiuntur*. ibid. 8, 21 de Papiria quam tamen Tusculanis auctam esse constat: (*Tusculani*) *municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci*, cet. Cice-

potuerint. itaque tantum aberat, ut in ulla tribu cives veteres novorum multitudine superari potuerint, ut cives novi et mole sua se ipsos impedirent quominus quae singularum civitatum suarum rationes postularent in comitiis ne dicam perficerent, sed suffragii ipsius ea auctoritate qua deberet indicarent, et siquando idem agerent omnes (quod fieri paene omnino non potuit cum octo illis tribubus per totam Italiam dispersis tribules novi nullo vicinitatis vel studiorum vinculo contra reliquos cives Romanos[250]) coniungerentur) parvo suffragiorum (octo) numero parum proficerent.

Mirabitur autem fortasse quis, in indice quem ipse confeci sicuti in eo, quem Beloch conscripsit, ex Picentibus solos Asculanos, cives Vestinos omnino non enumerari. atque aegre quidem fero has ceterasque de bello Marsico quaestiones difficillimas nondum me absolvere potuisse. multa tamen ad hanc rem ex inscriptionibus novis, quae in corporis inscriptionum Latinarum voluminibus nono et decimo prodibunt, spero redundatura esse. certe auditu compertum habeo Mommsenum multum novi ad hanc quaestionem solvendam ex inscriptionibus[251]), quas inde ab a. 1852 effossas legisset, allaturum esse.

Iam alterum addam indicem quo Latinos et socios fideles et eos qui defecerant conferam:

hostium tribus hae fuerunt	in iisdem censae sunt hi	
	Latinorum	sociorum fidelium
Arnensis		—
Clustumina	—	—
Fabia	—	—
Falerna	—	—
Galeria	—	—
Pomptina	[Veliterni, Nepetenses, Signini, Circeienses, Setienses]	—
Sergia	—	—
Voltinia	—	—
Menenia	Praenestini	Nucerini Surrentinique
Horatia	Venusini	—
Fabia	Albenses, Lucenses[252])	—

roni Formiani et vicini Aemilia ipsa est tribus (*ad Attic.* II 14, 2), Teretinatibus vicini sunt Voltinienses (*pro Planc.* 17, 43), Marsi et Peligni sunt Sergia (*in Vatin.* 15, 36): nempe Aemilia, Sergia, Voltinia aliae tribus prope Romam sitae ita desertae erant, ut Cicero eas prorsus neglegere potuerit. sed plura de ea re in libro de Italiae trib. descr. forma proferam.

[250]) nisi initio ut sibi melius civitatis ius compararent.

[251]) C. I. L. voll. VIIII. X.

[252]) cf. notam 236.

Socii qui in fide remanserant et coloni Latini ex mea quidem opinione aegre tulissent, si socii, qui arma contra Romanos gesserant, in eadem tribu, qua ipsi, suffragii iure usi essent. num igitur in Clustumina, Fabia, Falerna, Sergia, Voltinia ii, qui rebellaverant, soli censi sunt? num tu id minus factum esse putas in reliquis tribus vel quattuor tribubus? at Clusini et Brixellenses in Arnensi, Pisani Genuates Velleiates in Galeria, Arretini Volsinienses Amerini in Pomptina suffragia ferebant. equidem in Pomptina, Arnensi, Galeria qui censebantur socii, Clusinos Pisanos ceteros, quamquam eos arma contra populum Romanum gessisse diserte traditum non est, tamen contra Romanos stetisse et ob eam causam in illas tribus coniectos esse suspicer. constat enim Etruscorum et Gallorum aliquam partem defecisse: ignoratur autem, quae defecerint oppida.

Quod autem Venusini in Horatia tribu censebantur, fieri potuit aut e lege Julia, quae omni Latio[253]) civitatem dedit ita ut Venusini mox subacti eodem iure quo reliqui Latini uterentur aut quia, nescio quam ob rem, cum Romanis in gratiam inierant[254]). neque praetereundum puto[253a]), Caesarem colonis suis Tuburbensibus Horatiam tribum donavisse. — de Lucensibus autem cum non satis constet, num recte eos Latino iure fuisse putemus neque de Albensibus num in Fabia censi sint, nihil obstare videtur, quin nullam coloniam Latinam ut defectionis poenas lueret vel ob aliam causam in unam ex illis tribubus minimae sortis venisse affirmemus.

oppida c. R. ante bellum Marsicum		post bellum Marsicum civitatem adepti	
civium optimo iure	civium sine suffragio	Latini	socii fideles
—	Aemilia	Aemilia	Aemilia
—	Aniensis	Aniensis	—
Camilia	—	(Camilia?)	—
Claudia	Claudia	Claudia	Claudia
—	Clustumina?	—	—
Cornelia?	Cornelia	—	Cornelia?
—	Fabia?	—	—
—	Falerna	—	—
Galeria	—	—	—
—	Horatia	—	—
—	—	Lemonia	Lemonia
—	—	Maecia	Maecia
—	—	Menenia	Menenia

[253]) Gell. *noct. Attic.* IV 4.

[253a]) de Caesaris consiliis cf. cap. III §. 2. 6.

[254]) satis constat nos de singulis Marsici belli casibus in auctorum tanta inopia parum novisse.

oppida c. R. ante bellum Marsicum		post bellum Marsicum civitatem adepti	
civium optimo iure	civium sine suffragio	Latini	socii fideles
Oufentina	Oufentina	Oufentina	Oufentina
Palatina	—	—	—
Papiria	—	Papiria	Papiria
—	Poblilia	Poblilia	—
Pollia	—	—	—
Pomptina?	Pomptina	—	—
Pupinia?	—	—	(Pupinia)
Quirina	Quirina	—	Quirina
—	—	—	Sabatina
—	—	—	[Scaptia]
Stellatina	Stellatina	Stellatina	Stellatina
Teretina	Teretina	—	—
Tromentina	—	Tromentina	Tromentina
Velina	Velina	Velina	Velina
—	—	Voturia	—
XII (XV?)	XIII (XV?)	XIII (XIV?)	XII (XV?)
ante bellum igitur Marsicum oppida Romana fuerunt in tribubus plus minus XIX (XXII?)		oppida autem eorum qui non defecerant, censa sunt in tribubus plus minus XIIII (XVIIII?)	

Apparet ex hoc indice, eas tribus, in quibus coloniarii Latini et socii Romanorum fideles censi sunt, easdem fere fuisse, quibus iam prius cives Romani erant adscripti, nisi forte excipies Maeciam et Voturiam coloniis Latinis datas, Scaptiam et Sabatinam sociorum, Lemoniam et Meneniam utrisque concessas. quas tribus autem antea quoque cives Romanos novos recepisse eo facilius conicere possumus quo minor est numerus veterum oppidorum civium Romanorum, de quorum tribu nobis satis constat. Latinorum sociorumque tribuum autem index fere totus exstat.

Sed hoc loco pauca quaedam de Maecia tribu, cui ante id tempus novi non adiecti erant cives, addenda puto. quam inde apparet plurimi fuisse, quod in eam quattuor tantum oppida eaque celeberrima et maxima inter maritima convenerant, quibus, ut quidem Neapolitanis, in Romanam civitatem adsciri non placuit: Paestum, Brundisium, Hatria Piceni, Neapolis. Maeciae autem parem tunc fuisse puto Camiliam, quippe quae maritimis et maximis data esset oppidis: Ravennae, Pisauro (atque Suasae Senonum), postea Hatriae Venetiae.

Socios autem, qui a Romanis desciverant, eas defectionis poenas dedisse intellegimus, ut in quam minimum tribuum numerum reci-

perentur. sed videamus accuratius de iis tribubus. ac primum eas conferam cum tribubus illis, in quas oppida civium Romanorum et cives sine suffragio convenisse supra cognovimus.

Quid autem de Menenia statuamus? Beloch quidem, cum oppida quae defecerant, ex lege Julia in octo tantum tribus coniecta putet (p. 40 sqq.), de Menenia tacet, cui Pompei, Herculanum, Stabiae, quae oppida acerrime contra Romanos pugnavisse traditum est, adscripta sunt. at alio loco Beloch quam arto foedere Pompeiani, Herculanenses, Stabienses cum Nucerinis coniuncti fuerint docet et propterea eos, quamquam contra Romanos pugnaverant, in eandem tribum atque Nucerinos relatos esse statuit. ac revocat nos ad colonias a P. Sittio Nuceria oriundo deductas quattuor, Cirtam, Mileu, Sars, Chullu. cuius sententiam probare non dubito, cum ob causas quas protulit, tum quod in Meneniam tribum Latina civitas Praenestinorum et Nucerini Surrentinique socii fideles et postea a Caesare, quem optimam quamque tribum neque ullam ex octo illis famosis praeter Fabiam, suae ipsius domus tribum, dedisse suis civibus infra videbimus, Galli aliquot adscripti sunt Transpadani neque ea umquam cuiquam oppido extra Italiam sito data est.

Ita Italia ea tributim discripta effecta est, in qua, ut Grotefendii utar verbis, tribus ita erant dilaceratae, ut quae olim uniuscuiusque fuerint tribus statui non possit nisi singulis[255]), quae continebantur ea tribu, civitatibus enarratis (p. 7). sed exstabant tum etiam maiora quaedam tribuum territoria, quae in hoc capite extremo enumerare volo: Aemilia in Auruncis, Arnensis in Frentanis et Marsis, Clustumina in Umbria[256]), Cornelia in Umbria et in Volscis, Fabia in Calabria, Falerna in Campania, Galeria in Hirpinis, Lemonia in Umbria, Menenia in Campania, Oufentina in Volscis, Poblilia in Hernicis, Pollia in Cisalpina, Pomptina in Latio et in Lucania, Quirina in Sabinis et Vestinis, Sergia in Marsis[257]) et Paelignis, Teretina in Volscis Lirinatibus, Velina in Piceno (cf. Grotefend. p. 8), Voltinia in Samnio, ita ut tribuum Rom. singularum tribules inter se plerumque idem agerent et studerent tribuliumque solidaritas (esprit du corps) denuo, quamquam ex alio semine atque antea exsurgeret et confirmaretur. confer quae Cicero a. 700/54 de Teretinatium (Aquinae et *reliqui tractus*) eorumque vicinorum Voltiniensium (nempe ex Samnio) studio in Cn. Plancium, a.

---

[255]) attamen non adeo dilaceratae erant, ut tribuum formam nemo Romanus memoria potuisset tenere; cf. Q. Ciceronis ad fratrem *de petit. consul.* epistulam 8, 29 *totam Italiam fac ut in animo ac memoria tributim descriptam comprehensamque habeas.*

[256]) sed, quia aliae tribus in Umbria accesserant, Cicero *pro Mur.* 20 dicere potuit *multas tribus quae municipiis Umbriae conficiuntur.*

[257]) cf. Cic. *in Vat.* 15; schol. Bob. p. 323 Orell.

698/56 de Sergiae tribulium in P. Vatinium odio, de multarum tribuum, quae municipiis Umbriae conficiebantur, favore erga L. Murenam, de suo ipsius studio in Corneliam (nempe Arpinates), cet. dicit.

§. 3. De Gallia cispadana ab a. 665/90 usque ad a. 709/45[258]).

Eodem autem tempore quo socii Italici, Galli quoque cispadani in civitatem sunt recepti, eosque in pluribus fuisse tribubus iam ex epistula, quam Cicero ad Atticum a. 689/65[259]) scripsit: *videtur in suffragiis multum posse Gallia* (sc. cisalpina), intellegitur. sunt autem hae tribus

a) sociorum

Arnensis	in qua erat Brixellum
Camilia	Alba Pompeia (et Augusta Bagiennorum[260]), Ravenna
Galeria	Genua, Velleia
Maecia	Libarna
Poblilia	Albium Ingaunum
Tromentina	Aquae Statiellae
sunt tribus VI	

Genua et Velleia oppida eadem tribu qua proximi Lunenses et Pisani utebantur. ac fortasse id quod de Pisanis supra conieci de Genuatibus etiam Velleiatibusque dici potest: eos, ut qui defecissent, in suffragio ferendo maiori alicui ac proximo oppido adscriptos esse. reliqua autem oppida in eas tribus relata esse videmus, quae tunc plurimi habebantur propter fideles socios Latinosque colonos in eas receptos.

Brixelli incolas quoque qui Velleiatium fines tangunt, in tribu deteriore censos videmus. Appiano enim teste[261]) Τυρρηνοὶ καὶ Ὀμβρικοὶ καὶ ἄλλα τινὰ αὐτοῖς ἔθνη γειτονεύοντα πάντες ἐς ἀπόστασιν ἠρεθίζοντο[262]). Umbris autem et Tuscis, qui seditionem moverunt, nullae aliae civitates nisi quas dixi finitimae sunt (γειτονεύουσιν), Genua

---

[258]) Marquardt *Staatsverw.* I[2] 61. Mommsen C. I. L. I p. 118.

[259]) I 2.

[260]) Augusta enim Bagiennorum in Albae Pompeiae puto agro sita est.

[261]) *bell. civ.* I 49.

[262]) huc conferenda sunt decem milia a L. Cluentio Samnitium duce accersitorum Gallorum (quos male Mérimée *guerre sociale* 194 et Weiland in Paulii *enc.* IV 1594 transfugas putant; rectius iudicavit Kiene *Bundesgenossenkrieg* 199. 211) de quibus App. I 50 haec narrat: ἀφικομένων (non dicit αὐτομοληςάντων) δ'αὐτῷ Γαλατῶν αὖθις (Cluentius) ἐπληςίαζε τῷ Cύλλᾳ καὶ cυνιόντων τῶν cτρατιωτῶν Γαλάτης ἀνὴρ μεγέθει μέγας προδραμὼν προὐκαλεῖτό τινα Ῥωμαίων ἐς μάχην. eo occiso ἐκπλαγέντες οἱ Γαλάται αὐτίκα ἔφευγον.

Velleia Brixellum. nam reliquus ager iam pridem a civibus Romanis colebatur[263]).

b) oppidorum Latinorum tum in civitatem arcessitorum et civium Romanorum coloniarum, id quod iam supra commemoravi, fuerunt in

Aniensi	Ariminum, Bononia, Placentia	nominis Latini
Lemonia		
Voturia		
Pollia	Parma, Mutina, Fanum Fortunae, Fora Sempronii, Cornelii Fulvii, Faventia, Regium Lepidi, Pollentia, Hasta, Industria	civ. Roman.

c) accesserunt ex Gallia transpadana, qui tunc iam suffragio usi sunt in

Aniensi	Cremonenses
Pollia	Eporedienses, antea iam cives Romani
Velina	Aquileienses

Totam igitur Galliam Ciceronis aetate cum undecim tribubus esset conscripta, multum in suffragiis potuisse facile intellegitur.

Tunc igitur omnis Italia usque ad Padum fluvium civitatis iustae condicione utebatur[264]), Gallia transpadana autem nisi colonias Latinas vetustas, quae tunc oppida facta videntur Romana excipis, omnis Latina fuit.

Caput III.

De tribuum ratione inde ab a. 666/89 usque ad a. p. Chr. 14.

§. 1. De tribuum ratione usque ad a. 705/49.

Rei publicae liberae aetate peregrini homines vel Latini nisi populo iubente in civitatem Romanam non poterant asciri. populus aut ipse in comitiis cives novos recipiebat aut, quotiescumque in coloniis deducendis ad hominum numerum supplendum cives novos fieri oportebat vel si quis virtutis et fidei causa, quam populo Romano praestiterat, civitate Romana dignus visus esset, magistratibus coloniam

---

[263]) cf. supra p. 57.

[264]) cf. Sallust. *hist.* fr. libri I 15 Dietsch.

deducturis imperatoribusve — id quod septimo a. u. c. saeculo saepe numero factum est — cum rem bene gessissent, hanc curam mandabat. sicuti mandata est ea bello Cimbrico finito C. Mario[265]), deinde[265a]) Cn. Pompeio[265b]) secun o Marte in Hispania bellanti aliisque multis[265c]). in eius modi legibus plebiscitisve de civitate danda vel colonia deducenda populus etiam tribus, in quas oppida singula vel cives singuli redigerentur, definiebat. id quod cum ex Livii locis, quibus de Arpinatium Fundanorum Formianorum suffragiis rettulit[266]), tum inde potest intellegi, quod senatus populique[267]) Romani multum intererat, ne tribulium tribus alicuius numero nimis aucto novorum, ut Vellei[268]) utar verbis, *potentia... et multitudo veterum civium dignitatem frangeret plusque possent recepti in beneficium quam auctores beneficii.* qua in re memineris quaeso, belli Marsici temporibus, ne civitatis ius nimis divulgaretur neve, qui cives facti essent, per omnes diffunderentur tribus, quanto studio contenderint Romani. neque enim censoribus licebat, utut ipsi volebant[269]), sed tantum ex plebiscito cives novos in singularum conferre tribuum tabulas.

---

[265]) Cic. p. Balb. 21, 48 *lege Apuleia .. Saturninus* (a. 653/101] *C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset.* quod iam bello ipso flagrante socios quosdam civitate donavit certe ex lege quadam egit. contra legem fecit, quod iusto nimium numerum sociorum in cives recepit, cf. Plut. Mar. c. 28. apophth. Mar. 5. Val. Max. V 2, 8 al.

[265a]) Lange II[3] p. 686 not. 8 ex verbis Ciceronis *in Verr. acc.* IV 17, 37 *Q. Lutatio Diodoro qui Q. Catuli beneficio ab L. Sulla civis Romanus factus est* efficere voluit Sullam quoque populi iussu civitatem passim donasse; sed rectius de ea re iudicavit Becker *Handbuch* II 1 p. 90, not. 216.

[265b]) ex lege Gellia Cornelia de qua cf. Cic. *pro Balbo* 8, 29 *uti cives Romani sint ii quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donaverit.* 14, 32. Justin. XXXXIII 5, 11. Lange *röm. Altert.* II[3] 686.

[265c]) Cic. *Balb.* c. 20—22. *ad fam.* XIII 36. Mommsen *Staatsrecht* II[2] 855. Rein in Paulyi *encycl.* II 393. Becker *Handbuch* II 1, 91 sq.

[266]) Liv. XXXVIII 36 (ad a. 564/188): *de Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappo tribunus plebis promulgavit ut iis suffragii latio (nam antea sine suffragio habuerant civitatem) esset. huic rogationi quattuor tribuni plebis, quia non ex senatus auctoritate ferretur, cum intercederent, edocti populi esse, non senatus ius suffragium quibus velit impertire, destiterunt incepto. rogatio perlata est ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent; atque in hie tribubus tum primum ex Valerio plebiscito usi sunt.* Ciceronis locus *in Verr. acc.* I 5, 13 (*de iure enim libertatis et civitatis suum putat esse iudicium et recte putat* [*Verres*]), quem Lange II[2] 684 attulit, nihil huc facere videtur.

[267]) populus quamquam quidem hac aetate etiam sine senatus auctoritate novos cives adciscere potuit, (Lange II[3] 639, cf. II[3] 108 sqq.) tamen ex sententia potissimum senatorum, ut qui summa inter cives prudentia et amplissimis honoribus praecellerent, leges id genus scivit.

[268]) *hist. Rom.* II 20, 2.

[269]) id diserte quidem nusquam traditum est, sed satis probabile mihi videtur; nam cum penes populum et senatum vel alterutrum, non penes magistratum esset po-

Populus igitur ipse tribum eam definiebat, in quam coloni deducendi, sive iam ipsi erant cives Romani sive ad colonorum numerum explendum donandi civitate, reciperentur. si vero plebs singulos tantum homines ob egregiam in senatum populumque Romanum fidem, sive Latini cuiusdam sive stipendiarii vel peregrini oppidi erant incolae, civitate donari iusserat, quos quidem cives Romanos fieri imperatoribus e re publica videretur, non ita oportebat tribum[270]), quaenam esset novorum civium, definiri, quia ne paucorum illorum potentia et numerus civibus veteribus gravia essent, non erat quod timerent.

Itaque imperatoribus licuisse videtur novos cives in quam ipsi vellent tribum recipere, nisi forte excipiendi sunt in ea re homines illi, quos, ut colonorum numerus expleretur, magistratus in cives recipiebant et in eadem tribu, qua reliqui eius coloniae cives erant, censeri iubebant, potissimum in eam, cuius ipsi erant: eodem plane modo, quo postea principes novos cives novaque oppida civium Rom. in suae ipsorum domus tribum receperunt[271]), veluti Divus Augustus in Fabiam, Claudius et Flavii in Quirinam, Traianus in Papiriam, Hadrianus in Sergiam. sed illa aetate in Latinis oppidis qui magistratibus gerendis vel alio modo ad civitatem pervenerunt, ad eam tribum accesserunt, quam princeps ille, qui iuris Latini civitati donati auctor erat, definiverat.

Atque ad hanc rem quadrat, quod in titulis rei publicae liberae aetate confectis incolas oppidorum Latinorum vel stipendiariorum alium in aliam tribum collatos legimus, quippe quem alium alius imperator in civitatem et tribum ascivisset. exemplo autem ad eam rem illustrandam utar Hispaniis provinciis, in quibus ante Caesarem dictatorem haec tantum civium R videntur fuisse oppida: Carthago nova, Hispalis, Norba, Palma, Pollentia, Salacia, censa in Sergia et Velina tribubus. postea vero Hispaniae oppida in Aniensem Galeriam Papiriam

---

testas civitatis donandae (cf. Mommsen *Staatsrecht* II ² 855 init.), gradus quoque civitatis, videlicet tribus simul definiri debebat. quod autem censoribus tribules in aerarios referre, aerarios in tribules recipere licebat nequaquam huc facere moneo.

[270]) incolae oppidi cuiusdam, quod non civium Romanorum erat, in civitatem Romanam singillatim recepti in aliqua tribu esse debebant. Reinium vero quod *Realenc.* I 393 sq. aliter de ea re sensit: '*auswärts lebende Bürger standen in keiner Tribus und hatten mehr den Titel als die Gerechtsame der Civitaet. Ein Beispiel bietet der Apostel Paulus, welcher römischer Bürger war und in Tarsus wohnte...; L. Cornelius Balbus dagegen aus Gades zog nach Rom, Dio Cass. XXXXVIII 52*' falsum de eiusmodi civium condicione tulisse iudicium iam inde apparet, quod in sexcentis titulis homines ex Asiae e. g. oppidis stipendiariis vel liberis oriundi, cum cives Romani facti essent neque Romae sibi sedem constituissent, tamen in aliqua tribu censi sunt.

[271]) Mommsen *ephem. epigr. Lat.* III (1877) p. 230 sqq.; cf. mei quoque opusculi cap. III §. 5.

Pomptinam Pupiniam (?) Quirinam recepta sunt. ac quae pauca aliarum tribuum tribulium innotuerunt exempla (sunt autem plus minus triginta), ea leguntur in titulis ante Caesarem dictatorem eiusque filium maiore ex parte confectis, veluti Collinae II n. 3504, Corneliae n. 3462, Maeciae n. 3439, Meneniae (?) n. 3430, Scaptiae n. 3455[272]) cet. ii igitur cives, unius oppidi Carthaginis Novae incolae, cum Romanam civitatem adepti essent, alius in aliam asserti sunt tribum. quod non ad plebiscitum aliquod sed ad imperatorum, qui in Hispaniis rem gerebant, auctoritatem referendum esse mihi videtur[273]): sicuti Hübner Didii Corneliam tribum in titulo II n. 3462 ad T. Didium T. f. Sex. n., qui consul fuit a. 656/98, proconsulem Hispaniae, qui a. 661/93 de Celtiberis triumphavit, recte sine dubio rettulit. ac Pompeius, quia Cn. Cornelius Balbus Gaditanus[274]) ab eo civitate est donatus, in Clustumina mihi fuisse videtur. cuius rei testis novus, etsi non gravissimus, titulus exstitit Adramyttenus[275]): Γνάιος Πομπή[ι]ος Γναΐου Κροστομείνα, quem hominem Cn. Pompei Sex. f. Cn. n. Strabonis consulis a. 665/89, Pompei Magni patris patruum fuisse suspicatur Mommsen[276]).

Sed redeo ad colonias per illud tempus populo iubente deductas. coloniae igitur in Hispaniam missae — de tempore, quo singulae factae sunt, nihil fere constat — Sergia sunt et Velina[277]), Dalmatiae nisi fallor Tromentina[278]), Narbonensis una Papiria[279]).

Quam C. Marius iam a. 100 (?) in Corsicam deduxit[280]) coloniam veteranorum Marianam, quanam in tribu ea fuerit, ignotum est. quod autem is novum in Italia municipium constituit Cereatas Marianas Arpinatium finibus diminutis, id veterem tribum Corneliam[281]) reti-

---

[272]) hi omnes ad Carthaginem Novam spectant.

[273]) eodem modo imperatorum aetate eiusdem oppidi incolae civitate donati, priusquam patria eorum civitatem consecuta erat, alius in alia erant tribu. quod in Asiae potissimum oppidis, quorum pleraque ante Caracallam civitatem non consecuta sunt. intellegi potest.

[274]) de Balbi civitate cf. Drumann. *röm. Gesch.* II 595 sqq., et quos affert locos Ciceronis *pro Balb.* 8, 19. Plinii *nat. hist.* V 36. Julii Capitolini *vit. Balbini* 7, 3, cet. tribum dicit Cicero l. c. 25, 57. — ceterum quod Drumann l. c. veteres Ciceronis interpretes secutus haec dicit *'er erfuhr, dass man durch die Anklage wegen Amtserschleichung in die Tribus des Verurteilten* [?] *gelangen könne, wenn sie eine höhere war und rückte durch dieses Mittel in die crustuminische hinauf'* displicet. potissimum inde fieri potuit quod Pompeius Balbum cum eum civitate donaret *legis de ambitu praemio* in Clustuminam, non in urbanas tribus rettulit.

[275]) *eph. epigr. Lat.* IV p. 214.

[276]) l. c. p. 220.

[277]) cf. cap. III §. 7.

[278]) cf. cap. III §. 9.

[279]) dico coloniam Narbonem Martium a. 636/118 conditam (cf. Marquardt. *Staatsv.* I² 262, not. 3) et in Papiria censam (cf. Grotefend. *imp. Rom.* p. 119 sq.).

[280]) Lange III² p. 84. de reliquis coloniis Marianorum veteranorum nihil innotuit.

[281]) cf. Grotefend. *imp. Rom.* p. 32 sq.

nuisse consentaneum est. quod si C. Sulpicius tribunus plebis narratur civitatem Romanam libertinis et inquilinis vendidisse propalam[282]), nihil ex ea re lucramur, cum quam in tribum homines illi sint recepti, non compertum habeamus.

L. Sulla unam extra Italiam coloniam deduxit, Aleriam in Corsica insula, cuius tribus adhuc nullum innotuit testimonium. de multis[283]) veteranorum coloniis, quas Sulla in Italia ipsa deduxit, ut suam potentiam et eam quam ipse constituerat rei publicae formam conservaret et augeret, nihil habeo quod addam, quoniam tota Italia iam antea civitatem optimo iure adepta erat neque umquam ager aliquis, si quando ex iure Quiritium fuerat, tribum mutavit. restat ut commemorem Sullam non solum Hispanis et Gallis, sed etiam servorum manu missorum decem milibus, qui ex ipsius utpote patroni nomine Cornelii vocitabantur, civitatem et tribum dedisse, quibus in comitiis habendis ut ex ipsius animo ferrent suffragia, uteretur[284]).

Cn. Pompeius Magnus nullius auctor fuit coloniae.

C. Julius Caesar cum Novum Comum[285]) quinque milia colonorum Latinorum deduxisset, quingentos homines cives fecisse videtur, quorum tribus, cum iis nisi fallor singillatim civitas esset data[286]), num Oufentina, in qua postea Comum erat, fuerit, non liquet. certe ea aetate non totum ex iure Quiritium fuit id oppidum, cum omni Comensi agro fundo facto reliquos quoque Latinos homines cives Romanos fieri oportuisset neque tunc iam Latinorum oppidorum tribus aliqua definita esset. fortasse quingenti illi cives in Fabia ferebant suffragia, qua in tribu Caesarem ipsum fuisse compertum habemus.

§. 2. De Gallia transpadana a. 705/49 in civitatem recepta.

Gallia transpadana Cn. Pompei Strabonis, qui consul fuit a. 665/89, lege Latii ius accepit[287]) et in oppida discripta est, quae Italico more sunt constituta, Celticis gentibus etiamtum incultis dediticiorum

---

[282]) Plut. vit. Sullae c. 8. Drumann *röm. Gesch.* II p. 437.

[283]) Zumpt *comment. epigraph.* I (1850) p. 248 — 261 aut veterum plus minus certis nisus argumentis aut e coniectura sola quadraginta quinque coloniarum Sullanarum indicem proposuit.

[284]) Drumann *röm. Gesch.* II p. 482. Cic. *pro Arch.* 10, 25. App. *bell. civ.* I c. 100. 104 cet.

[285]) Lange III[2] p. 291. Zumpt l. c. p. 308. Mommsen C. I. L. V p. 565.

[286]) cf. Zumptii argumenta l. c. p. 309.

[287]) Asconius *in Pisonianam* p. 3 *Pompeius enim*, inquit, *non novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere* [*ut post ea haberent* Rudorff] *ius quod ceterae Latinae coloniae, id est, ut gerendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur.* certe quod c. III §. 7. 8 demonstraturus sum, tunc nullae Latinis novis in civitatem Romanam adsciscendis tribus erant antea designatae.

peregrinorum iure attributis[288]). quam rem indignam atque iniquam[289]) rati Latini Transpadani mox de petenda civitate agitabant Romanorum magistratibus, qui provinciam obtinebant, et ipsis faventibus[290]). itaque iam a. 705/49 C. Julius Caesar, qui viginti annos vel plures ab illorum steterat partibus, dictator factus eos in civitatem optimam recepit[291]). priusquam autem tribuum rationem in civitatibus illis adhibitam perscrutemur[292]), operae pretium videtur, quibusnam finibus Gallia illa transpadana vel cisalpina circumscripta fuerit, exponere.

Atque id quod iam ex nomine ipso colligitur, trans Padum sita ab Alpium radicibus porrigebatur ea provincia usque ad Illyricum. itaque ut res clarius intellegatur, primum Illyrici et Galliae confinia constituamus necesse est. Histriam Mommsen[293]) antiquis rei publicae Romanae temporibus Illyrici partem fuisse contendit: deinde a triumviris r. p. c. a. 712/42, Italiae fines ad Formionem amnem[294]) VI m. p. a Tergeste meridiem versus prolatos esse: Plinium[295]) enim eum *antiquum auctae Italiae terminum* dicere neque terminum illum ulli nisi ei tempori convenire: 'sed non diu, haec sunt verba Mommseni, in Formione Italia substitit; nam ipse Augustus cum Italiam in undecim regiones divideret, decimae, cui postea nomen fuit Venetiae et Histriae, simul fines protulit ad flumen Arsiam, quo sua aetate finiri Italiam scribit Plinius, provocans de ea re ad Agrippam; consentiuntque Strabo, dum suae aetatis principes ad Polam usque Italiae fines dicit protulisse et Ptolemaeus Italiae oppida enumerans ad Nesactium situs incerti, sed certo Arsiae proximum et Ravennas'.

Sed num Mommsen recte haec disputaverit, dubito. etenim Plinium in oppidis Italiae enumerandis Divi Augusti libros ita adhibuisse constat, ut ex iis, qui cuiusque oppidi honores et status fuissent Augusti tempore, adderet omissis fere qui posthac accesserant honoribus. neque vero oppidorum quo enumeraret ordinem totum retinuit, sed ita fere mutavit, ut priore loco in quaque regione Varronem secutus oppida maritima recenseret, eaque reliquas civitates in terra mediterranea sitas, eodem modo quo Augustus eas enumeravit litterarum ordine

---

[288]) Plin. *nat. hist.* III 138. Mommsen *Hermes* IV 112 sqq.

[289]) Romani ipsi causam Transpadanorum aequam esse fatebantur; cf. Curionis sententiam quam Cicero *de offic.* III 22, 88 reprehendit.

[290]) cf. Cassium Dionem XXXVII 9.

[291]) Cass. Dio XXXXI 36, cf. Tacit. *annal.* XI 24. Drumann. *röm. Gesch.* III p. 474.

[292]) cf. cap. III §. 5.

[293]) C. I. L. V p. 1, coll. III p. 279. Mommseni vestigia reliqui vv. dd. premunt.

[294]) fluvium illum Caesaris aetate Italiae confinem dicit G. Zippel *die röm. Herschaft in Illyrien bis auf Augustus* Lips. 1877. 8. p. 195.

[295]) *nat. hist.* III 18, 127.

digestas subsequi iuberet. decimam autem Italiae regionem, quae usque ad Illyricum pertinebat, III 126 sqq. hoc modo describit[344]). primum oppida maritima recenset, Altinum Concordiam Aquileiam §. 126, Tergeste 127, Aegidam Parentium Polam Nesactium 129; secuntur quae *in terra mediterranea decimae regionis* sita erant, inde a confiniis decimae et undecimae regionum per gentes et litteras digesta: Cenomanorum Cremona Brixia; Venetorum Ateste Acelum Patavium Opitergium Velunum Vicetia; Tuscorum Mantua; Raetorum Fertini[296]) Tridentini Beruenses; Raetorum et Euganeorum Verona; Carnorum Julium Carnicum, *dein*[297]), auctor pergit, (nisi vel maxime fallor, ea oppida, quae ad orientem magis solem spectant, huc usque enim scriptor inde ab occidente ad orientem gentes recensuerat, Cenomanos Venetos Tuscos Raetos Euganeos Carnos) *quos scrupulosius dicere non attineat:*

Alutrenses, Asseriates, Flamonienses Vanienses, Flamonienses et ali cognomine Curici, Foroiulienses cognomine Transpadani, Foretani, Nedinates, Quarqueni, Tarvisani, Togienses, Varvari.

erant igitur et hi in regione decima, id quod iterum testatur scriptor, cum huic oppidorum indici ad calcem fere addat haec[298]): *in hac regione* (sc. decima Italiae) *et* ⟨*undecima*⟩[299]) *XI lacus incluti sunt amnesque eorum partus aut alumni, si modo acceptos reddunt, ut Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinnus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi.* deinde[300]) Alpium incolas, quos Augusti aetate civitate non esse usos constat, perlustrat iisque perlustratis se totam Italiam descripsisse eamque rem absolvisse dicit his adiectis[301]): *haec est Italia sacra, hae gentes eius, haec oppida populorum.*

---

[296]) corruptum pro *Feltrini*, cf. Mommsen. C. I. L. V p. 196.

[297]) l. c. §. 130.

[298]) l. c. §. 131.

[299]) legitur *in hac regione et XI lacus* cet. at displicet mihi vocula *et* eadem vi atque *etiam* usurpata, praesertim cum lacus illi et fluvii quos commemorat Plinius non *in hac regione*, sive regionem Augusti sive sensu vulgari pro *in hoc situ*, quo paullo ante in eadem paragrapho (131) Plinius utitur, dictum putas, siti sint. nam si *regio* hoc loco nihil aliud est nisi *situs* sive *loca*, id probari non potest, quod Plinius inde a §. 126 reliquae Galliae Transpadanae ne mentionem quidem facit et quod verba ista *in hac regione* statim subsecuntur ea quae iam attuli *in hoc situ* neque igitur, etiamsi *regio* hoc loco idem est quod *situs*, verba *in hac regione* ad alia referri possunt quam quae antecedunt *in hoc situ;* ista autem ad Venetos, Carnos, Tauriscos maritimamque oram referenda sunt, scilicet ad regionem decimam. itaque quoniam lacus illi et fluvii cum in decima tum in undecima regione siti sunt, placet aut vetere scriptura omnino servata legere *in hac regione et undecima lacus* cet. aut si quis, quod ego non potui, undecim *lacus inclutos* in locis istis reperiet: *in hac regione et undecima undecim lacus* cet. uno vocabulo *undecim* inserto, quod librarii alicuius incuria facillime potuit excidere.

[300]) l. c. §. 133—138.

[301]) l. c. §. 138.

Erant igitur oppida illa, quorum indicem modo Plinio duce dedi, eo tempore quo Augustus Italiam regionatim discripsit, intra Italiae fines ac quidem regionis decimae. iam scriptor Histriae oppida § 139. 140 et Liburniae § 141 sqq. enarrat, deinde totum uno nomine Illyricum nominatum generatim[302]). videamus igitur quae de Histriae oppidis dicit:

§ 139.

conventum Scardonitanum petunt Japudes et Liburnorum civitates XIIII ex quibus Lacinienses Stulpinos Burnistas Olbonenses nominare non pigeat.

ius Italicum habent eo conventu:
Alutae
Flanates a quibus sinus nominatur
Lopsi
Varvarini
immunesque Asseriates
et ex insulis
Fertinates
Currictae

§ 140.

cetero per oram oppida a Nesactio

Alvona	*Vegium*
Flanona	*Argyruntum*
Tarsatica	
Senia	*Corinium*
Lopsica	*Aenona*
Ortoplinia	*civitas Pasini . .*

finitur Japudia. insulae eius sinus cum oppidis praeter supra[303]) *significatas*
Absortium
Arba
Crexi
Gissa
Portunata
sequuntur denique *colonia Iader* et *insula Colentum*[304]).

Vides Plinium tanta incuria oppidorum indicem confecisse, ut duo oppida bis enumeraret Flanonam (§. 140) et Flanates (§. 139), Lopsicam (§. 140) et Lopsos (§. 139), modo Agrippam, modo Varronem secutum[305]). itaque licet suspicari eum reliqua oppida quae

---

[302]) l. c. §. 139.

[303]) quae Italico iure utuntur, §. 139.

[304]) hic et ubique Detlefsenii textum nisi alia prohibebat ratio servavi, licet menda multa quae insunt in eo iam Mommsen aliique correxerint.

[305]) sicuti postmodo Burnum bis enumerat §. 139. 142, priore loco Agrippam in conventu Scardonitano describendo, posteriore alium auctorem in Salonitano.

per oram ut ipse dicit recenset, cum ex Varrone proferre vellet, in Agrippae indice repetendo aut omisisse aut certe omittere voluisse, nobisque alterum ex altero indicem supplendum esse. quod quo accuratius Plinii verba perscrutatus sum, eo magis mihi persuasi. Dalmatiam enim in tres conventus Naronensem Salonitanum Scardonitanum discriptam fuisse, Naronensem autem a Drilone usque ad Naronem fluvium, Salonitanum a Narone usque ad Tilurium pertinuisse cum constet, iam Scardonitanum, ut ceteris par fere sit eius circuitus, inde a Tilurio usque ad Titum vel Telavium flumen procurrisse statuemus, non vero nimis longe fines eius ad Arsiam usque proferemus. neque obstant ei coniecturae quae §. 139 de Scardonitani conventus civitatibus afferuntur. Liburnorum soli Burnistae ubi habitaverint, satis liquet; ceteras h. l. commemoratas gentes vix procul ab illis locis afuisse virorum doctorum coniectura est satis probabilis[306]). quod autem singulas non adtulit Japydum gentes Plinius, inde mihi factum esse videtur, quod, cum in Agrippae commentariis Liburnos solos dictos invenisset nec quonam Japydes pertinerent perspexisset, hos de suo addidit. sed Japydum oppida, quae erant inter Arsiam et Liburniam, non ad conventus Scardonitani oppida pertinuisse putem. id quod eo confirmatur, quod quae Italico iure donata erant oppida, cis Titum amnem ad unum omnia erant sita haud secus atque ea quae Plinius *per oram* recenset. quod si iam comparamus oppidorum laterculos §. 130 (regionis decimae Italiae), §. 139 (iure Italico donatorum), §. 140 (quae per oram maritimam enumerantur),

§. 130	§. 139	§. 140.		
Alutrenses	Alutae	—	= oppidum	?[307])
Flamonienses Vanienses	Flanates	Flamnona		Flanona[308])
—	Lopsi	Lopsica		Lopsica[309])
Varvari	Varvarini	—		?[310])
Asseriates	Asseriates	—		Asseria[311])
Foretani	Fertinates	—		?[312])
Flamonienses Curici	Currictae	—		Curictae (Curicum)[313])
Foroiulienses	—	—		Forum Julium[314])

[306]) cf. Forbiger. *Geogr.* III[1] p. 839.

[307]) nihil de eo constat; sed cf. Paulyi *Realenc.* I[2] p. 812 sq.

[308]) Fianona C. I. L. III p. 389.

[309]) St. Georgen am Meer C. I. L. III p. 387.

[310]) nihil de eis adhuc compertum videtur.

[311]) Podgraje C. I. L. III p. 370.

[312]) cf. C. I. L. III p. 398 et fortasse titulum Mediolaniensem C. I. L. V n. 5823. Forbigerum *geogr.* III[1] p. 840.

[313]) Krka sive Veglia C. I. L. III p. 398.

[314]) Cividale d'Austria sive Patria di Friuli C. I. L. V p. 163.

Nedinates	—	—	Nedinum[315])
Quarqueni	—	—	? [316])
Tarvisani	—	—	Tarvisium[317])
Togienses	—	Vegium	Vegia[318])
—	—	Alvona	Albona[319])
—	—	Tarsatica	Tarsatica[320])
—	—	Senia	Senia[321])
—	—	Ortoplima	Ortopla[322])
—	—	Argyruntum	Argyruntum[323])
—	—	Corinium	Corinium[324])
—	—	Aenona	Aenona[325])
—	—	civitas Pasini	? [326])
—	—	Absortium	Apsoros s. Apsyrtis[327])
—	—	Arba	Arba[328])
—	—	Crexi	Crexi[329])
—	—	Gissa	? [330])
—	—	Portunata	? [331])

iam quae in §. 130 et §. 139 enumerata sunt oppida magna ex parte eadem esse videmus neque obstat quidquam, quin laterculum §. 139 haud integrum esse putemus. atqui paullo ante Italica haec oppida dixit [§. 130 *in mediterraneo regionis decimae*[332]), §. 131 *in hac regione* (sc. decima) *et undecima*[333]), §. 138 *haec est Italia diis sacra*,

[315]) Gradino prope Nadin C. I. L. III p. 371.

[316]) nihil de iis constat; ceterum cf. Paulyi *encycl.* VI 358. Forbigerum *geogr.* III[1] p. 586.

[317]) Treviso C. I. L. V p. 201.

[318]) si quidem recte Togienses et Vegienses comparavi; de Vegia C. I. L. III p. 387.

[319]) Albona C. I. L. III p. 390.

[320]) Tersatto C. I. L. III p. 388.

[321]) Zengg C. I. L. III p. 387.

[322]) cf. C. I. L. III p. 387.

[323]) cf. C. I. L. III l. c.

[324]) Karin C. I. L. III 373.

[325]) Nona C. I. L. III p. 381.

[326]) cf. Forbigerum *geogr.* III[1] p. 840.

[327]) Ossero C. I. L. III p. 399.

[328]) Arbe C. I. L. III p. 397.

[329]) Cherso C. I. L. III p. 399.

[330]) estne Gisto (Isto) infra Lussin insulam? cf. Paulyi *encycl.* III p. 856.

[331]) ignota est insula.

[332]) diligentiae Plinianae exemplum mirificum, quod Flamonienses et Vanienses Curicos (Curictanos) [et Togienses si quidem Vegienses potius dicantur] in mediterraneo sitos putat; scilicet eorum oppidorum aliquot satis noverat velut Foroiulienses, Tarvisanos, aliquot ei ignota erant. quae cum in Augusti libro repperisset, non autem ex Varronis opusculo hausisset tantum aberat ut qui eorum oppidorum situs esset, inquireret, ut hoc loco ea in mediteraneorum oppidorum Venetiae et Histriae (nam qui regionis decimae fines fuerint eum ignoravisse persuasum habeo) numerum referret.

[333]) cf. notam 299.

hae gentes eius, haec oppida populorum]. accedit quod in paragrapho 130 oppida per litteras sunt digesta, videlicet ex Augusti commentariis hausta[334]): quod Foroiulienses et Tarvisanos[335]) in Italiae regione decima fuisse satis constat: quod (neque enim hoc argumentum leve esse puto) oppida illa (§ 139) exigua erant ac tenuia ita, ut cur Itali iuris summus honor illis donatus sit, non aliter intellegas nisi ea una cum reliqua Gallia transpadana, eo tempore quo Caesar et Illyricum et Galliam administravit, civitate donata esse statueris. accedit porro, quod ea oppida in Claudia tribu[336]) censa sunt, Claudiam autem tribum a Dalmatia prorsus alienam fuisse veri simillimum[337]) est neque hoc, quod ultimo loco proferam, argumentum ut futile reicies, cum dixero, etiam ex Plinianis Dalmatiae mensuris aliquid ad eam rem illustrandam effici posse. Plinius enim Agrippam secutus, *longitudo*, ait, *a flumine Arsia ad flumen Dirinum* $\overline{DXXX}$, *a Dirino ad promunturium Acroceraunium* $\overline{CLXXV}$ *Agrippa prodidit*[338]). a Drinio autem flumine ad promunturium Acroceraunium plus minus XX mil. geogr. sunt, id quod spatium in tabula Italiae satis bona emensus testari possum. haec autem orae maritimae pars eodem fere modo scissa et maris fluctibus intermista portubusque praedita est ac reliqua Dalmatiae ad usque Jadestinum litora. habebis igitur, si hos numeros ad calculos revocaveris:

175 mil. pass. R. : 530 m. p. R. = 20 mil. geogr. : x mil. geogr.

$$x = \frac{530.20}{175} = \text{plus } 60 \text{ mil. geogr.}$$

haec igitur orae maritimae a Drinio fluvio usque ad Jadestinum sinum, qui Dalmatiam et Italiam Agrippae atque etiam Caesaris dictatoris aetate

---

[334]) Plin. *nat. hist.* III 46 *qua in re praefari necessarium est nos divum Augustum secuturos, discriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI, sed ordine eo qui litorum tractu fiet urbium quidem vicinitates oratione utique praepropera servari non posse itaque interiore exin parte digestionem in litteras eiusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata, quae ille in eo prodidit numero.* cf. Beloch *ital. Bund* p. 1 sqq. Oehmichen *Plinian. Studien*, Erlang. 1880 8. p. 48—58. tenendum est Plinium ubi per gentes et litteras (Oehmichen l. c. p. 58) oppida enumerat ex Augusti libro, ubi per oram maritimam ea digerit, ex Varronis opere hausisse; nusquam enim ipse oppidorum vel hominum rerumque aliarum nomina per litteras digerit. — neque vero praetermittam quamquam id non huius est loci Ptolemaeum quoque quantum video eodem modo atque Plinium in coloniis Italiae de signandis Augusti commentarios secutum esse.

[335]) quo modo factum sit, ut Tarvisium non in Venetorum oppidorum numerum, sed in eorum *quos scrupulosius dicere non attineat*, referret, non intellego, cf. Oehmichen l. c. p. 54.

[336]) certe Foroiulienses Nedinates Tarvisani in Claudia civitatis iure utebantur, cf. cap. III § 4.

[337]) cf. cap. III §. 9.

[338]) *nat. hist.* III 150 = A. [Riese fragm. Agripp. n. 19 in *geograph. Latin. minor.* p. 3.

disiungebat, est longitudo. itaque Plinius quem ut indiligentissimum scriptorem neque Italiam satis cognitam habentem antiqua illa latuerat discriptio, verba illa s. s. *a flumine Arsia* de suo addidit, cum in Agrippae commentariis invenisset: *ab Italiae fine* vel *a Dalmatiae et Italiae confinio* vel simile quid. discriptionem autem illam iam Augustus fortasse ipse Agrippae orbis dimensione absoluta immutavisse videtur, ita ut Strabo dicere potuerit suae aetatis principes ad Polam usque Italiae fines protulisse[339]).

Quae si recte disputavi[340]), facile de laterculo qui est in sectione 140 iudicabis. omnia videlicet oppida et insulae inter Arsiam et Jadestinum sinum sita Caesaris et Agrippae aetate erant Italiae. ultra Jadestinum sinum Nedinum et Asseria accesserant. reliqua autem ultra Jadestinum sinum et Telavium flumen iis temporibus iam civitate usa esse nego et tribus eorum, quae erat Sergia[341]), ratione habita et quod nusquam de civitate eorum quicquam traditum est, quod meae repugnet sententiae.

Ad Galliam transpadanam, qua in septentriones spectat, Nauportus[342]) pertinuisse videtur et Emona[343]); utrumque oppidum in Claudia censebatur. qui Alpes Cottias versus fuerint Galliae fines, non quidem satis constat; attamen quae in Pliniano regionis Italicae undecimae oppidorum laterculo commemoratur Augusta Praetoria, eam ab Augusto demum in Salassiorum, qui Caesaris aetate nondum pacati erant, conditam esse neque igitur eius coloniae agrum a Caesare ipso tributim discribi potuisse consentaneum est. neque vero Segusienses Caesaris aetate Latinitatis vel civitatis Romanae ius adepti esse videntur.

Cum igitur Galliam transpadanam, quae fuit Caesaris aetate, recte circumscripsisse mihi videar, iam Plinianos civitatium quae in decima et undecima regionibus sitae erant proferam laterculos[344]) adiectis tribubus, in quas eas Caesar tum adscivit. sunt autem si quae iam antea civitatem assecuta erant, exceperis, Aquileiam et Cremonam et Eporediam, haec:

---

[339]) VII 5, 3 p. 314.

[340]) breviter de hac re quae sit mea sententia exposui in *ephemeride gymnas. Austriac.* 1880 p. 659 sq.

[341]) cf. cap. III §. 9; in eorum numero Corinium, Arbam, Jaderam, Aenonam. Pasinum (§. 140) puto.

[342]) id quod Mommsen coniecit.

[343]) Emonam, quae colonia Julia dicitur, a Caesare dictatore civitate donatam putem; aliter sentit Müllner *Emona. Archäol. Studien aus Krain* 1879. 8. p. 181 sqq.

[344]) sufficit hoc loco monere divum Augustum ea tantum oppida, quae sua re publica utebantur, enumeravisse; de qua re conferas Belochium *ital. Bund* passim in cap. I. II. de regione decima Plinius l. c. §. 126 sqq.; de undecima §. 123 sqq. agit.

in tribu	erant oppida
1. Aniensi	Vercellae (regionis XI)
2. Camilia	Atria (X)[345]
3. Claudia	Acele? (X), Albona (X), Berua (X), Concordia (X), [Foroiulium[346]) (X)], Julium Carnicum (X), Novaria (XI), Nedinum (X), Tarvisium (X)
4. Fabia	Brixia (X), Patavium (X)
5. Lemonia	Parentium (X)
6. Menenia	Feltria (X), Vicetia (X)
7. Oufentina	Comum (XI), Mediolanium (XI)
8. Papiria	Bellunum (X), Opitergium (X), Ticinum (XI), Tridentum (X)
9. Poblilia	Verona (X)
10. Pupinia	Laus Pompeia (XI), Tergeste (X)
11. Romulia	Ateste (X)
12. Sabatina	Mantua (X)
13. Scaptia	Altinum (X)
14. Stellatina	Caburrum (XI) [Augusta Taurinorum (XI)[347]]
15. Velina	? Pola (X)
16. Voturia	Bergomum XI

Agidae, Alutrae, Asseriae, Flanonae Vaniensium et Curictarum, Foreti, Licini fori, Nesactii, Quarquenorum, Segusionis, Tarsaticae, Togiensium, Varvar(in)orum, quae civitates fere omnes (praeter Segusionem et Forum Licinii) in Histrico vel Japydum agro sitae erant, tribus adhuc nondum innotuerunt.

Caesarem igitur Galliam transpadanam, in plus minus quindecim tribus adscivisse videmus[348]), quarum in numero, si Fabiam exemeris, nulla ex octo illis fuit tribubus, quibus post bellum Marsicum oppida quae infensa erant Romano imperio sunt adiecta. quod autem duo amplissima et divitissima oppida Brixiam et Patavium in Fabiam recepit Caesar inde factum est, quod ipse Fabiae erat[348a]) tribulis atque municipia illa ea re haud exiguo afficere voluit honore.

---

[345]) hoc oppidum omisisse videtur Plinius, restituit Beloch l. c. p. 27.

[346]) erat vicus, cf. cap. III §. 4, sed in agro tunc iam tributim descripto.

[347]) Augusta Taurinorum in (Caburrensium fortasse) agrum deducta est, quem tunc in civitatem receptum esse oppidi situs ipse demonstrat.

[348]) constat de oppidorum plus triginta vel fere omnium tribubus. et de reliquis, dico ea quae inde ab Histria orientem versus sita erant, vix dubitem, quin omnia in Claudia censa sint.

[348a]) cf. cap. III §. 5.

§. 3. Excursus prioris ad §. 2 pars prior: agitur de imperii Romani tributim discripti formae depingendae ratione.

Priusquam ad Galliae Transpadanae tributim discriptae formam depingendam accedam, non abs re erit, quibus consiliis in hac quaestione explicanda utendum mihi esse videatur exponere. etenim cum ob nimium titulorum numerum nemo eorum, qui arti epigraphicae operam navabant, accuratius de ea re agere sibi proposuisset et tantum abesset, ut aliquid certi de tribuum origine ac propagatione, ratione atque indole constaret, ut ne nominum quidem earum index satis bonus viris doctis praesto esset, primus novas de tribubus quaestiones instituit C. L. Grotefend[349]). is igitur ingenti titulorum mole perlustrata cum tribuum nominum laterculum iustum proposuit, tum quaenam ratio inter oppida sive civium Romanorum sive Latina eorumque tribus intercederet inquisivit atque Italiam tributim discriptam depinxit. qua in re omni laude dignum se praebuit in testimoniis adornandis, titulis interpretandis, Ligorii Langermanni aliorum fraudibus reiciendis. annis viginti septem post, eo ipso anno quo corporis inscriptionum Latinorum volumen primum prodiit (1863) maiorem commentarium[350]) edidit Grotefend, quo tribus per totum imperium Romanum dispersas descripsit. quo in libro laudanda est auctoris sollertia et diligentia in vasta librorum copia adhibenda, laudanda ars, qua veros a ficticiis distinxit testibus et singulorum oppidorum illustravit condiciones. quaenam autem sibi in libro illo conficiendo ratio placuisset, iis, quae in commentarii initio scripsit, paucis explicavit[351]).

Attamen id quod in talibus quaestionibus fieri solet, multa, quae iteratis et felicioribus curis exquirerentur, ille reliquit: saepenumero enim falsus est, saepe apographis titulorum usus pessimis. accessit praeterea magnus novorum titulorum numerus, quos nostrae aetatis studium acerrimum aut e terrae eruit visceribus aut ut melius intellegerentur effecit. denique id quod aegre feras Grotefend in titulos genuinos, num omnibus in hac quaestione instituenda eadem esset vis, inquirere omisit. ac valde doleas, quod vir ille egregius singula tribulium genera, dico e. g. libertinos, libertinorum filios, peregrinos ac Latinos civitate Romana donatos non distinxit,

---

[349]) *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1836. n. 114—118.

[350]) *Imperium Romanum tributim descriptum. Die geographische Verteilung der römischen Tribus im ganzen Reich.* Hannov. 1863. 8.

[351]) de tribuum nominibus p. 1—6, de oppidorum tributim discriptorum generibus p. 6—11, de libertorum filiis p. 11—15, de tribu mutata ob mutatum domicilium, adlectionem in ordinem municipii, adoptionem p. 15—24.

quod oppidorum de quorum tribubus egit status ac condiciones, titulorum aetates, alia multa prorsus neglexit. haec igitur omnia novis curis mandari oportebat.

Quas cum meas esse vellem, titulos congessi omnes et illas quas modo commemoravi de tribubus quaestiones institui, ut his usus subsidiis rectius imperii Romani cum oppidorum tum civium tributim discriptorum rationes cognoscerem.

Sed antequam hic liber a me paratus in lucem prodibit, iam in hoc libello Italiae regiones decimam et undecimam, Delmatiam, Hispanias depingere mihi proposui, quoniam regionum illarum formam tribuariam ad tribuum propagationis modum, qui erat imperatorum aetate inde a C. Julii Caesaris dictatura, intellegendum vel maxime nos adiuvare neque eam rem satis a Grotefendio perquisitam esse intellegebam. has igitur plagulas, quas tamquam specimen esse commentarii futuri de imperio Romano tributim discripto existimes, eo libentius addidi, quo minor in iis regionibus tribulium generum erat varietas ac minus iis quas modo dixi de singulorum tribulium generibus quaestionibus opus esse videbatur. et sane, cum Gallia transpadana Caesare iam auctore in civitatem Romanam pervenisset, homines Latinae vel peregrinae condicionis ex iis oppidis non fuisse oriundos consentaneum est.

Ceterum in singulis titulis digerendis et inter se comparandis inprimis curandum est, ne confundantur haec titulorum genera[352]):

1) tituli in quibus una cum tribu origo indicatur. quod genus auctoritate praeter cetera insigne est;

2) municipalium magistratuum tituli. quorum e numero, cum de municipiorum finibus perraro ut dubitari non possit constet, maiorem sibi fidem vindicant ii, in quibus municipiorum commemorata sunt nomina;

3) privatorum hominum tituli. qui si aliquanto plures in eodem reperiuntur municipio, multam auctoritatem habent. qua in re teneas quaeso in eorum hominum, qui sibi in aliena civitate sedem quaesierant, titulis plerumque originis eorum mentionem fieri, contra in eorum, qui in patria remanserant, titulis municipiorum nomina, quippe quae per se paterent, omissa esse;

4) militum tituli, quorum nulla fere est auctoritas. aliqua tantum in titulis veteranorum, quippe qui saepius, postquam dimissi sunt, in patriam redierint;

---

[352]) supervacaneum fere puto addere haec titulorum discrimina diligentissime observari necesse non esse, ubi generis primi satis boni testes suppeditant (id quod in plurimis e. g. regionum decimae et undecimae Italiae usu venit), ceteroquin aut si generis primi testes inter se discrepant aut testes desunt locupletes, hanc curam interdum utilissimam esse, id quod in Hispanicis, Asiaticis, Dalmaticis oppidis accidit.

5) patronorum civitatium et magistratuum populi Romani tituli. qui cum maxima ex parte ibi sint positi, ubi eo ipso tempore homines illi illustres commorabantur, nullam omnino habent auctoritatem.

Iam vero in his plagulis hoc modo titulorum genera distinguam ac quaenam mihi singulorum auctoritas esse videatur, indicabo his signis praepositis: α β γ δ ε, quibus titulos primi, alterius, tertii, quarti, quinti[353]) a me significari generis facile intellegitur. praeterea hac nota inter duos titulos posita ≅ titulos esse eiusdem hominis, altera ~ titulos esse hominum cognatorum significavi[354]).

§. 4. Excursus prioris ad §. 2 pars posterior: regiones decima et undecima Italiae tributim discriptae depinguntur.

Regio decima Italiae:

ACELVM CLAVdia

C. I. L. V p. 198. — 'creditur' esse id quod nunc Asolo dicitur inter Tarvisium et Feltriam medium recte fortasse. ...ceterum... quos hoc capite composuimus titulos magis ut incertos, quos in his partibus offendimus a certae attributionis titulis separaremus quam quod eiusdem rei publicae eos omnes esse existimamus in regione media inter Feltriam Tarvisium Patavium Vicetiam repertos...hos titulos dico qui examinabit, rei publicae propria indicia nequaquam deprehendet.' Mommsen l. c.

sane α V 2090 (S. Hilariae) „— — *C. Vettonius Fabia Maximus veteranus ex militia* (nempe in patriam) *reversus* — — —" et γ 2106 (Fonte) „...*Velleius T. f. Fab.* — —" Patavina, V 2089 „*L. Ragonio L. f. Pap. Tuscen. Quintiano, c. i.* — —"[354a]). Opitergiensi origine videntur. restat titulus β V 8808 (Asolo) „*C. Coelio*.... | *Clau*.... | *Taur*.... | *IIIIvir*.... | *praef. i*..... | *cet.*" qui quid sibi velit parum liquet; v. 2 *Clau*[*dia*] tribus dicta esse videtur. accedit alter testis gravissimus tribus Claudiae α Bramb. 947 (Bretzenheim) „*M. Petronius M. f. Cla. Acele, mil. leg. XIIII ge*(*m*). — —"[355]).

AGIDA ?

Neque de situ (cf. CIL. V. p. 49) neque de tribu quicquam constat.

---

[353]) interdum η nota praeposita ne pluribus uterer verbis titulos, qui certe a quodam munipio seiungendi erant significavi.

[354]) de librorum quos cito signis cf. notam 150. punctis additis (....) titulum mutilum esse significavi, lineolis (— — —) adiectis quaedam ut brevitati consulerem a me omissa esse.

[354a]) cf. titulum Opitergiensem C. I. L. V 1970 v. OPITERGIUM citatum.

[355]) descripsit Huttich titulum, qui posthac periit. Brambach haec adnotat '2) CLACELE e coniectura Gr[uteri 556, 7] unde Or[elli 501]: 'colonia Claudia Celeia (Cilley) in Norico'. CLA(*udia*) ACELE(*nse*) Lehne'; in indicibus p. 384 de Celeia cogitat. at cum titulus, antequam Claudius imperator factus est, positus esse videatur, quod cognomina desunt in milite legionis XIIII gem. (cf. Brambachii praef. p. X), quae Claudio imperante (a. fere 43) in Britanniam tanslata est, de Claudia Celeia cogitari iam nequit neque video quid obstet quominus scripturam traditam tueamur.

ALBONA CLAVDia

C. I. L. III p. 390. Albona. testis Claudiae primus III 3052.

β III 3047 (prope Albonam) „— — — *Ti. Gavillius C. f. Claud. Lambicus aed. IIvir* — —“ ~ 3054 (Albonae) *P. Gavillius Sex. f. Cla. Prisco aedili IIvir. patri* — — *M Gavillius P. f. Cla. Maximus aed. IIvir f(ilius)*“.

γ III 3059 = Eph. ep. IV 399 (Albonae) „*Sex. Ceionius Voltimesis f. Cla. Locus* (?) — —“ ~ 3060 (Albonae) „*L. Ce[i]onius L. lib.*[356]) *Cla. Priamus* — —“

δ III 3052 (prope Albonam, ante a. 42[357]) „— —*L. Veratius L. f. Cla. Othomil. [l]eg. XI* — —“.

ALTINUM municipium SCAPTIA

C. I. L. V p. 205. — Altino.

α VI 2726 (Romae) „— — *Q. Vennonio Q. f. Scaptia Valenti Altino mil. coh. VIIII pr. γ Charitoniani* — —“ 3884 (Romae; in laterculo cohort. urb. a. 197/8) „*P. Arrius P. f. Scap. Sabinus Altin(o)*“. num in titulo urbano VI 2733 „*Ti. Aurelius A. f. Pap. Clemens domo Altini, miles coh. X pr.* (*centuria*) *Antisti* — —“ lapicida PAP· pro SCAP· incidit?

β III 2914 (Jaderae) „*T. Elvio Sca. Marino IIIIvir Altini T. Elvius T. f. Salinator* [*c(enturio)*] *leg. VII patri* — —“ (leg. VII ante a. 68 Illyricum reliquerat[358]). V 2166 (Murani) „*L. Acilius P. f. Sca. decurio* — — —“.

praeterea aliquot prodierunt Altini testes:

Voltiniae β V 2162 (Venetiis) „*Cn. Numerius Cn. f. Vol. Fronto veter. eq. leg. VIII. Aug. IIIIvir. i. d.* — —“.

Claudiae β V 722 (inter Histrica) in titulo pessime tradito[359]) Mommsen haec agnoscere voluit „*Valerio P. f. Cla. Sabino, aed. Altino, aed. IIviro, q. q.* ——“.

Fabiae γ V 2240 (Venetiis) et δ V 2163 (ibid.).

Papiriae γ V 2145 (Venet.).

Tromentinae γ V 2236, quem Dalmaticum recte fortasse dicit Mommsen.

ALVTRA

Neque de situ neque de tribu oppidi quicquam mihi innotuit.

APSOROS CLAudia

C. I. L. III p. 399. — Ossero.

γ III 3140 (Aps.) „*C. Hostilio C. f. Cla. Celeri* — —“.

AQVILEIA VELINA

C. I. L. V 83. — Aquileia et vicinus tractus inter Sontium (Isonzo) et Alsam (Aussa) fluvios a litore maris et Grado oppido usque ad Palmam. — eo 571/183 colonia Latina deducta est, a. 664/90 ut videtur civitate Romana donata est. tribus testes antiquissimi sunt V 973. 8454.

α III 4351 (Neuhäusel) „— — *M. Fuficio M. fil. Vel. Marcello Aquil.* [o.] *leg. I adi. p. f.* — —“ 5217 (Celeiae) „. . . *Antonius Firmus* (?) *ce[nturio ?] Vel. Aquileia* — —“. V 742 (prope Belinam) „— — *L. Cornelius L. fil. Vell. Secundinus Aquil., evoc. Aug. II. quod in urb. donum vov(erat), Aquil(eiam) perlatum libens posuit* — —“ 903 (Aquil.)

---

[356]) adnotat Mommsen ‘mira est tribus rustica in homine libertino ut fortasse graviora vulnera insint’.

[357]) cf. Mommseni commentarium de Dalmatiae re militari C. I. L. III p. 280.

[358]) cf. Mommsenum C. I. L. III p. 280.

[359]) traditur: *valerio optimo gladiatori abini aedili atino aedili dumviroque* cet.

„A. Caesilio A. f. Vel. Acastino p. p. IIIIviro iure dic. q. q. reip. suae amantissimo — —“. 875 (ibid; a. 105) *„C. Minicio C. fil. Vel. Italo IIIIviro i. d., praef. coh. V Gallor. equit., praef. coh. I. Breucor. equit. c. R.*, cet. *praefecto annonae, praefecto Aegypti, flamini divi Claudii — —“* quem Aquileiae civem esse decreti decurionum vs. 6 ostendit. VI 2380 (Romae, ca. a. 152) *„T. Flavius T. f. Vel. Pudens Aqui.“*, militavit inter praetorianos. 2381* (ib., laterc. praet. coh. ca. a. 156) *„...Julius C. f. Vel. Veratianus Aquil.“* 2382* (ib., praetor. coh. a. 172/8) *„M. Valerius M. f. Vel. Valerianus Aquil.; P. Aelius P. f. Vel. Potentinus Aquil.“* 2397 (ib.; praetor. coh.) *„M. Acilius M. f. Vel. Marcellus Aquil.“* 2426 (ib.) *„L. Caesernius L. f. Vel. Proculus Aquileia veteranus Aug. ex. coh. I pr. 7 Romuli — —“*. VII 560 (Halton Chesters, quod antiquitus vocabatur Hunnum) *„....m. mari | us velli | a long | us aqui | s hanc | posuit. v. s. l. m.“* [360]. X 6229 = IN. 4143 *„P. Bruttius P. f. Vel. Gratus domo Aquileia 7 cohort. I praet. [primus] pi[l.] leg. XIIII....“*.

β V 888 (Belignae) *„— — T. Flavius T. f. Vel. Vettianus [I]III vir. Aq.“* 953 (Aquil.) *„— — ...Q. f. Vel. [Procu]lo [pr]aef. i. d. — —“*. 973 (Rosazzo) *„— — Sex. Attius Sex. f. [L.] (Attius) Sex. f. (ambo) Vel., dec.“* [361]. 1012 (Fiumicelli) *„C. Valer. C. f. Vel. Eusebeti IIIIvir. i. d., IIIIvir. i. d. q. q., patron. Sept(imianorum) Aureli(anorum) aug(ustalium) IIIIIIvir(orum) patron. coll. cent. et dend. Aquil. — — coll. fab. patron. — —“*. 8306 (prope Monastero) *„....i. f. Ve[l.....] ... | ... [aedilic.. . | — —“*.

γ V 1242 (Beligna). 1354, 8348, 8463 (Aquil.), 8454 (Colombarae).

Palatinae tribulium talium, qui ut videtur omnes vel ipsi libertini vel liberinorum filii erant, aliquot Aquileiae exstant tituli:

β V 749 (Aquil.) *„— — C. Petti C. f. Pal. Philtati, eq. p., praef. aed. pot., praef. et patroni collegiorum fabr. et cent. — —“*. accedit III 4788 (Viruni repertus) *„— — M. Trebius M. fil. Palat., equo p., praef. i. d. Aquil., c(onductor) f(errariarum) N(oricarum) — —“*.

γ V 1000 (Aquil.; fortasse libertini filii). 1090 (ib., libertini); etiam V 921 lin. 1 et 4 Palatinae mentio fit.

ε V 867.

praeterea harum tribuum fit mentio in titulis Aquileiae vel in ea vicinitate repertis:

Aniensis δ V 902 (Ajelli). Claudiae γ V 1189 (Concordiensi origine videtur) [362]. Fabiae γ V 8360 δ V 917. Lemoniae γ V 1315 (Belignae). Papiriae ? ε V 874. Pobliliae δ V 891 (Paperiani). Polliae γ V 905. δ V 948. Pomptinae β V 738 (Belvedere) *„— — A. Aquilio C. f. Pom. Valente IIIIv. i. d. desig. — —“*. Quirinae γ V 1442 (??). 8293 (?) utrobique *q(uaestores)* fortasse commemorantur. Romuliae γ (vel potius ob cognomen puto δ) V 890 (Aq.) in antica: *„M. Aufustius M. f. Rom. Actiacus — — C. Albio C. lib. Sabino contubernali“* [363]. Sergiae γ V 877 (a. 124). Stellatinae γ V 1300. Tromentinae γ V 1107. δ V 924. Voltiniae δ V 912. Voturiae δ V 937 ~ 936.

---

[360]) sic legit Camden; Bainbrigg haec: *„mari | ..s velli | ... long | ..us...“* Horsley male pro *aquis* tradito *eques* proposuit, melius Hübner *Velli[n]a Aqui[l(eia)]* et Mommsen *aqui[l(ifer)] S[ilv]an[o posuit v. s. l. m.*

[361]) sic scriptum — — SEX·ATTIVS·SEX·F-
l. SEX·F
VEL·DEC

[362]) cf. Mommseni notam l. c.

[363]) fuit igitur antea Aufustius ipse libertinae condicionis.

ASSERIA

C. I. L. III p. 370. — Podgraje. — tribus ibi nullum adhuc apparuit vestigium.

ATESTE . ROMVLIA

C. I. L. III p. 240. — Este. de agri finibus egit Mommsen l. c. eo ‚post proelium Actiacum a. u. c. 725 commissum veterani deducebantur. rem publicam eam, quae ante fuit Ateste...., ita mansisse, ut deducti novi eo cives ei adscriberentur, ipsa autem res publica coloniae simul ius impetraret', Mommsen coniecit. tituli plurimi bonae aetatis et maxime ipsius saeculi Augusti sunt hi:

α III 217 (in Cypro apud Policastrum) „*Q. Firmius C. f. Rom. Ates. 7 leg. III Gallicae*". 2835 (Burni; ante Claudium pos.) „*T. Cominius C. f. R[o]milia Ateste miles leg. XI — —*". V 1029 (Belignae prope Aquileiam) „*M. Fabius L. f [R]om.*[361]) *Atest. .....*". 2476 (Este) „*Q. Licinius L. f. Rom. Ateste vet. leg. XV Apollinaris — —*". 2501 (Pojanae) „*M. Billienus M. f. Rom. Actiacus legione XI proelio navali facto in coloniam deductus, ab ordine decurion. alleç.....*". 2785 (Abani) „— — *C. Cluentius C. f. Romul Proculus Ateste aedilis IIvir quaestor aerari bis pontifex*". VI 2429 (Romae) „*L. Cassius L. f. Rom. Niger, domo Atestae miles coh. I. pr. — —*". 2585 „*M. Propetius M f. Rom. Firmus Ateste mil. coh. V. pr. — —*". 3736 „— — [..*V*]*ibullius M. f.* [*Ro*]*m. Felix Atest*[*e ev*]*oc. Aug. exerc*[*it.*] *armaturar. — — ob triumph*[*um Au*]*gustorum — —*". 3884 (in coh. urb. laterculo a. 197/8) „*P. Acilius P. f. Rom. Cinnamus Atest*(*e*)".

β V 2522 (Arquadae) „— — *T. Carnius Q. f. Rom. decurio*". 2524 (Casale) „*M. Doius M. f.*[365]) *Ro*[*m*]. *Clemens decur. adle*[*ctus*], *quaest. II, flamen, augustalis — —*". 2860 („origine opinor Atestina" Mommsen adn.) „*P. Flavius Q. f. Rom. Stabilis adlectus decur. — —*". addendus videtur V 2395 (bis, lapis nunc Ferrarae adservatur).

γ V 2478. 2538. 2553. 2560. 2561. 2569. 2580. 2592. 2597. 2613. 2620. 2628. 2646. 2648. 2651. 2653. 2655. 2666. 2678. 2712. 2713. 2724. 2725. 2731. 8832. quibus titulis addendi videntur hi: V 2464 (Lendinarae). 2466 (Badiae).

δ militum qui fortasse post Actiacum proelium ipsum Ateste deducti sunt, satis multi supersunt tituli, quos iam proponam

legionis V : V 2508. 2510. 2514. 2519.	coh. praet. : V 2832.
legionis V urb. : V 2515.	coh. I praet. : V 2505.
legionis VIIII : V 2507.	coh. V praet. : V 2511.
legionis XI : V 2512.	coh. VII praet. : V 2517 (et pater eius militis).
legionis XII : V 2502. 2520.	coh. X praet. : V 2496.
legionis XIIII : V 2497.	coh. XI praet. : V 2513.
legionis XVIII : V 2499.	coh. II : V 2506.

restat ut titulorum duorum *Actiacorum* V 890 (qui est Patavii repertus) et 2389 („ad Lendinaram rettulit Alessius" Mommsen) mentionem faciam.

extraneorum hominum hae sunt tribus:

Fabia: quin T. Ennium T. f. Fab. Secundum trib. milit., praef. i. d., cur. aer., V 2504 Patavinum habeamus, nihil obstat; „origine stetisse videtur alicubi in agro Patavino" Mommsen adn.

---

[361]) Bertoli qui solus titulum servavit DOM, quod sane ferri potest; rOM coniecit Mommsen.

[365]) trad. P pro F.

Pollia: δ V 8185 (in agro Rovigneusi, in loco quem dicunt Contrada prope Caroibam).

Voturia: γ *Notizie degli scavi di antichità* 1877 p. 193 (Este).

ATRIA CAMilia

C. I. L. V p. 220 ubi de Atriae agri finibus agitur. — Adria. tribus huius testis satis vetustus V 8829.

α Bramb. 1264 (= Mommsen C. I. L. V p. 220; rep. Moguntiaci) „*L. Livius M.... | Cam. Atria.... | ....*“.

δ V 8829 (prope Atriam) „*M. Julius M. f. Cam. veter.*“ accedunt γ V 2437 (ex valle Trebiae) „— — *L. Tubero P. f. Cam* — —“ et δ 2394 (Quartesanae) „.... *ni.. | ....lerioM. f. Cam..... | ...o milit. coh. ...* | ↄ·γ·FA...“.

alius tribus testem habemus V 2456 (Borseae in Rovigensi agro) „*Q. Ampli L. f. Fab.*“

BELLVNVM PAPiria

C. I. L. V p. 192. — Belluno.

α VI 2612 (Romae) „— — *M. Oreius M. f. Pap. Secundus Beluno mil. coh. VI pr. γ Dextri* — —“.

β V 2045 (Caneti) „*M. Juni Pap. Maximi IIv. i. d.* — —“. 2048 (Sedegi a Belluno m. p. V) „*P. Turranio Pap. Pisto IIIIvir. a. p.* — —“.

γ V 2055 (Zumelis) „*M. Praecellius Q. f. Pap. Vitulus* — —“.

ε V 2044 (Belluno) „*C. Fl. Hostilius Pap. Sertorianus Laur. Lav. p(atronus) eq. R. m(unicipii)* — —“.

BERVA CLAudia

Beruenses re vera rem publicam habuisse Mommsen C. I. L. V p. 537 edocuit.

α V 947 (Terzo prope Aquileiam) *Q. Vettidius Q. f. Cla. Beria, mil. leg. VIIII* — —“.

BRIXIA FABIA

C. I. L. V p. 439 sq., ubi etiam de agri finibus agitur. — Brescia. deducta est eo post a. 727/27 ab Augusto colonia, unde postea colonia Civica Augusta Brixia est dicta. vetusti testes in tanta titulorum copia rari, veluti V 4365. 4378. 4721 cet.

α VI 2430 (Romae) „— — *Ti. Claudio Ti. f. Fabia Festo Brixia, mil. coh. I. pr. γ Vetti Valentis ....*“. 2441 „— — *C. Nigidio C. f. Fab. Marcellino Brix. mil. coh. I. pr. γ Lepidi* — —“. 3482 „*Q. Valerius. Q. f. Fab. Exoratus Brixia, vet. ex spec.* — —“. 3560 (saeculi primi) „*L. Aelius Fabia Brixia veteranus militavit legione XVI in Germania* — — *P. Aelius Fab. Brixia, idem frater, veter. milit. legion. XVI in Germania* — —“. VII 704 (Chesterholm = Vindolanae) „— — *Q. Petronius Q. f. Fab. Urbicus praef. coh. IIII Gallorum .... ex Italia domo Brixia*“. Mommsen inscr. Helvet. confoeder. n. 268 (Zurgach) „*Q. Valerius Q. f. Fab. Libens Brix(i)a mil. leg. XI C. p. f. γ Attieni Maximi*“. Bramb. 1528 (Aquis Mattiacis) „*L. Vale. L. f. Fab. Sec. Brixia mil. leg.....*“. praeterea veri simillimum videtur C. Silium C. f. Fab. Aviolam, praefectum fabrum, tribuum militum leg. III. Aug., quem Themetrae ex Africa incolae (4919) et Thimitigenses (4920) a. 27 p. Chr. atque Apisae civitatis incolae (4921) et Siagitani (4922) a. 28 (?) patronum cooptaverunt, Brixiensem origine fuisse[366]).

[366]) tituli s. s. omnes Zenani reperti sunt.

quod in titulo urbano praetorianorum, qui est annorum 153/6, VI 2382[a] scriptum est „.. .*P. f. Fal. Proculus Brixia*“ ex mero lapicidae errore profectum esse videtur; in eiusdem tituli fragmento altero (2382[b]) iam, quod requiritur, legimus „....*f. Fab. Primus Brixia*“ [367]).

β V 4212 (Brix.) „*genio* [*col*]*oniae Civicae Aug. Brixiae.... ..rgennius Q. f. Fab. Sagitta* [*VI*]*vir aug., decurio,* [*praef.*] *fabr., praef. i. d., q.,* [*II*]*vir quinq.* — —“. 4430 (Bornadi) „— — *M. Julius Fab. Marcellinus decurio Brix.* — —“. 4444 (Turbolis) „*M. Minicio M. f. Fab. Quintiano decur. Brix., q. aer.* — —“. 4459 (Herbusci) „*M. Publicio M. f. Fab. Sextio Calpurniano equo publico flam. divi Jul., praef. aedil. pot., quaestor. aerar., sacerd. Juven. Brix., defensori reip. Brix. collegia centon. et fabror.* — —“. 4460 (Brix.) „*C. Quintius C. f. Fab. Catullus decur. Brixiae* — —“. 4463 (ib.) „— — *C. Petronio Fab. Frontoni VIvir aug. Brix.* — —“. 4904 (Boarni) „*M. Laetil. Fab. Cassianus praef. aedilic. pot. Brix,* — —“. 4981 (Arci) „*Sex. Nigidius Fab. Primus aedil. Brix., decur. honore grat.* — —“. ∼ 4982 (ib.) „*Tutelae Aug. Sex. Nigidius Fab. Primus iunior, decurio Brix.* — —“. 5006 (Lomasi) „— — *L. Cullonius L. fil. Fab. Primus dec. alae I. Canafatium, dec. Brixiae* — —“. 5007 (ib.) „— *L. Septimius L. fil. Fab. Macrinus equo publ., praef. iur. d., q. q. Brix.* — —“. iam reliquos addam magistratuum Brixiae coloniae titulos, in quibus civitatis nomen non commemoratur: V 4360. 4368 (Hadriani aetate). 4384. 4386. 4393. 4402. 4404. 4413. 4417. 4419. 4420. 4427. 4434. 4435. 4462. 4464. 4469 ∼ 4471. 4475. 4484 (∼ 4486). 4487 (bis). 4495. 4646 Brixiae, Cazagi, in Casa di Villa, Fiumicelli, Gardésanae, Salodii, Turbulis, Uragi repertos.

γ V 4200. 4325. 4336. 4361. 4406. 4406. 4441. 4472. 4486 (∼ 4484). 4550. 4609. 4630. 4653. 4721. 4737. 4749. 4751. 4816.

δ V 4365 (Tiberii aetatis). 4375. 4378. 4381[368]). 4902. 4903.

ε V 4332. 4334. 4359. 4364. — 4345 ≅ 4346 ∼ 4343 ≅ 4344 ∼ 4340 ≅ 4341[369]).

ex agro inter Cremonam et Brixiam, qui ex parte quidem in Brixiensium erat finibus, addendos esse puto

β V 4130 (Gambarae). 4165 (Manerbii).

γ V 4156 (Ghedi). 4192 (Bagnoli, Severi et Caracallae aetate pos.).

δ V 4145 (Scorzalori). 4857 (Maderni in agro Benacensi). 4987 et 4988 (Rivae).

ε V 4129 (Gambarae).

ad lacus Benaci partem orientalem, Malsesini repertus est titulus V 4007 hominis fortasse Brixia oriundi „— — *G. Menatius G. filius Fab. Severus* — —“.

Brixienses, qui in Palatina censebantur, hi mihi innotuerunt: β 4455 (Br.) „*C. Placidio C. fil. Pal. Clodiano equo publ. decur. Brixiae C. Placidius Hermadion et Lucretia Persis filio piissimo l. d. d. d.*“ et ε 4347 (ib.) positus M. Nummio Umbro Primo Senecioni Albino, cos. a. 206. — Brixiensis L. Flavius Aristocrates, homo fortasse fuit libertinus V 4606. qui cur in Quirina fuerit infra [370]) exponam. extranei homines sunt, ut videtur, tribules hi:

Aniensis β V 4478 (Br.) „*C. Sillenus C. f. Serenianus Anniensis*[371]) *omnibus honorib. municipalibus perfunct.* — —“.

---

[367]) in *Eph. ep. Latin.* IV n. 887 (Romae) est legendum „*C. Clesius C. f. Arn. Fortunatus Brix*(*ello*)“, non *Brix*(*ia*).

[368]) trad. F//

[369]) de his hominibus egit Mommsen C. I. L. V p. 339.

[370]) cap. III § 5.

[371]) potest hic de civi Cremonensi cogitari.

Claudiae β V 4373 (Brix.) „*C. Meffio C. f. Cla. Saxoni primo pil. praef. cohort. praef. fabr. pontific. quinquen. cohors Carietum et Veniaesum*“.

δ V 4814 (Brix.)

Oufentinae γ V 4337 (prope Brixiam) „*Sex. Maecio Sex. f. Oufent. Cassiano — — praeceptori*“ (Comensis est an Mediolaniensis?).

Pobliliae γ V 4567 (Casteneduli) „*L. Clodius L. f. Pub. Niger*“, quem Veronensem fuisse suspicari licet.

Quirinae γ V 4272 (Brix.) „*— — Sex. Salvius Sex. f. Quir. Restitutus — —*“.

CONCORDIA CLAVDIA

C. I. L. V p. 178. — Concordia. — ‚aetate liberae rei publicae non videtur rem publicam habuisse, sed vici loco fuisse‘. erat colonia Julia ‚probabiliter... deducta, antequam Caesar Aug. fieret a. u. c. 727‘ Mommsen l. c. in tribu eadem fuit qua vicinia, Claudiam dico, unde non efficitur eam iam Caesaris dictatoris aetate rem publicam habuisse. Claudiae tribus primi sunt testes V 1950 et 1882 (ter), ubi desunt cognomina, et 1878 anno 772/19 vetustior.

α VI 1622 „*— — C. Laelio C. f. Clau. Exorato domo Julia Concordia equo publico — — C. Laelius C. f. Clau. Strigo — —*“. 2675 „*— — C. Cas[s]icio C. f. Tertio Claudiae Concordiae mil. coh. VIII pr. γ Celeris — —*“. hoc loco non abs re videtur Caliorum fratrum, qui commemorantur in titulo Aquileiensi V 977 = 8666[372]), mentionem facere, quos Cremonae natos postea in civium Concordiensium tribum et honores receptos esso veri simillimum est.

β V 1892 (Portogruari) „*P. Minnius P. f. Cla. Salvius primip., decur. grat., ornam. IIviralibus — —*“. 1895 (Concord.) „*— — P. Terenti L. f. Cla. aed., II. viri — —*“. 8667 (Conc.) „*Q. Dec. Q. f. Cl. Mett. Sabiniano eq. public., Laur. Lav., q̄., aed., IIvir. iter., patr. coll. fab. et cent., praef. coll. fab., curat. r. p. Polens., ordo Polens(is) — —*“. 8669 (Conc.) „*T. Valerius. T. f. Cla. Romulus IIIIIIvir — —*“. accedit V 1883 (Portogruari) „*C. Aquillius C. f. Cla. Melo ex decuria armamentaria quinquevir bis — —*“.

γ V 1920. 1921. 1924. 1950.

δ V 1882 (ter).

ε V 1875 ∼ 1877 ≅ 1860 (post a. 166). 1878 (ante a. 19, quo Trebellius, Tacito[373]) teste praetura iam functus erat). 8659.

extraneus est ε [C.] Arrius [.. f. Q]uir. Antoninus, cui V 1874 (= Henzen 6485 cum add.) positus est, ut videtur L. Vero imperatore adhuc vivo.

CREMONA ANIENSI

C. I. L. V p. 413. — Cremona. — a. 536/218 colonia Latina facta, a. 564/190 aucta est, 664/90 in civitatem pervenit, ab Augusto coloniae ius accepit. satis vetusti, quibus tribus commemorantur, tituli sunt hi II 2631. III 6416. V 4109. 8274.

α II 2631 (in Asturum Augustanorum agro) „*M. Volumnius M. f. Anie. Crem. miles leg. X — —*“. III 6416 (Burni) „*P. Fanniu[s] Ani. Cremon. eq. leg. XI — —*“[374]). V 4041 (Aquanigrae) „*M. Cassius M. f. Ani. Capulus Crem., ɔ coh. V praetoriae — —*“.

---

[372]) quem s. v. CREMONA p. 98 perscribam.

[373]) *annal.* II 67.

[374]) de tituli aetate cf. Brambach. *inscr. Rhen.* praef. p. XII, Mommsen. C. I. L. III p. 280.

8274 (Aquileiae) „*M. Cato M. f. Anies. Crem. miles. chor. VI. pr. — —, benefic. tribuni fuit*“. VI 2381[a] (praetor. laterc. a. 153/6) „*L. Sulpicius L. f. An. Super. Cremo., C. Pompeius C. f. An. Pietas Cremo.*“. 2382[a] (praet. lat. a. 172/8) „*T. Minicius T. f. Ann. Paulinus Crem.*“. 3641 = 8086 „*— — Lucio Valerio L. f. Aniesi Fortunato Cremon. mili[ti] coh. XV [v]ol. candido. leg. Valerian. Anatoliae nat. coh. I pr. ϒ Aur.*“ 3884 (urb. coh. laterc. a. 197/8) „*A. Oppius A. f. Ann. Titianus Crem.*“ Eph. ep. IV 887 (praetor. a. 142) „*..Julius L. f. Ani. Lucanus Cremon.*“ Bramb. 948 (Bretzenheim) „*L. Antestius M. f. Ani. Tertius Cremon. mil. leg.*..... cet.“ 1172 (Moguntiaci) „*C. Allius C. f. Anies. Cremona, mil. leg. XIIII gem.*“ (ante Claudium ut videtur positus). VIII 3042 (Lambaesi; titulus evanidus et lectionis omnino dubiae) „*— — T. Att(ius) Ani.* [?? *Cremo]na vet.* — —“. Kellerm. vig. 59 (Romae) „*— — L. Arbustio L. fil. Ann. Valentino Crem., p. p. leg. IIII Fl. fel., evoc. Aug. ex coh. IIII pr., ϒ coh. II vig., ϒ coh. XI urb., ϒ coh. VII pr., ϒ leg. VII ge., ϒ leg. VII genin. p. f.* — —“.

restat ut commemorem VI 2942 „*— — M. Supero M. f.* ARNIESI *Catoni Cremona mil. coh. XIIII urb. ϒ Prisci* — —“ „ubi littera *r* in voce *Arniesi* erasa est; utrum antiqua aetate an nostra non constat“ adn. Henzen et VI 2926 „*— — Tertius Vercobius Surus Arniese Cremona mil. coh. XII. ur. ϒ Rosci* — —“ quod e mero lapicidae errore utrobique profectum, altero loco correctum, altero retentum esse videtur. — accedit V 977 = 8666 (Concordiae) „*L. Calius M. f. Cla. Cremona Na[talis.....] Concordia decurio, quaestor,* [.... *et in] operis publicis in Bithynia fuit; is tes[tamento f. i. sibi et M. Calio M. f.] Cla. Cremona Malliolo fratri; is fo ..... et in operis publicis in Asia et Isau[ria fuit....]*“ quos fratres Mommsen in adnot. ad n. 977 recte, ni fallor, Concordienses origine fuisse suspicatur haec addens: 'sed nati videntur esse Cremonae ibique vitam exegisse et eapropter praeter consuetudinem alteram hanc quasi domum adscripsisse.'

ϒ V 4109 (Crem.) „*Q. Rustius Q. f. Ani.* — —“.

accedit δ V 4191 (Bagnoli) „*C. Lanius C. f. Ani. de leg. X Vener.* — —“.

praeterea prodierunt tribules:

Claudiae ϒ I 1430 = V 4108 (Crem.) „*L. Lucilius Q. f. C. n., qui fuit, Claudia* — —“ et

Falernae δ V 4095 „*C. Julio* [...*f.*] *Fal. Janua[rio] praef. a[lae] Pannoniorum cet.*“

accedit ad Cremonam BETRIACVM C. I. L. V. p. 411 (prope Calvatone) „cuiusnam oppidi fuerit neque auctores enuntiant nec tituli declarant, fuit tamen omnino sub Cremona“ (Mommsen). ex V 4090[b] (Scandolarae) „*L. Lupavius Q. f. Rom.*“ nihil inde ad tribum effici potest.

EMONA CLAVDIa

Mommsen C. I. L. III p. 483. 489. Eph. III p. 233. A. Muellner *Emona, archäologische Studien aus Krain*, Laibaci 1879, 8. — Laibach neutiquam cum Muellnero facio, qui inter Claudias colonias Emonam refert. Mommsen eam 'cum propter simplex Juliae nomen tum propter locorum proximitatem' ab Augusto per bellum Delmaticum a. 720/34 conditam putat. sed fortasse iam antea fuit id oppidum posteaque in coloniae ius et honorem est receptum. certe Emonae ager, cum in Claudia censeretur, quam non ab Augusto profectam putem, inde a Caesaris aetate in civitatem receptus erat. Plinius Emonam inter Italica oppida non diserte commemorat, sed fortasse, cum iam § 128 eius oppidi nomen adtulisset, id quod ei usu venisse constat, postea id in oppidorum indicibus conficiendis omisit. quod autem postea inter Pannoniae oppida Emonam refert, iure suspicionem movet.

α III 3569 (Aquinci) „*C. Val. C. fil. Claud. Secundo Aem*[*o*]*n*(*a*)[374a]) *vet. leg. II adi.* — —". VI 2504 „*C. Poetilius C. f. Cla. Paullus Emona, mil. coh. III pr.* ϒ *Faecen.* — —".

β III 3846 (Laibaci) „*M. Titio M. f. Cl. Ti. Barbio Titiano decurioni Emonae* ϒ *leg. II adiutric. item leg. X. Fretens., hastato in coh. I., leg. II. Traian., ex cornicular. pr. pr.* — —". Eph. ep. II 802 (Igg) „*C. Bassidius C. f. Cl. Secundus aed*[*i*]*l. bis, q. p. p., IIvir. i. d., patr. coll. dendroforo., praefectus et patronus coll. centonariorum II q. q. q.*" — accedit III 3838 (Oberšiška) quem Velinae et Claudiae tribules posuerunt, alter ex Aquileia, alter Emona oriundus „*Herculi Aug. sacr. L. Clodius C. f. Vel. Alpinus, C. Clodius L. f. Cla. Clemens d*(*ecuriones*)."

praeterea ex Emonensibus parietinis prodierunt homines extranei, censi in

Pollia ϒ E. E. II 811 (in eodem titulo Velina accedit).

Velina β III 3838, quem modo dixi.

ϒ III 3857 (libertini filius).

δ III Eph. ep. II 811, quem iam citavi.

FELTRIA MENENia

C. I. L. V. 195. — Feltre.

α VI 2864 (Romae) „*T. Apicius T. f. Men. Secundus Feltris, mil. coh. X urb.* 7 *Rutili* — —".

β V 2069 (Feltre) „*L. Oclatio L. f. Men. Tertio patri et L. Oclatio L. f. Men. Florentino fratri mil. chor. pri*(*mi*) *pr*(*aetoriae*) *defuncto anno*(*rum XXIII*) *L. Oclatius L. f. Men. Rocianus IIIIvir pr. i. d. adl. aera*[*r*]. *v. f.*". 2071 (ibd.) „*C. Firmio C. f. Menen. Rufino eq. pub. Lauren. Lav. dec. flamin. patrono colleqiorum fab. cent. dendr. Feltriae itemq. Beruens. colleg. fabr. Altinatium patrono*".

FLANONA

C. I. L. III p. 389. — Fianona. — de tribu nihil innotuit.

FORETVM

Neque de situ (cf. notam 312) neque de tribu aliquid constat.

FORVM IVLIVM SCAPTia

C. I. L. V p. 163. — Cividale d'Austria sive Patria di Friuli. — „origo oppidi cum plane incerta sit, tamen propter nomen videtur referri posse ad Caesarem sive dictatorem sive filium eius, ut ad viam novam ab se stratam vicum hunc alteruter condiderit." Mommsen l. c. — antiquissimus ut videtur testis tribus V 1779.

β V 1765 (Civid.) „*P. Fabio P. f. Sca. Pudenti IIIIIIvir. et aug. mun.* — —" 1767 (ibd.) „*T. Vettidius T. f. Scapt. Valens IIIIvir. iur. di*[*c*]. *quinq. pont.* — —".

ϒ V 1779 (ibd.; „litteris profundis et bonis" Mommsen) „*T. Suttius L. f. Sca.* — —".

IVLIVM CARNICVM CLAudia

C. I. L. V p. 172. — Zuglio. per aliquod tempus vicus fuit. „coloniam deinde factam esse certe ante mortem imp. Claudii docet titulus n. 1842... errant autem opinor, qui eam referunt inter colonias Julias, id est deductas

---

[374a]) legitur AEM·N; cf. quae Mommsen adnotavit: 'punctum ante N extr. dubium. cogita de AEMoNA; sed in re praesenti quaerens O litteram non inveni neque Aemona scribitur sed Emona vel Hemona'.

ante a. 727 u. c. sive a C. Caesare patre filiove sive a triumviris; neque enim putaverim titulos supra dictos [1829. 1830] magistrorum vicorum ante eum annum scriptos esse. neque vero dicitur colonia Julia Carnicum, sed colonia Julium Carnicum, quod minime idem est. immo crediderim constitutum esse ab imp. Caesare, antequam Augustus appellaretur [vel a Caesare patre], forum Julium Carnicum, ut vici loco esset, postea nomine antiquo retento rem publicam factam coloniae iure impetrato." haec Mommsen. equidem cum adhuc in dubio sit, num a. 705/49 rem p. habuerit Julium Carnicum, hoc caput addere malui, quam omittere. vetustissimus tribus testis V 1840.

α VI 2382ª (praet. laterc. a. 172/8) „*M. Valerius M. f. Cla. Sabinianus* IVLO". *Julo* quod est traditum *Julium Carnicum* indicari coniecit Kellermann vig. n. 103.

β V 1842 (Zugl.) „— — *M. Volumnius M. f. Cla. Urbanus, dec. col. Jul. Kar., IIvir. i. d.* — —" 1838 (cf. 1839, Zugl.) „*C. Baebio P. f. Cla. Attico, IIvir. i.* [*d.*], *primopil. leg. V. Macedonic. cet. civitas Saevatum et Laiancorum* (inter a. 41/54 pos.).

δ V 1840 (Zugl.) „*M. Juventius M. f. Cla. Oclatus vet. coh. VIII praet.*".

ad Aquileiam fortasse revocandus est V 1847 (ibd.) „*M. Baebio M. f. Vel. Urbiniano* — —", ad aliud quoddam oppidum V 8651 (ibd.) titulus pessime corruptus „.....*L. f. Anien.* — — —".

non mihi ab hoc loco abhorrere videtur, de duabus in Claudia censis (?), prope Julium Carnicum positis civitatibus, quarum altera certe numquam rem publicam suam habuit, altera Mommseno rem. p. habuisse videtur sed non in Pliniano indice legitur disserere, dico Laebactium pagum et Glemonam.

GLEMONA CLAudia

C. I. L. V p. 169. — Gemona?

γ V 1816 ('ut videtur Gemonensis') „*L. Celerius L. f. Cla. Fronto* — —".

ε V 1812 (Gem., ante a. 186) „*C. Matio C. f. Collin. Sabinio Sullin. Vatinian. Anicio Maximo Caesulen. Martiali Pisibano Lepido, allect. inter quaest., salio Palatin(o), cet. praetori candidat(o), cos., curat(ori) et patron(o), d(ecreto) d(ecurionum)*", cuius tribus ad oppidum non pertinebat. ac dubitaverim omnino, num litteris '*Collin.*' tribus an potius cognomen significetur, eodem modo per compendium scriptum atque ea quae secuntur nomina: *Sullin., Vatinian., Caesulen.*

Gemonensis autem agri tribum fuisse Claudiam potissimum ex titulis intellegitur repertis AD TRICESIMVM (C. I. L. V p. 167. — Tricesimo, Spilimbergi, Pers, S. Tommasio). — 'tribus Claudia pluries ibi nominata ostendit agrum hunc non Aquileiensium fuisse, sed potius Gemonensium' adn. Mommsen. tribus testes duo vetusti V 1794. 1802.

β V 1806 (Sp.) „.....*us T. f. Cl.....* | ....*bo IIIIIIvir.....*".

γ V 1794 (Tric.) „*L, Trembilicius A. f. Cla.* — —". 1798 (Pers.) „— — *M. Pacilio M. f. Cla. Collino* — —". 1802 (prope S. Tom.) „*T. Veratius T. f. Cla.* — —".

PAGVS LAEBACTIVM CLAVDIA

C. I. L. V p, 191 (Castello Lavazzo).

γ V 8801 (prope Nogarè) „*L. Saufeius L. f. Claud. Clemens.* — —".

LOPSICA

C. I. L. III p. 387. — St. Georgen am Meer? — de tribu nihil constat, sed conicio Claudiam eam fuisse.

MANTVA SABATINA

C. I. L. V p. 406. — Mantua. — antiquissimi V 4060. 4061.

α III 102 (Bostrae) „— — *M. Julii M. f. Sab. Maximi Man[t]ua ϒ leg. III Cyr(enaicae) coh(ortis) V pr(incipes) pos(teriores)* — —". dipl. 54 (= C. I. L. V 4056) anni 248 „*M. Braetio M. f. Justino Sabatin. Mantua*". V 4059 (Mant.) „— — *M. Fabio C. f. Sab. Praesenti sacerdot. Caeninens., equo publ., iudici ex V decur., aug., IIvir. i. d., hic. reip. suae hs. cccc leg.* — — —". VI 2655 „— — *C. Rutilio C. f. Sab. Homuncioni Mantua mil. coh. VII pr. ϒ Valli* — —". Bramb. 1218 (Moguntiaci) „*M. Sulpicius M. f. Sabati. Vales Mantua mil(es) leg. XXII pr(imigeniae)*, quod nomen legio Claudio imp. accepit) — —". VIII 2752 (Lambaesi) „*L. Vespron[ius .. f. Saba]tina Can[didus Man]tua co[s. des., leg. Aug. pr. pr., leg. III. Aug.* — —". 3389 (ibd.) „— — *C. Annius C. f. Sabatina Ursulus Mantua*". 3472 (ibd.) „— — *Q. Bierato M. f. Cordo Sab. Mantua* — —". Eph. ep. IV 887 (laterc. a. 142) lapicidae errore manifesto „*M. Veturius M. f. Fab.* (pro *Sab.*) *Festus Mant(ua)*" scriptum est.

β V 4058 (Mant.) „*Sex. Caecilio Sex. f. Sab. Senecioni IIIIvir bis, ponti ... praef. fabr. .. praef. coh. .. praef. equ ... ala Hispanorum pra ...*". 4060 „*C. Maecilius P. f. Sab. VIvir* — —". 4061 „*M. Messius L. f. Sab. IIIIvir i d.* — —". 4062 „..... *Sab. Rufus IIIIIIvir* — —".

ϒ V 4069 „— — *[Cae]pio M. f. Sab.* ..."

Cremonensis ut videtur est „*L. Sentius C. f. Ani*" cuius titulus V 4079 Mantuae exstat.

NAVPORTVS ?

C. I. L. III p. 183. — Ober-Laibach. — 'hoc quidem certum est, Emona cum Italia contributa multo magis Nauportum ad Italiam pertinuisse ..... haec Nauporti cum Italia contributio ad ipsum Augustum referenda videtur esse' Mommsen l. c.

tituli Nauportini admodum rari sunt succedente quodam modo in eius locum Emona, titulus III 3778 „*Neptuno Aug. sacr. L. Servilius L. f. Vel. Sabinus* — —". Aquileiensium potissimum videtur tribum enuntiare, non Nauportiensium, qui nisi fallor in Claudia erant.

NEDINVM CLAVDia

C. I. L. III p. 371. — Gradino prope Nadin. antiquissimus tribus Claudiae testis anno 767/14 vetustior III 2865.

β III 2867 (apud N.) „*M. Fulvio M. f. C[l].*[375]) *Rufino aedi.*". 2869 (Nedini ponit Venet. Antiq., Jaderae Jucundus) „*Sex. Octavius Cla*[376]) *Constans IIvir., pontif.* — —". 2871 (Nedini vel Jaderae[377]) „*T. Turranius L. f. Claud.*[378]) *Rufus ob honorem aedilitatis* — — —".

ϒ III 2864 (Nedini paullo ante a. 138[379]) „— — *P. Mutilius P. f. Cla.* [*C*]*rispinus*[380]) — —". 2876 (Jaderae tribuit qui servavit hunc titulum Venetus Antiquus

---

[375]) legitur CE.

[376]) Venetus antiquus CLAV exhibet.

[377]) 'in agro Jadestino in villa Camegnane CYRIACA EXEMPLA OPTIMA'..... inter Nedinenses collocatur CYRIACI EXEMPLUM RESTITUTUM. Camegnanam villam se novisse quaerenti mihi negaverunt viri docti Zarenses; ego in re incerta rettuli inter Nadinenses propter tribum" adn. Mommsen.

[378]) trad. GLAVD.

[379]) de tituli aetate propter C. Octavii Javoleni Prisci Icti aetatem certa res est.

[380]) trad. CLARISPINVS.

videtur tamen Mommseno cum propter tribum tum quod Nedinenses complures inter Jadestinas inrepserunt, Nadinensis esse) „*M. Papisius M. f. Cla. Maximus — — M. Papisio M. f. Cla. Nigro, A[e]miliae Volsci f. [Pi]etat[i] parentibus — —*“.

δ III 2865 (prope Ned.; ante a. 14[381])) „*.....ve]ter. [.....] le gion.) VIII, L. Octavio /. f. Cla. Frontin. fratri.*“.

NESACTIVM ?

C. I. L. V p. 2. — Altura et Cavrano?

quod in titulo V 4 („*C. Furius C. f. Arn. Gemellus mil. coh. IIII pr.*“) Arnensis tribulis apparet, nihil ad tribum quaerendam Nesacti, quae mihi alia fuisse debere videtur[382]), facit.

OPITERGIVM PAPiria

C. I. L. V p. 186. — Oderzo, accedit Camino.

α VI 2381[a] (praet. laterc. a 153/6) „— — *C. Hostilius C. f. Pap. Quintianus Opiterc.*“.

β V 1978 (Opit.) in antica legitur „*M. Laetorio M. fil. Pap. Patercliano IIIIviro iur. dic. II allecto aer. ɔalio /// patrono coll.*“

γ V 1971 (Cam.) „*C. Sempronio C. f. Pap. Cassiano — —*“.

Opitergenses origine esse videntur L. Ragonius L. f. Pap. Urinatius Larcius Quintianus qui consul fuit Commodo ut videtur imperante[383]) (cuius tituli exstant tribum eius enuntiantes hi: Opitergii V 1968. [1969], Tarvisii V 2112, Romae VI 1502. 1503) eiusque filius iuvenis L. Ragonius L. f. Pap. Urinatius Tuscenius Quintianus, ad quem pertinent tituli VI 1504. 1505 Romae, V 1970 Opitergii, Aceli V 2089. L. Ragonium hunc postea a. 235 consulatum esse adeptum constat.

titulum V 2012 (Oderzo) „*C. Rubrio C. f. Cla. Capitoni* —“ Concordiensi homini positus esse videtur.

PARENTIVM LEMonia

C. I. L. V p. 35. — Parenzo. ‚*oppidum civium Romanorum* audit Plinio et *colonia Julia* (non *Ulpia*) *Parentium* dicitur in titulo n. 335, ut eodem tempore quo Pola deducta esse videatur.‘ adn. Mommsen l. c.

α VI 2477 (Romae) „— — *L. Taciti L. f. Lem. Dubitati* [*eq.*] *R. e(quo) p(ublico) — — L. Tacitius L. f. Lem. Secundus Parentio γ coh. II pr. et Tacitia Hygia parentes filio — —*“.

β V 335 (Par.) „*L. Cantio L. f. Lem. Septimino, eq. publ., flam., patron. colon. Jul. Parent(ii), curial(i) veter(i) Par(enti), omnib(us) honorib(us) municipal(ibus) functo, praef(ecto) et patr(ono) coll(egii) fab(rum) — —*“.

extraneus, Aquileia fortasse oriundus, videtur tribulis Velinae β V 337 (Par.) „— — *Sex. Fulcinio Sex. f. Vel. Vero dec. Parent(i) — —*“, Opitergensis est fortasse V 331 (Par.) „*C. Praecellio G. fili(o) Pap. Augurino Vettio Festo Crispiniano Vibio Vero Cassiano c. i., triumviro capitali, trib. leg. VII gaem., patrono splendidissimae col. Aquil(eiae) et Parentinorum, Opiterginor(um), Hemonens(ium) — —*“.

---

[381]) leg. VIII Augusta enim iam antequam Augustus diem obiit Illyrici legato parero desierat, cf. Mommsen. C. I. L. III p. 280.

[382]) Arnensis enim est ex iis tribubus, quas bello Marsico composito sociis in fidelibus datas ideoque a Caesare patre neglectas esse supra p. 72. 88 dixi.

[383]) cf. Borghesi *oeuvres* III 441.

PATAVIVM FABia

C. I. L. V p. 267 sq., ubi de Patavini agri finibus vide. — Padova. — antiquiores multi tituli Br. 268. V 2838. 2851. 2878. 2902. 2915. 2971. 2979. 2980. 3049.

α VI 3884 (laterc. urb. coh. a. 197/8) „*M. Antonius M. f. Fab. Valens Pata(vio)*“. Eph. ep. II 905 (Carnunti) „*C. Aemilius C. f. Fab. Pata(vio) lixa*“. Bramb. 268 (Novesii; ante Claudium ut videtur) „*M. Sulpicius M. f. Fab. Pat., mil. leg. XX — —*“.

β V 2828 (Pad.) „*M.' Allienus M.' f. Fab. Crassus Caesonius, tr. mil., praef. fabr., IIIIvir.*“ 2829 (paullo antequam Vespasianus regnare coepit) „*C. Asconio C. f. Fab. Sardo IIIIvir. i. d., praef. fabr. — —*“ (cf. 2824, Padov., „[? *C. Asconio*] *C. f. Fab. Sa*[*r*]*do P. Cesti*[*o Um*]*brio Dextro duumviro* [*proco*]*s. provincia*[*e....*]). affinis Asconii Sardi positus est V 2822 (a. 96/8) „*T. Mustio C. f. Fab. Hostilio Fabricio Medullae Augurino allecto inter tribunicios ab* [*i*]*mp. Nerva Caesare August. praet.* [*.....c*]*ur. aer. pontifici — —*“. 2844 (Pat.) „*— — L. Aelius L. f. Fab. Macer VIvir — —*“. 2848 (ib.) „*...As*]*coni Q. f. Fab. Labeonis pontificis — —*“. 2849 (ib.) „*C. Avilli... | Fab.... | Vindici... | praef. i. d.... | — —*“. 2851 „*Q. Braetius M.' f. Fab., salius — —*“. 2873 „*C. Terentio C. f. Fab. Castroniano IIIIvir i. d. — —*“. 2878 „*.... f. Fab. IIIIvir* [*in vias et pont*]*es in IIIIvi*[*ratu... de*]*dit — —*“. 2973 „*....F*]*ab. Largus* [*IIIIv*]*ir.*

γ V 2787. 2902. 2915. 2941. 2971. 2979. 2980. 3016. 3037. 3049. 3057. 3061 (?, lin. 7).

δ V 2838 „*.....Fab. veteranus leg. XX — —*“.

libertus ut videtur, V 2850 „*T. Aurel. Pal. Florentin. dec. et quaestor. coll. fabr. .....*“ quod in Palatina erat, non offendit.

Romuliae testes hi Patavi reperti ad Ateste referendi sunt

β V 2860 „*P. Flavius Q. f. Rom. Stabilis adlectus decur. — —*“.

γ V 2889.

δ V 2832. 2839 (leg. XI, Actiacus).

Pobliliae ad Veronam pertinentis V 3028. 3055.

restat ut commemorem:

Terentinam V 2819 cos. a. 66 vel a. 72 M. Arrunti Aquilae.

Sergiam in vetusto titulo V 2866.

POLA CAMILia?

C. I. L. V p. 3. — Pola. — urbs vetusta et celebris ab imperatore Caesare, antequam Augusti nomen recepit, aut a triumviris colonia facta est. ‚de tribu non satis constat...mira in tanto numero titulorum tribus raritate. mirum item est nec fortasse factum, quod titulus nullus quod sciam, superest militis origine Polensis‘ haec Mommsen l. c.

Camiliae testis unus, quem potissimum audiendum esse puto β V 51 (Pol.) „*— — P. Aeli P. f. Camil. Octavi aed., IIvir. i. d. Pol.*“.

Velinae tribules fortasse ad Aquileiam omnes pertinent:

β V n. 52 not. (ibd.) „*an. fustius ho | vel gallus //s | +vir. quinq. polae*“ quem titulum eundem fortasse esse ac V 52 coniecit Mommsen (ibd.) „*L. Aufust*[*ius L. f. Vel.*] *Gallus* [*IIvir*] *quinq.* [*Polae*] — —“ ut ex illo hoc apographum suppleri possit. 47 „*L. Menacius L. f. Vel. Priscus equo pub., praef. fabrum, aed., IIvir, IIvir. quinq., trib. mil., flamen Augustor., patron. colon. — —*“. 58 „*Q. Petillio C. f. Velin*[*a*] *Crispo decurioni — —*“. 60 CN·I/ᵓRO CN *f.* VEL SECunDIN., *IIvir.*, [*II*]*vir.* q̄q̄., *patro*[*no e*]*t praef. coll.* [*fabr*]*or. Pol., cura*[*tor*]*i reip. Fla*[*nati*]*um — —*“.

ϵ V 35 (Claudii aetate) „*Sex. Palpellio P. f. Vel. Histro, leg. Ti. Claudii Caesaris Aug. procos., pr., tr. pl., Xvir. stl. iudic., tr. mil. leg. XIIII geminae, comiti Ti. Caesaris Aug., dato ab Divo Aug.* — —“.

Pupiniae debilis testis est V 234 „.... *Pup. Statio Stipia mater f.*“ [num est *Pup(o)*?].

Galeriam, quam II 2149* titulus „Loperae in Hispania“ repertus praebet, non ad Polam pertinere credo. titulus sic se habet: „.....*nicio L. f. L. n. L. pron. Gal Mentoni Man.... aed., IIvir. i. d., praefecto, IIvir. Polesi, praef. fab., pontuf. Aug.* — —“; in *Polesi* Polam Histriae latere et titulum fortasse male collocatum esse Hübner[384]), quamvis dubitans coniecit. quae equidem negaverim et quod Galeria a Caesaris consiliis de re tribuaria, si quid video[385]), aliena est et quod haec tribus Hispaniae oppidis convenit; sed Histricus ac Polensis origine (nisi Polesis gens quaedam est Hispanica) domicilium cum tribu mutare potuit Mento.

TARVISIVM CLAudia

C. I. L. V p. 201. — Treviso.

α VI 2381* (laterc. praetor. a. 153/6) „*C. Titenius C. f. Cl. Secundus Tarvis.*“ et „*M. Calvicius M. f. Cl. Fortunatus Tarv.*“.

γ V 2110 (Trev.) „— — *P. Cassius Q.* [*f.*] *Cla. Longinus*“.

TERGESTE PVPinia

C. I. L. V p. 53. — Trieste. ‘...ager quatenus patuerit ignoratur, nis quod probabile est flumen Formionem sive Risanum...simul finem constituisse perticae coloniae Tergestinorum. sed praeterea ab....Augusto ei rei publicae novimus attributos esse Carnos et Catalos...Carni Catalique a Pio non civitatem Romanam acceperunt sed Latinitatem... potuissemus igitur Tergestina latius proferre‘. haec Mommsen. aetate fere Mariana Tergeste vicus, Straboni est modo vicus modo castellum ‚quem tamen hic Artemidorum secutum esse non sine causa suspicere‘ (Mommsen l. c.). mihi iam ideo Caesaris dictatoris aetate suam rem p. habuisse videtur, quod unam tribum seorsim recepit. Augustus a. 721/33 coloniam id oppidum videtur fecisse. testes primi V 483. 549. 609. 7164 (in his omnibus desunt cognomina).

α VI 2380 (praetor. laterc. a. 149/153) „*T. Julius L. f. Pup. Sabinus Terg.*“. 2541 „*L. Messius L. f. Pup. Potens Tergeste mil. coh. IIII pr.* [ɔ] *Genialis* — —“. 2755 „*L. Tros*[*i*]*us L. f. Pup. Maximus Tergeste ϒ coh. XI urb. militavit ϒ coh. II vig. evoc. Aug. a quaestion pr. pr. speculator Aug. in coh. X pr.* — —“.

β V 549 (Terg.) „*L. Apisius T. f. Pup. IIvir.* — —“. 550 (ibd.) „*L. Appule*[*io*] *L. fil. P*[*up.*] *Taurin*[*o*] *decur*[*ioni*] *aedi*[*li*].....“ 554 (ibd.) „*C. Getacio Pup. Severiano aed. IIvir. iur. d. Tergeste* — —“. 1764 (Fori Julii) „*Q. Caedius P. f. Pup. sexvir Tergeste* — —“.

γ V 561. 609 bis. 643; accedunt 483 (Isolae rep.) 487 et 499 (Capodistriae rep.).

δ V 522. 536. 538 (sed tradidit Scussa, qui servavit, PVB, ‘ut solet Scussa sic PVP sibi non intellectum corrumpere’ adn. Mommsen) 539.

ϵ V 534 ≅ 535 (a. 98/102). 532 (a. 138/161).

alii tribules prodierunt

Maeciae ϵ V 533 (ante a. 57).

---

[384]) C. I. L. II 753.

[385]) cf. supra cap. III §. 2 p. 88.

Pomptinae ε V 531 titulus C. Calpetani Rantii Quirinalis Valerii P. f. Pomp. Festi, cos. a. 71, cuius titulos alios novem magna ex parte repertos in Hispania Mommsen ad h. l. enarrat.

Romuliae γ V 479 (bis, sine cognom.; num Atestini sunt?). addo titulos in media Histria repertos, qui cuinam oppido attribuendi sint, non liquet:

Pedenae rep, γ V 322 „*L. Vibius L. f. Pup. Canalius* — —“.

Villanuovae rep., γ V 413 „.....*C]alpurnius* ..... *f. Pup.* — —“.

accedit NEAPOLIS PVPinia

C. I. L. V p. 39. — Cittanuova. — Neapolim geographus Ravennas qui dicitur solus memorat. ‘ego ne hoc quidem definio utrum Neapolis haec Romana aetate suam rem publicam habuerit an Tergestinorum territorium eo usque pervenerit; tribus certe Tergestinorum Pupinia iam in hisce partibus videtur regnare cum infra Quietum fluvium raro reperiatur et alia quoque municipalia’. haec Mommsen. cum non legatur in Pliniano indice, Tergestinis adicere malui Neapolim. Pupiniae tribus testes satis vetusti omnes sunt tituli, quos iam exhibeo.

β V 377 (Cittan.) „*M.' Plotius M.' f. Pup. aed. potestate* — —“. 378 (ibd.) „*P. Valerio P. f. Pup. IIIIIIvir.* — — *P. Valerio P. f. Pup. Tironi filio* — —“.

γ V 381 (ibd.) „C·CLEPIVS·T·F·PUP·SENECIO — —“. 384 (ibd.) „*C. Plotius M.' f. Pup.* — —“.

TOGIVM

Quod supra[386]) idem fortasse esse dixi quod Vegiam, de quo cf. C. I. L. p. III. 387. de tribu nihil innotuit.

TRIDENTVM PAPiria

C. I L. V p. 530 sq. — Trento.

β V 5036 (Trid.) „*C. Valerio C. f. Pap. Mariano honores omnes adepto Trident., flamini Rom. et Aug., praef. quinq., augur., adlecto annon. leg. III Italic., sodali sacror. Tusculanor., iudici selecto decur. trib., decurioni Brixiae, curatori reip. Mant., equo publ., praef. fabr., patrono colon(i) publice*“. accedit 5034 (ibd.) „....*pl]ebs et col[legi*..... .. | ....*Magurio*..:.. | .....*Pap. Juc*.....“

accedunt ANAVNI. C. I. L. V p. 537. — Val di Non. — ‘Anaunos eiusdemque condicionis populos alios ad a. usque 46 Latini iuris magis fuisse quam cives Romanos, eo autem anno civitatem iis confirmatam esse ab imp. Claudio edictum (n. 5059) patefecit’. haec Mommsen.

ad Tridentum eos pertinuisse ex eodem edicto apparet. eapropter etiam in tribu Tridentinorum fuisse videntur, si quidem ex δ V 5071 (Revò) „*L. Scantius Pap. Crescens veteranus speculator praet.* ϒ *Justi* — —“ id licet colligere.

VARVARI

nec de situ nec de tribu certi quidquam constat, cf. adn. 310.

VERONA POBLILIA

C. I. L. V p. 327 sq. — Verona. — coloniae Latinae ius lege Pompeia a. 665/89 adepta est. postea c. R. municipium erat. titulos aliquot vetustiores cf. III 5220, V 911. 3951 (?) Bramb. 1191, al.

---

[386]) cf. p. 85 not. 318.

α III 2937 = Eph. eph. IV 371 (Jaderae) „*C. Modius C. f. Pub. Primus Verona — —*“. 5220 (Celeiae) „*L. Braetius L. f. Publ. Veron. vet. leg. VIII Aug. — —*“. V 95 Polae) „*— — M. Postumi L. f. Pub. Postumi Veronensis — —*“. 911 (Aquileiae) „*C. Fabius C. f. Publil. Verona miles leg. VIIII Hisp. — —*“. 3249 (Veronae) „*— — C. Gavius C. f. Pob. Valerianus eq. p. pagan. Verat. — —*“. 3341 (Colognolae) „*... Ael. ... Pub. Naso*[*ni*] *IIIIvir. viar. cur., flam. Aug., primo Veron. creato plebs univer.*“. 3951 (in Arusnatium finibus) „*..... L. f. Pob. Vero.* (nisi potius *Verus* cognomen est) *— —*“. VI 2452 „*— — Q. Visius Q. f. Publil. Maximus Veron. mil. coh. I pr. ϒ Prudentis*“. 2474 „*L. Sempronius C. f. Publ. Severus domo Verona m. cho. II. pr. ɔ L. Alfi Verecundi — —*“. 2580 „*L. Lucilius L. f. Pub. Rufus Verona mil. coh. V pr. — —*“. 2567 „*M. Sentius M. f. Pob. Firmus Verona coh. VII pr. — —*“. 2765 „*L. Tenatius L. f. Pub. Valens domo Verona eques coh. XI pr.*“. 2766 „*M. Apicius M. f. Pub. Pudens Verona mil. coh. XII pr.*“. 2938 „*Sex. Naevio L. f. Pub. Verecundo sign. coh. XIIII, nato* Veronae; *ossa relata domum, cinis hic adoperta quiescit — —*“. 3884 (a. 197/8 urb. coh. laterc.) „*T. Antonius T. f. Publ. Profuturus Veron.*“ IX 4685 (Reate) „*C. Octavio P. f. Pastori Publ. Vero*[*n*]*a, sig. leg. VIIII, deductus Reate ab divo Aug.* [*Vesp.*] *— —*“. Bramb. 233 (Asciburgii) „*L. Vettius M. f. Publilia Firmaru*[*s*] *Verona vetera*[*nus*] *leg. VI vic. p. f. — —*“ (quae legio inde a Vespasiani usque ad Hadriani aetatem in Germania tetendit). 1186 (Moguntiaci, Claudii fere aetate vel post) „*Q. Pompeius Q. f. Pub. Severus Ver. mil. leg. XIIII g. M. v.*“. 1191 (ibd.) „*M. Valerius L. f. Pub. Ver., mil. leg. XIIII gem. — —*“ (ante Claudium ut videtur). Kellerm. vig. n. 103 = VI 2382[a] (praet. a. 172 bis 178; Romae) „*C. Vennacius C. f. Pub. Tertius Veron.*“ Fabr. 137, 125 (Pisauri) „*Q. Seienus Quincti*[*an*]*us Q. f. Publi*[*l*]*iae*[387]) *Veronae, miles coh. VII praetor. ϒ Fructi — —*“.

quod Dominius Giorgi in titulo urbano VI 3892 se legisse dicit „*— — Q. Millonio Pollia Marcellino Verona* [*...c*]*ho. V. pr.....*“, fortasse in lapide erat POLLIA vel PO/LLIA. etiam in titulo Perusino Orelli 4439 cum add. Henzeni III p. 478 = Vermiglioli iscr. di Perugia p. 498 n. 100 legendum videtur D·M· | P·MAGIO | VER·OVE | L·MAGIV·D (vel B) | VERONA | P·MACIVS· | IVSTVS·F | EI·PVPAL | BMFC. III 4188 (Savariae) „*L. Licinius L. f. Clau. Lepid. natus dom*[*o*] *Verona ve*[*t.*] *leg.* //II....“, ubi Mommsen haec adscripsit 'Claudia tribus in homine Veronensi quomodo explicanda sit ignoro nisi quadratarius male dedit Veronam pro Viruno'. mihi potius is videtur fuisse homo Veronensis postea in Savariensium coloniam et tribum receptus.

β V 3334[388]). 3388. 3397. 3401. 3408. 3412. 3420. 3422 (ut videtur Veronensis lapis). 3432 (bis). — decurionis Veronensis filium habes V 3403.

ϒ V 3407. 3484. 3502. 3523. 3538. 3552. 3562. 3570. 3575. 3597. 3600. 3618[389]). 3645. 3662. 3697. 3711. 3720. 3734. 3735. 3743. 3747. 3757. 3783. 3785. 3797. 3805 3807. accedunt ex agro inter Mantuam et Veronam ϒ V 4050 (Carpenedoli) et 4052 (Mentecchiani).

δ V 3355. 3358. 3360. 3361. 3371. 3374. 3375.

ϵ V 3335. 3336. 3340 (Claudii aetate) 3342 consulis a 201 ∼ 3343.

hominum libertinae condicionis, qui in tribubus erant, innotuerunt hi:

β V 3415 (Valezo) „*Q. Octavio Q. l. Pob*(*lilia*) *Primo, VIvir. aug., sac. iuven. — —*“. 3398 (Ver.) „*L. Fecinius L. l. Pal*(*atina*) *Dasius sex vir. — —*“.

ϒ V 3625 (Ver.) „*M. Gavius M. l. Col*(*lina*) *Hilarus — —*“. Ti. Claudium Tib. f. Augustanum eiusque filium Ti. Claudium Ti. f. Alpinum, qui a Bellicio Sollerte

---

[387]) QVINCTIANIVS et PVBLICIAE traduntur.

[388]) cf. Mommseni adnotationem ad h. l.

[389]) nisi potius feminae cuiusdam id est cognomen GABVR
A·L·F·PO

adoptatus postea (a. 105) fasces gessit, quod in Quirina censebantur (V 3337 patris 3356 filii) a Claudio civitate donatos putabimus.
restat ut commemorem tribules

Corneliae V 3640.

Romuliae V 3569. 8846. 8862 (bis).

In Veronensium pertica praeterea erant

ARILICA POBlilia

C. I. L. V p. 400. — Peschiera.

tribus eadem quae Veronensium, V 4015 (Pesch.) „*G. Petroni C. f. Pob. Marcellini inter primos colle[g]iato in collegio navicularіorum Arelicensium — —*“.

ARVSNATIVM PAGVS POBLIlia

C. I. L. V p. 390- — Fumane in Valle Policella.

γ V 3907? (ad Manerbe).

ε (vel β?) V 3937 (Ingannapoltri) *leg(ati)* cuiusdam.

extraneus est ut videtur Voltiniensis δ V 3936 (post a. 48, quo anno Claudius censuram egit).

VICETIA MENenia

C. I. L. V p. 306. — Vicenza. de agri finibus cf. Mommsenum l. c. p. 240. 268. 306. antiquiores tituli V 3179. 3186. 3207. VII 155.

α V 2806 (Patavi) „— — ... *Vale]rius Men.* [*Op]tatus Vice(tia)* [*perpet]uus* (?) *sacerd(os)* [*Isid]is Aug(ustae) pas(tophorus)*. VII 155 (Viroconii) „*M. Petronius L. f. Men. Vic(etinus)* — — *mil. leg. XIIII gem.* (ante Neronis tempora ut videtur) — —“. X 4832 = IN. 4324 (Rufris) „*M. Ennius M.' f. Men. Vicetinus scr. aed. curulium armamentarius decuria., q., decurio Vicetiae, dec. colonia Saturnia, aedilis colonia Julia Felili Classica Suessa* — —“.

β V 3122 (Vic.) „— — *Q. Julius Q. fil. Men. Catullus IIIIvir, missus honesta missione ex coh. VI pr.* — — —“. 3135 (Montecchii) „....*H[ostilio* [... *M]en. Seve-* [...., *III]Ivir i. d.* — —“.

γ V 3161. 3163. 3179. 3186. 3189. 3194. 3195. 3206. 3207. 3212.

δ V 3123.

praeterea invenitur

Collina γ V 3205.

Scaptia γ V 3101.

in calce huius commentarioli de regionis decimae tribubus titulum in portu Liquentiae (cf. C. I. L. V p. 185 — Caorle) repertum V 1959 „.....*naevius* | .....*t. f. publ.*..... | ....*fron*.....“ qui quid sibi velit, mihi non liquet, apponam.

Regio undecima Italiae.

AVGVSTA PRAETORIA SERGia

C. I. L. V p. 756 sq. — Aosta. coloniam deduxit a. 729/25 Augustus in agro Salassorum, qui tum pacati sunt; cf. Strab. IV 6, 7. Dio. LIII 25. Plin. XVII 123. Ptol. III 1, 34. tribus igitur non a Caesare dictatore sed ab Augusto demum profecta est. titulus Eph. ep. IV 349 certe ante a. 42 exaratus est.

α Eph. ep. IV 349 (Delminii) „*Q. Murius Q. f. Ser. Au[g(usta)], mil. le[g. VII]* — —“.

β V 6838 (S. Christophe prope Augustam) „*L. Baebatio L. f. Serg. Fortunato aedi*[*li*] — —".

AVGVSTA TAVRINORVM STELLATINA

C. I. L. V p. 779 sq. — Torino. deducta est in agro (fori agro Vibii Caburri credo), quem quin Caesaris aetate non in civitatem recepti sit, nihil impedire videtur, colonia Julia Augusta Taurinorum. vetustissimi tribus testes sunt V 7013. 7022. 7027. 7161. Bramb. 1173. 1181. 1184, omnes Claudii aetate antiquiores.

α III 3565 (Aquinci) „*P. Tarrutenio Stel. Proculo Taurinis evocato leg. II ad.* — —". VI 2421 (Romae) „*T. Antistius Sabinus Stel. Aug. Taurin., mil. an. X, coh. I pr. ⁊ Romuli*". 2630 „*C. Aponius C. f. Stel. ..... Taurin. mil. coh. VII. p*[*r. ɔ*] *Pomponiani* — —". IX 4688 (Reate) „— — *C. Valeri C. f. Stell. Caratini Aug. Taurinor mil. coh. VI pr. ⁊ Egati* — —". Bramb. 99 (Noviomagi) „*L. Cassius L. f. Stell. Clemens Taurus*[390]) *mil. leg. X gem.* — —" (inde a Vespasiani usque ad Traiani aetatem). 480 (Bonnae inter a. 43 / 69 pos.) „*L. Piperacius L. f. Stell. Optatus domo Taurinus mil. leg. XV prim.* — —". 1156 (Moguntiaci inter annos fere 41/70) „*T. Clodius T. f. Ste. Optatus Aug. Taur. mil. leg. IIII Mac.*". 1163 (ib., eiusdem aetatis) „*G. Minicius G. f. Stelatina Asper Augusta Taurinoru. mil. leg. IIII. Mac.* — —". 1173 „*M. Braetius M.* [omisso *f*(*ilius*)] *Stel. Taur. mil. leg. XIIII cem.* — —" et 1181 „*Secundus Metilius M. f. Stl. Tau., mil. leg. XIV gem.* — —" et 1184 „*L. Naevius P. f. Stel. Tauri., mil. leg. XIIII gem.* — —", qui Moguntiaci ante a. 43 positi sunt. Orelli 2179 (ad XIII ab Urbe, prope Flaminiam) „*T. Vennonio T. f. Stell. Aebutiano, patrono et municipi col. Aug. Taur.* (quod recte pro LAVR tradito emendatum est, cf. Grotefend. imp. Rom. trib. descr. p. 36, not. 8), *eq. R. eq. p., iud. ex V dec. selecto, cur. r. p. Alb. Pompeianorum, L*(*aurenti*) *L*(*avinati*), *pon'if*(*ici*) *eiusde*(*m*) *sacerd*(*otii*) — —". Kellerm. vig. 124 = VI 211 (Romae) „*M. Autius M. f. Stel. Agricola Taurinus, missus honesta missione Flacco et Gallo cos.* — —" (a. 174). quod Amati in urbana inscriptione VI 2918 P·IVNNONI·C‴ | P·F·ANNIES‴ | NVNDIINC‴ | AVG·TAVRINIS MIL·IN·COH·XII· | VRB·⁊·FLACCI cet. legit, recte Henzen l. c. de titulo hoc passim corrupto „non recte, inquit, procedit, cum Taurinos constet ad Stellatinam pertinuisse". — Augustis Taurinis, ut videtur, oriundus est Q. Glitius P. f. Stel. Atilius Agricola, cos. II, cui V 6974 Nerva vivo, V 6977. 6979. 6981. 6982. 6983[391]) post a. 103 positi sunt lapides ~ V 6969 (p. C. 49) „...*Glitii T. f. Stel. Barbari primipilaris* cet".

β V 7007 „*C. Valerio C. f. Stel. Clementi primipilari IIvir. quinquennali flamini Divi Aug. perpetuo patrono coloniae, decuriones alae Gaetulorum, quibus praefuit bello Judaico sub Divo Vespasiano Aug. patre*". 7013 „*C. Aebutio Rufi f. Stel. patri* — — *C. Aebutio C. f. Stel. Peregrino fratri, aug.* — — *M. Aebutius C. f. Ste. Clemens*". 7021 „*P. Cordio .. fil. Stell. Vettiano eq. p. flamini divi Vespasiani pontifici iudici selecto ex V decur. dec.* — — —". 7022 (ante Caligulam) „*P. Cornelio L. f Stel. decurioni a. p., iudici dec. IV* — —". 7023 (Alpignani) „— — *P. Aebutio M f. Stel. Clavario aug.* — —". 7027 „*T. Cusio Rufi f. Ste. VIvir. augustali* — —". 7030 „*M. Gavio C. f. Stel. Gallo VIvir aug.* .....". 7031 ubi Pingonius habet: „*L. Gosinio L. f. St Hilarius Aug. vestia.*". 7036 „*L. Valeri..* | *Firmi f. St.* .. | *Firminu..* | *VIvir.*

---

[390]) adn. Janssen. 'TAVRVS.... moest zijn TAVRINVS [erat in lapide fortasse TAVRNS = *Taurinis*] omdat men dit woord mijns oordeels hier niet als tweeden bijnaam mag opvatten, en darbij ook niet aan de Tauri (Scythen) of aan den mons Taurus mag denken, maar alleen aan de Taurini in Gallia Cisalpina'.

[391]) eos tantum titulos consuli illi positos adtuli, in quibus tribus commemoratur.

aug... | — —". 7037 „*M. Vennonio M. f. Stel. ...cundo dec. I[I]vir a. p., iudici* [*ex*] *V decuris, equi*[*i*] *Romano, equo* [*p*]*ublico* — —", qui omnes Taurinis reperti sunt.

γ V 7032. 7072. 7082. 7123.

δ V 7004. 7006. 7161.

ε V 7003 anni p. C. 65 vel antea.

accedit homo libertinae condicionis, Palatinae tribulis β V 7024 „— — *C. Crruncanius C. l. Pal. Hilarus Vlvir.*".

Polliae tribulium, quos advecticios fuisse probabile est, ad Industriam pertinere videntur tituli hi: β V 7158. γ V 7164. 7197. 7198. δ V 7157. 7159.

Poblíliae item ad Albingaunum γ V 7192 (bis). 7194 (bis).

Camiliae item ad Albam Pompeiam β V 7166 (bis). 7170. γ V 7108. 7118. 7167. 7195 (bis).

Quirinae ad Alpes Cottias δ V 7163.

BERGOMVM VOTuria

C. I. L. V p. 548 sq. ubi de agri suburbani finibus vide. — Bergamo. — testes vetustiores V 5100. 5132. 5154.

α V 5128 (B.) „*P. Mario Vot. Luperciano eq. R. eq. pub., omn. honor. municipal. adept., iudici de select., sacerd. Caeninen., coll. fabr. cent. dend. m*(*unicipii*) *B*(*ergomensis*), *patron., cuius eximia liberalitas post multas largitiones hucusque enituit, ut lucar Libitinae redemptum a re p. sua universis civibus suis in perpetuum remitteret* — —".

β V 5126 (Bergomi) „*C. Cornelio C. f. Vot. Miniciano praef. coh. prim. Damasc.* — — — *IIIIviro i. d. pontifici flamini divi Claudii Bergomi, patrono flamini divi Traiani Mediolani plebs urban.*". 5130 (ibd.). „....*antio Sex. f. Vot. Alponi* — —, ...*io M. f. Vot. Macro pontifici*, ...*M. f. Vot. Montano IIIIIIvir., IIIIvir.*". 5132 (ib.) „— — *L. Blandius C. f. Vot. IIIIIIvir et augustalis et flaminalis* — —". 5138 (ib.) „....*M. Maesio M. f. Vot. Maximo praef. fabr., IIIIvir. i. d., q., patrono* — —".

γ V 5154 (ib.) „*C. Cornelius C. f. Vot. Calvos*, — — *L. Cornelio C. f. Vot.* — —". 5156 „...*Domitio L. f. Vot. Montano*". 5158 „*L. Jegio C. f. Vot. Annio*". 5164 „*L. Mestrio M. f. Vot. Lucustae*". 5175 (ut videtur Berg. rep.) „*M. Statio L. f. Vot.* ...". — accedunt tituli tres Clusone reperti γ 5197 „— — *M. Mamilio Sp. f. Vot. Firmo* — —", 5198 „*M. Minicius....Vot. Madiac.* — —".

δ V 5196 „*P. Marcio P. f. Vot. Pr*[*o*]*bo ...baudii ...armorum custodi* — —", atque unus inter Gorlagum et Cicolam rep. V 5100 „*C. Gemino Virae f. Vot. IIIIIIvir. veterano* — —".

quod β V 5101 (Calcinati prope Berg. rep.) Quirina enuntiatur „*L. Claudio L. f. Quir. Octaviano, IIvir. i. d.* — —" in homine inter Claudios recepto, neminem offendet.

Como vel Mediolanio ortus fuisse videtur homo, cui positus est lapis β V 5131 (in Berg. museo, orig. incert.) „*Q. Atilio Q. f. Ouf. Crispo, VIvir*, — — *IIIIvir. i. d.*".

Cremonenses vel Vercellenses sunt γ V 5136 „*L. Cluvienus L. f. Ani. Cilo* — —" et 5162 „*T. Matienus L. f. Ani.* —.—".

COMVM OVFentina

C. I. L. V p. 565. — Como. 'rem municipalem [et tribuariam!] Comensium difficile est satis separare a Mediolaniensi, ut praeter titulos oppidi nomen enuntiantes solis in ipsa urbe eruderatis recte insistas; ....cum Comensibus urbanis non contribui nisi repertos in locis proximis...' haec Mommsen. — de condicione huius oppidi intra annos 695/59 et 705/49 iam supra dixi[392]).

---

[392]) cap. III §. 1, p. 80.

α V 5262 et 5263 C. Plinii L. f. Ouf. Caecili Secundi cos., quem Como oriundum esse satis constat[393]) VI 2717 „— — *L. Octavio L. f. Ouf. Paterno Como, mil. coh. VIIII p. γ Montani*". 3884 (urb. coh. a. 197/8) „*C. Atilius C. f. Ofent. Maximus Com(o)*.

β V 5257 (Bernate) „— — *L. Ru[s]ticelius Ouf. Secundus, VIvir augustalis, decurio Comi* — —". 5275 „— — *L. Alfi L. f. Ouf. Marcellini, VIvir. aug., patron. collegi dendrophoror. Comens.* — —". 5278 „*P. Atili P. f. Ouf. Septiciani, grammat. Latini, cui ord. Comens. ornamenta decur. decrevit, qui universam substantiam suam ad rem publ. pertinere voluit*". 5294 „— — *M. Mansuetius M. fil. Ouf. Crescens, harisp., VIvir, IIIIvir. a. p., IIIIvir. i. d. Como* — —" cuius filius in V 5600 dici videtur (Gornate rep.) „*M. Mansueti M. f. Ouf. Crescentiani Mascli Iustini [sex] vi[ri] gra[tui]i Com(i)* — —".

V 5289 (Montefano) „*P. Horatio L. f. Ouf. Floro IIIIvir. a. p., IIIIvir. i. d.* — —". 5290 (Comi) „*P. Julius Maximus Ouf. VIvir.* — —". 5292 (Comi) „— — *L. Lutevio L. f. Ouf. Calvisio VIvir*". 5297 (ib.) „— — *M. Mestrius M. f. Ouf. Secundus VIvir.* — —". 5300 (Comi) „— — *L. Casticio L. f. Ouf. Catullo, IIIIvir. aed. pot.* — — *L. Casticio L. f. Ouf. Maximo*" (eius filio). 5307 (ib.) „— — *C. Virius C. f. Ouf. Birro IIIIvir.*". 5310 (Geni) „*M. Virio M. f. O[uf.] Viriano, VIvir., magistro officior. colleg. fabr.*". 5311 (ib.) „— — *L. Virilienus L. f. Ouf. Mascello, VIvir. gratuit.* — —".

γ V 5330 (Comi) „[.... *C]alvent .... Ouf. Sat.* ... — — [.. *Calve]ntio L. f. Ou[f.] Auguri[no]* — —". 5359 (ib.) „[.. *Va]lerio L. f.* [*Ou]f. Nuclae....*"[394]). 3584 (ib.) „..... *L. f. Ouf. .... Valentio....*".

Aliunde ortus fuit, cuius exstat titulus V 5266 (Sennae) „*T. Annio T. f. Quir. Maximo Pomponiano flam. divi Aug., auguri, praef. alae mil(iariae) pr(imae) U[lp(iae)] cont(ariorum), praef. alae pr(imae) praetor(iae), [trib. m]il. leg. pr(imae) Miner(viae)*".

Addam hoc loco titulos tribum indicantes, qui inter Larium et Verbanum lacus usque ad Mediolanium Comum Novariam oppida reperti sunt. qui ager nulla continebat municipia, sed id quod cum aliunde tum ex tribu apparet in Comensium et Mediolaniensium fuit pertica. unde de paucis tantum titulis utrum Comensium an Mediolaniensium fuerint, certum ferri potest iudicium. cum autem una duorum municipiorum esset tribus, iam in titulis promiscue eo ordine, qui Mommseno in enarrandis agri illius titulis placuit, enumerandis acquiescam.

Oufentinam exhibent tituli reperti in oppido

Bellagio β V 5221 (Plinii cuiusdam).

Rezzonico β V 5239 (post a. 81).

Ligornetto β V 5443.

Angera, quod Romana aetate „vicus fuit celeber et conspicuus, cuius nomen antiquum titulus n. 5171 videtur servasse dedicatus ibi a *vicanis Sebuinis*" (Mommsen C. I. L. V p. 590). β V 5478. γ V 5487.

Besutium vel iuxta β V 5503. 5509. γ V 5512.

Sextocalendae β V 5525.

Besnate γ V 5532 (ter; cognomina desunt).

Crena β V 5555.

Corbetta γ V 5582.

Morimundi δ V 5586.

---

[393]) vita Plinii, Sueton. p. 92 Reifferscheid.

[394]) ipse restitui.

Seprio, ad quod castellum 'necesse est vicus fuerit Mediolaniensium celeberrimus, ad quem spectare videtur, quod inter Novariam et Comum recensetur apud Ravennatem 4, 30 *Sibrium*' (Mommsen C. I. L. V p. 601) α V 5595 „*L. Sentius L. f. Ouf. Niger signif. leg. IIII Scyticae, hic natus, hic situs est; M. Sentius L. f. Ouf. Macer, veteran. leg. IIII Scyticae sibi et fratri suo v. f.*".

Fini (β? vel) γ V 5691.

Incinum β V 5651.

Fecchio V 5667, qui titulus a Vercellensibus C. Plinio C. f. Ouf. Caecilio Secundo cos. positus est.

Monza δ V 5747. 5748.

Fontaneti β V 6596 (p. C. 196?).

Locarno γ V 6648.

homo libertinae condicionis, in Palatina census rep. V 5201 (Nembri) „....*L. Balbio* | .....*Rufi l. Pal.* | .....*vio* | ....".

Aliarum tribuum tribulium praeter spem (divites enim Padi accolae ut nostrae aetatis homines locupletes aestatem ad lacuum Verbani et Larii ripas villis frequentes agebant) duo (?) tantum prodierunt, Galeriae in Sebuinorum vico γ V 5485 (at ibi Mommsen 'vereor tamen, adnotat, ut sit Angerana'; fortasse est Hispanica) et Polliae V 7187*, quem cum non satis constet in eo agro repertum esse, ad Eporediam revocavi, ubi videas quaeso.

EPOREDIA POLlia

C. I. L. V p. 750 sq. — Jvrea. — a. 654/100 in Salassorum agro Eporedia colonia c. R. deducta est (cf. Mommsenum l. c. p. 751). tituli vetustiores Bramb. 1192. V 6791.

α III 2711 (Delminii) „*P. Apulanus P. f. Pol. Sabinus domo E[p]or[e]d.*[395]) *tri. mil. leg. XI n. im.*". VI 1858 „*C. Annio C. f. Pol. Prisco Eperodia scr. lib.* — —". Br. 1192 (Mogunt.) „.....*rius Macconis f. Pol. Eporedia mil. leg. XIII gem.* (ante Claudii certe aetatem[396])) 1224 (ib.) „*T. Vibius T. f. Pol. Optatus Eporedia mil. leg. XXII pr.* — —".

β V 6790 (Epored.) „*C. Cordio C. f. Pol. Rufo aed.* — —" ~ 6791 (ib.) „*Ti. Cornelio M. f. Pol. patri, IIvir. iter.* — —".

γ V 6776 (Biellae) „[*Sex. Ma*]*elio Sex. f. Po*[*l. Vica*]*rioni* — —". 6804 (Epored.) „*Q. Fabio Q. f. Pol. Frontoni* — —". 6822 (Donnas) „— — *Q. Lucreti Pol. Primi* — —". accedit fortasse titulus V 7187*, cuius 'locum non adscripsit ALC[iatus, qui servavit], apud quem praecedunt Fontanettenses n. 6597. 6598' (Mommsen l. c.) „*P. Paconio.. f. Pol.* [*R*]*u*[*f*]*o* — —[397]).

libertinus quidam in Palatina census exstat in titulo Eporediensi V 6792 „*P. Epitano P. P. l. Pal. Optato VIvir. et aug.* — —".

extraneus est Voltiniae tribulis β V 6771 (ad Salussolam) „*T. Sextius T. f. Vol. Secun....* | *Eporediae et omnibus hono.....* | *ponderarium cum om....*".

FORVM VIBI CABVRRVM STELlatina

C. I. L. V p. 825. — Cavorre. — tituli vetustiores Bramb. 1182. 1339 (ante a. 43 cf. Bramb. praef. p. X) et V 7344. 7346, ubi cives cognomine adhuc carent.

---

[395]) legitur ETOR FD.

[396]) cf. Brambachii praef. p. X.

[397]) trad. P·PACONIO F | POLKVLO cet.

α Br. 1182 (Moguntiaci) „*Qu. Mettius C. f. Stel. For. Vibi, mil. leg. XIIII gem.* — —“. 1339 (in castello Mattiac.) „*Sec. Metius C. f. St. F(oro) Vibi mi(l). leg. XIII* — —“. VI 2382[b] (laterc. praetor. a. 176/8) „*M. Farrax M. f. St. Saturnin(us) For(o) Vi(bi)*“.

γ V 7344 (S. Secondo) „*C. Bruttius M.' f. Ste. Vibius, Bruttius C. f. Ste.*“ [398]). 7346 (Caburri) „*Q. Mannius Rufi f. Ste.* — —“.

aliunde nati, Eporedienses ni fallor, sunt Polliae tribules hi:

β V 7340 (Lombriasci) „*T. Vettius L. f. Pol. aedilis* — —“.

γ V 7341 (ib.) „*T. Moninus M. f. Pol. Tertius veteranus T. Monino T. f. Pol. Maximo* — —“.

LAVS POMPEIA PVPINia

C. I. L. V p. 696. — Lodi vecchio. — ‘agnomen solent repetere a Cn. Pompeio Strabone.... probabiliter; quamquam qui nomen oppido a Caesare impositum contendat in honorem soceri, non magis refutari poterit’ Mommsen adn.

α VI 2762 „*Q. Asconius Q. f. Pup. Messor Laude mil. coh. XI pr.* (*centuria*) *C. Calpurni Taciti* — —“. Bramb. 1220 (Mogunt.) *L. Valerius L. f. Pup. Tertullus Laude mil. leg. XXII pr.* — —“ [399]). mero igitur errore VI 2381[a] (laterc. praet. a. 153/6 scriptum est *ma*NILIVS L·F·PVB (pro PVP) VICTOR·LAVD·POM

β V 6362 (Laude) „*C. Caninius C. f. Pup. Sura VIvir* — —“. 6364 (ib.) „*L. Cassio L. f. Pu*[*p.*] *Rufo VIvir, Carpeiai C. l. Rusticai parentibus* — *L. Cassius L. f. Pup. Civis VIvir, IIIIvir.*“

γ V 6392 (ib.) „.....*f. Pup.*.....“.

ε V 6360 (ib.) „*M. Minicio M. f. Pupin. Amniano flamini divi Vespasian(i), seviro turmae V equit. Romanor., Xvir. stlit. iud.*“

qui Laude tituli Oufentinae tribulium reperti sunt, hominum Como sive Mediolanio potissimum natorum puto, β V 6347 „— — *Q. Eufemus Q. f. Ouf. Lucullius, aed., VIvir* — —“. 6351 „— — *L. Valerius Secundini f. Ouf. Secundin., VIvir iunior, item VIvir Vercell.* — —“.

MEDIOLANIVM OVFENTINA

C. I. L. V p. 633 sqq., ubi quae de agri suburbani finibus sunt exposita conferas. — Milano. primum vicus erat, Pompeia lege Latinum factum oppidum, Julia municipium c. R. — vetustiores tituli III 4061. V 5841. 6083. 6092. 6110. Bramb. 218.

α III 4061 (Poetovione) „*vex. eq.* — *C. Rufius C. f. Ouf. Med. mil*[*es*] *leg. XIII gem.* — —“. V 5445 (Stabii) „*C. Virius Verus Ouf. Med*(*iolanio*) *VIvir. iun. pontif. et decur.* — —“. VI 326 „— — *P. Lucilius P. f. Ouf. Successor Mediolan., quot votum fecerat centurio, p*(*rimi*)*p*(*ilaris*) *sol*(*vit*).“ 2381[a] (laterc. praet. a. 153/6 „..... *L*]*ollius L. f. Ouf. Titullinus Mediol.*“. 3449 „— — *M. Atilius Maximus veteranus Aug. natione Offentina Mediolano* — —“. 3629 „*L. Sentius L. f. Ouf. Saturninus Mediolanio, speculator* (*centuriae*) *L. Corneli Victoris.*“ 3884 (urb. coh. a. 197/8) „*L. Cassius L. f. Ofent. Veturianus Mediol*(*anio*).“ 3893 „— — *Sex.* EVLLIO *Sex. f. Hofentina Aponiano Mediolani mil. cho. V pr. evoc. Aug. mil.* — —“. VIII 1025 (Carthagine) „— — // *Rufrius D. f. Ouf. Adiutor Mediolani mil. coh. XIII urb.* — —“. Bramb. 218 (Xanten; ante Vespasianum) „— — *C. Calventius Ommii fil. Ouf. Med.* — — *mil. leg. V* — —“. 479 (Bonnae) „*Q. Petilius Q. f. Ofen. Secundus dom. Medio., miles leg. XV prim.*“ [400]). 1216 (Moguntiaci) „*M. Novellius M. f. Ouf. Rom.*

---

[398]) trad. Casalis „*c. bruttius mei. f. vibius ste. bruimus c. i. ste.*“

[399]) de tituli aetate cf. Brambachii praef. p. XI.

[400]) haec legio inde a Vespasiano in Germania erat collocata, cf. Bramb. l. c.

Mediolani, mil. leg. XXII pr. — — " (inter Claudii et Vespasiani vel Traiani tempora). 1222 (ibd.) „*Q. Valerius Q. f. Ofe. Virilio Me(diolanio) mil. leg. XXIII pri. y Bargoni* — —". 1225 (ibd.) „*C. Vibulius C. f. Ofen. Valentinus Mediola. mil. leg. XXII* — —". 1884 (Argentorati) „*T. Flavius T. f. Off(e)ntina Peregrinus Mediolanni, mil. leg. VI[II] Aug.* -- —". Grotefend huc tituli VI 2382[b] (Romae rep.; a. 176—178) militem, qui dicitur „*L. Bassennius L. f. Off. Felix Mevi.*" pertinere putat, traditumque MEVI · in MEDI · i. e. *Medi(olanio)* commutat.

β V 5847 (Med.) „*M. Atusio M. f. Ouf. Glycero, eq. R., IIvir., i. d. m(unicipii) P(lacentiae), patron. et repunct(ori) coll(egii) aerar(iorum) col. M(ediolanii)* — —". 6348 (Laude) „*L. Geminius L. f. Ouf. Messius VIvir, curator aerari Mediol.* — —".

V 5775 (Med.) „— — *P. Cassius P. f. Ouf. Metilian. VIvir. IIIvir. a. p., praef.* [*i. d.*]". 5839 (ib.) „— — *T. Albucius C. f. Ouf. Firmus, VIvir ium.* — —". 5841 (ib.) „*C. Anchario C. f. Ouf., augustali VIvir. ium., decur., IIIvir. a. p.* — —". 5846 (ib.) „— — *T. Atilius T. f. Ouf. Tutilius* — — *T. Tutilio Ouf. Sabin. filio VIviro iuniori* — —". 5851 (ib.) „— — *C. Calvius Calvi f. Ouf. Priscus VIvir.*". 5868 „..... *Ouf. Licinius VIvir.* — —". 5876 (Brusuglii) „*Q. Octavius Q. f. Ouf. Victor, IIIIIvir.* — —". 5884 (Med.) „*Q. Constantis Fel. Ouf. VIvir. ium.* — —". 5847 (ib.) „*C. Sentius C. f. Ouf. Flavus* [*VI*]*vir. ium....*". 5899 (ib.) „*L. Verginius L. f. Ouf. Atilianus VIvir.* — —". cf. 5738 (Caponazi) „— — *C. Atilius C. f. Ouf. Tertulli*[*n*]*us pon*[*tif.*] *et c*[*ur*]*at. arc. coll. fabr. et cent. m(unicipii) M(edioaniensis)*" cet.

γ V 5817 (bis). 5864 (bis). 5867. 5872. 5985. 6009. 6012. 6043. 6053. 6083. 6092. 6096. 6099. 6108. 6110 (bis), omnes Mediolani rep.

δ V 5822. 5825. 5827. 5832 (qui natus est a. 711/43, mortuus 782/29).

Palatinae tribules, qui libertini erant hi mihi innotuerunt:

V 5895 (Med.) „*P. Valerio P. libert. Palat. Tacito VIviro seniori et augustali*". 5931 (ib.) „*C. Pomponius C. l. Pal. Sacco Copo* — —". 5986 (ib.) „*P. Cassius P. l. Palatin. Calceus* — —". 6084 (ib.) „...*ecundae* | ....*T. l. Pal* | .....*uxori*". 6106 (ib.) „...*Tullius P.* [*l.*] *Pal. Dasius...*"; praeterea homo ingenuus (libertini filius?) eques Romanus V 8922 (rep. Quarto Cagnino).

extraneorum hominum sunt

Aniensis, Cremonensium fortasse:

β V 5849 „— — *M. Bolano M. f. Aniens. Marcello fratri IIIIvir. aedil. potestate* — —".

δ V 5820 „*C. Asinius C. f. Ani. Severus p. p.* — —".

ε V 5812 (post a. 68), ubi tribus nomen *ani* supplevit Mommsen.

Clus(tuminae) γ V 5841.

Polliae ε V 5809.

Voturiae γ V 5978 (bis).

NOVARIA CLAVDia

C. I. L. V p. 719 sq. — Novaria. — testis vetustissimus V 6556. 6598.

β V 6521 (Nov.) „*L. Eburi L. f. Cla..... IIIv*[*ir. ....*]". accedit 6598 (Fontaneti) „*T. Accellio Cla. Ingenui f.* — — *T. Accellio T. f. Claud. Julio fratri VIviro* — —, *T. Accellio T. f. Clau. Vero decurioni* — —".

γ V 6513 (Nov.) „*C. Valerius C. f. Claud. Pansa flamen divorum Vespasiani Traiani Hadrian., p. p. bis., trib. coh. VIIII, proc. Aug. provinc. Britanniae* — —". 6549 (ib.) „*M. Philoclus M. f. Cla. Marcellinus* — —". 6556 (ib.) „*Marcus Valerius M. fil. Clau.* — —".

cum igitur Novariam in Claudia censam esse appareat, recte Hübner VII 244 Eburacensem titulum mutilum sic restituisse sibi videtur „... *o. C. fil.* [*Claud. No*]*varia* [*mil.*

leg. I]X Hisp. — —". quod Mommsen V 6494 (Biandrati) „*Jovarri* ...|*ano* IVB EQVITI *Romano Laurens L(avinas) f(lamini) civitatis Vercellens(is)*" proposuit [*P*]*ub(lilia?)*, vix probaverim.

SEGVSIO ?

C. I. L. V p. 814. — Susa. — 'Augusti aetate civitas fuit Latii quidem iure donata[401]), sed rem publicam non habens, unde *vicus* appellatur n. 7261. postquam Nero regnum in provinciae formam commutavit, sedes constituta praesidis eius municipium quoque factum est, fortasse Flavium, nisi fallit, quod legitur in laterculo aetatis Commodianae (Kellermann vig. n. 103 *a*) *C. Memorius C. f. Fla. Messor Segus.*' haec adn. Mommsen l. c., sed in tanta auctorum inopia difficile esse videtur de ea re aliquid constituere.

neque de tribu constat. nam quod V 7236 (Susae: „*geni*[*o* ...] | *Tib. Clau*[*di* ..] | *Quir. In*[....] | *dec. IIv*[*ir*...] | *val. in* ....") et 7260 (ib.; „*Ti. Claud. Ti. fil. Quir. Nigrino decur., IIvir* — —") et 7259 (ubi fortasse quis inde a. vs. 9 leget „[*et Ti*] *Cl. Tib. fil.* [*Quir*]*inae*.....") Quirina tribus ter commemoratur, id nihil nos iuvat in Claudiis hominibus, qui una cum nomine tribum imperatoris sive Claudius, sive Nero erat, acceperant.

Voltinia V 7268, ut videtur hominis extranei est, cuius origo vs. 2 explicatur „..*de*]*cumius sex. f. vol*[*.. .? aqu*]*ensis* (vel simile)" cet.

Stellatinam V 7302 „*Sex. Lucretio Sex. f. Stel. Quartioni* — —" ad Caburrenses, Polliam 7255 „.. *Saufeius L. f. Pol. Silo*, [*ce*]*ntur. leg. IIII Macedonic(ae)* [*e*]*t leg. X g*[*e*]*minae* — —"[402]) ad Eporediam referre possis. quonam Corneliae tribules tituli 7256 „*P. Trebio P* [*f.*] *Cor. Albano, tr. coh. VIIII pr.* — — *P. Trebius P. f. Cor. Albanus* [*A*]*ppianus* ....." pertineant non liquet.

TICINVM PAPIRIA

C. I. L. V p. 707. — Pavia. titulus vetustior Bramb. 377.

α III 757 (Novis Moesiae infer.) „— — *L. Met*[*i*]*l*[*i*]*us Papiriae Justus Ticino* — —". 2913 (Jaderae) „*Sex. Atilius Sex. f. Pap., veter. leg. VII, domo Ticino* — —". V 3469 (Veronae) „— — *L. Sollius L.* [*f.*, ut recte traditum *l.* correxit Gruter] *Secund*[*i*]*o Pap. Ticinensis* — —". VI 221 (in vigilum laterc. a. 113) „*M. Terentius Pap. Callistus Tic.*". 2381[a] (praet. a. 153/6) „.....PAP·VERVS·TIOIN O" („sic" Henzen). 2382[a] (praet. a. 172/8) „*M. Sofrius M. f. Papi. Nepos Ticino*". 2382[b] „*C. Novellius C. f. Pap. Verinus Ticin.*" 2924 „*C. Publicius C. f. Pap. Quietus Ticino mil. coh. XII urb. v Veri* — —". Bramb. 377 (in colonia Agrippina) „*P. Deccius L. f. Papiria Ticini miles leg. XX* (quae Claudii aetate Germaniam reliquit) *pequarius* — —". 1155 (Moguntiaci) „*Q. Castricius Q. f. Pap. Severus Ticini mil. leg. IIII Mac.* — —. (leg. IIII, a Claudio in Germaniam arcessita, a. 70 periit).

β V 6427 (Tic.) „*L. Cassius C. f. Pap. Labeo IIIIvir.* — —". 6431 (ibd.) „*Sex*" *Sextilius Sex. f. Papiria Fuscus, flamen Romae et divi Claudii, IIIIvir. i. d., pontifex, augur, salius grat., d. d. praefect. fab*[*r*]. *ded.*".

Polliae tribulis titulus V 6432 „*L. Titius C. f. Montanus VIvir, aedil., IIvir sibi et C. Titio C. f. Pol. Lanoni patri*" advecticius videtur.

---

[401]) cf. l. c. p. 810. Plin. *nat. hist.* III 20, 135.

[402]) vs. 4 legendum est [*patron*]*o;* nam Vitulus et Latinus se libertos (sc. Silonis) esse patroni praenomine omisso dicunt: ...Saufeium L. l. Vitulum et .. Saufeium L. l. Latinum.

VERCELLAE ANIENSI

C. I. L. V p. 736. — Vercelli. lapides vetustiores V 939 Bramb. 1079.

α III 505 (Patris) „*L. Romanius L. f. Ani. Justus Vercel.*“ (urb. coh. a. 197/8). 3567 (Aquinci) „— — *L. Valerius L.* [*f.*] *Ani. Crescens Verc. mil. leg. II ad. p. f. ϒ Comini Paulini* — —“. V 939 (Aquileiae) „*L. Valerius L. f. Aniensis Verc. miles leg. XXX* — —“. VI 2377 (praet. a. 136) „.. *Laelius L. f. Ani. Paulinus Verc.*“. 2381[a] (praet. a. 153/6) „*L. Pompeius L. f. An. Tertius Vercell.*“ 2382[b] (praet. a. 172/8) „*C. Crispius C. f. Ani. Secundinus Ver.*“ et „*L. Magiacus L. f. Ani. Severin. Verc.*“ 2533 „*Q. Clodius C. f. An. Secundus Vercellis, mil. coh. III pr.* — —“. 2702 „— — *C. Cattio C. f. Aniensi Luciliano Vercellae mil. coh. VIIII pr. ϒ Argenton.* — —“. 3884 (urb. coh. a. 197/8) „*L. Valerius L. f. Ann. Primus Verc.*“. Eph. ep. IV 888 (in laterc. militum) „.....*f. Ani. Vitulus Ve*[*rcellis*]“. Bramb. 1079 (Moguntiaci) „*Ter. Exsomnus Ter. f. An. Ver. mil. leg. XVI* — —“ (Vespasiano imperante leg. XVI periit)[402a]). 1208 (ib.) „*C. Annius C. f. Ani. Salutus Vercellis mil. leg. XXII pr.* — —“. 1983 (Blankenheim) „.....*Ani V*[*e*]*recu*[*ndi*][403]) *domo Vercel*[*lis*] *sig. et veter. le*[*gion.*] *XXI rap.* — —“ (Domitiani aetate legio periit)[404]).

quod igitur VI 2664 scriptum exstat „*L. Atilius ... f. Arn.* [*Pri*]*scus* [*V*]*ercellae, miles coh. VIII pr.* — —“, simili lapicidae errore atque VI 2926 et 2942, ubi pro *Aniensi* oppidi Cremonae *Arniensis*, ortum videtur.

β V 6661 (Verc.) „— — [... *A*]*ni. Rufus decur., aug. V*[*ercellis?* ...]“. 6664 (ib.) „*M. Didio M. f. Ani. Sabino* [*IIII*]*viro a. p.*.....“.

praeterea repertus est libertinus in Palatina V 6709, qui titulus paullo obscurior est „... *V*]*alerio C. l. Pal. An*[.... | *Valerius cae. tr. a.*....“.

accedit Oufentinae tribulis V 6351 (Laude rep.) „— — *L. Valerius Secundini f. Ouf. Secundin. VIvir iunior, item VIvir Vercell.* — —“, quem neque Laudensem, etsi fortasse Laude *VIvir iunior* fuit, neque Vercellensem licet habere.

§. 5. De tribubus imperatoriis.

Cum imperatores Romani peregrinos homines, qui in libertatis statu versabantur, vel suae domus servos aut ad civitatem aut ad libertatem sive solam sive civitatis dono auctam adsciscerent, usu venit, ut cives illi novi, sive ingenui erant sive libertini, imperatoris, qui eos in melius ius vocaverat, praenomine et nomine gentilicio vel potius iis, quibus princeps, cum adhuc privatus esset, usus erat nominibus[405]), ornarentur. quod quidem et ad rei publicae liberae aetatis imperatores, quibus ut peregrinos aliquot civitate donarent mandatum erat, et ad quemcumque civem Romanum, qui servos suos manu miserat, pertinet. veluti, ne multis exemplis adferendis rem tritam teram,

---

[402a]) cf. Brambach. praef. p. X.

[403]) Brambach exhibet V/RLCVI

[404]) cf. Brambach. praef. p. XIII.

[405]) cf. Mommsenum *Staatsrecht* II 741 sqq. Hadrianus, ut exemplum prodam, qui in titulo Atheniensi III 550, a. 112 posito tribum habet adscriptam, cum imperator factus esset ea caret significatione. unicum tribus inter imperatoris nomina commemoratae exemplum exstat in senatus consulto de Cyzicenis Eph. ep. III p. 156, inter a. 138 et 140 scripto, cf. Mommsenum l. c. p. 158. *Staatsrecht* l. c. 743.

peregrinus vel servus quidam Menophilus[406]), Musogene patre ortus, cum a Caesare patre sive filio aut Tiberio aut Gaio principibus in civitatem receptus esset, C. Julius Musogenis f. Menophilus vocatus est. raro autem ita ut modo indicavi patris naturalis nomen commemoratur. nam cum moris esset patrem praenomine tantum significari, ut civis patris nomine adiecto se civis Romani esse filium diceret (quae sola huius moris causa est), in eiusmodi hominibus ea res parum bene procedebat. itaque civibus illis novis, cum patre, in cuius potestate esse possent vel potuissent, omnino carerent[407]), eodem modo, quo nothi Spurium patrem esse dicebant, pater aliquis fingeretur necesse erat. ac fingebatur ex filii praenomine vel potius ex nomine imperatoris, qui filii in civitatem assertor exstitit, id quod etiam in aliis hominibus, qui non ab imperatore nomina ceperunt, factum est ita, ut in laterculis militum ex cohortibus vigilum et urbanis et iam inde a saeculi alterius parte posteriore praetorianis miro quodam modo patrum filiorumque nomina inter se consentiant. neque vero id propterea tantum factum est, quod praenominis vis ea aetate iam parum vigebat.

Quod si de tribubus hominum illorum quaenam fuerint inquisiverimus, multos certe Julios Claudios Flavios alios in originis suae tribus receptos esse intellegemus. nam plerique eorum non ipsi ab imperatoribus in civitatem adserti erant, sed aut iam pater vel avus illud donum acceperat, aut ab privato homine veluti Julio quodam aut Claudio libertate donati non habebant, cur ad imperatorum favorem civitatis donum referrent. si vero eos titulos ibi, ubi hominum quos dixi tribus eadem est vel esse potest quae municipii, unde sunt oriundi, omisimus, satis multos in peculiari quadam tribu censitos esse non negamus. id quod in primis per orientis oppida usu venit, quippe quae ex maxima parte civitate carerent. quaestionem igitur, quam nobis tractandam proposuimus, instituemus ita, ut temporum ordinem secuti inde a Juliis incipiamus.

1. Julii[408]) censebantur in Fabia.

1. „*C. Julius C. f. Fab.* [*R*]*ufus*“ C. I. L. III n. 305, rep. in loco Hassan Pascha in Pisidia.

2. „*C. Julius C. f. Fab. Antiochus Philopappus cos., frater arvalis, allectus inter praetorios ab imp. Caesare Traiano optumo Augusto Germanico Dacico*“ C. I. L. III n. 552 rep. Athenis. — pos. a. 114—116.

3. „*C. Jul. C. f. Fab. A*[*tt*]*iano* — —“ C. I. L. III n. 4320 rep. Brigetione.

4. „— — *C. Julius Sp. f. Fab. Rufus, coh. X eq.* — —“ C. I. L. VI n. 2744 rep. Romae.

---

[406]) C. I. L. X n. 2569.

[407]) cf. Ulp. frgm. 12, 3 *libertinus.... nec patrem habuisse videtur, cum servilis cognatio nulla sit.*

[408]) de Juliae gentis imperatorum tribu egit Mommsen *eph. epigr. Lat.* III p. 232.

5. „*C. Julius C. f. Fab. Montanus*“ C. I. L. VI n. 6878 rep. Romae.

6. „*M. Julio M. fil. trib. Fab. Maximo, decurioni adlecto, aed*[*ili ac*] *sac. anni XIIII, praef. iur. dic., IIvir, IIvir. q̃q̃., fl. p. p.* — —“ C. I. L. VIII n. 1224 Vagae.

7. „*M. Julius ... fil. Fab. Avitus*“ C. I. L. VIII n. 1788 Laribus.

8. „*C. Julius C. filius Fabia Norbanus fl. pp., veteranus* — —“ C. I. L. VIII n. 4827 in Nattabutum finibus.

9. „— — *Q. Julius Q. fil. Fabia Felix* — —“ C. I. L. VIII n. 8884 Tupusuctu.

10. „*L. Julio L. f. Fab. Marino Caecilio Simplici, IIIIviro viarum curandarum, tr. mil. leg. IIII Scythicae cet. co*(*n*)*s*(*uli*)“ C. I. L. IX n. 4965 Curibus. Traiani aetate, ut videtur inter annos 97 et 102 vel 103, quo Traianus Dacicus appellatus est, positus = Λούκιον Ἰούλιον Φαβία Μαρεῖνον Καικίλιον Σίμπλικα τεσσάρων ἄνδρα ὁδῶν ἐπιμελητήν, χειλίαρχον [πλ]ατύσημ[ο]ν, στρατ[ηγὸν λεγεῶ]νος $\overline{\text{β}}$ [Σκ]υθικῆς, [ταμίαν καὶ ἀν]τιστράτη[γον ἐπα]ρχείας [Μ]ακε[δονίας — —]“ C. I. G. n. 4238^{e}, rep. Tloe.

11. „*C. Julius, C. Juli C. f. Fab. Erasti lib., Didymus august.* — —“ C. I. L. X n. 1878 Puteolis.

12. „*C. Julius C. f. Fal*(*erna*) *Rufus sibi et C. Julio Musogenis f. Fab*(*ia*) *Menophilo patri et Curfiae L. f. Maiori matri et* [...] *Julio C. f. Fal*(*erna*) *Basso fratr. suisq. posteris*“ C. I. L. X n. 2569 Puteolis. ante *Julio* „praenomen videtur excidisse“ adn. Mommsen.

13. „ . . . *Julio C. f. Fab. Silvano* . . . . . *tia Potentina* . . . . .“ C. I. L. X n. 5251 Casini.

14. „— — *Ti. Julius Ti. f. Fab. Julianus* — —“ C. I. L. X n. 6153 Formiis.

15. „— — *Ti. Julio Fab. Juliano* — —“ Notizie degli scavi di antichità 1878 p. 135 prope Romam.

16. „*Ti. Julio C. f. Fab. Viatori subpraef. coh. Ubior. equitatae, Erboniae Sex. f. Gratae uxori, C. Julius Aug. l. Linus filio et nurui.*“ Mitt. der k. k. Centralcommission in Wien VI (1880) p. 86 n. 46.

17. „[*J. o. m.*] *Helio*[*polita*]*no V*[*eneri f*]*elici* [*Merc*]*urio* [*Aug. C.?*] *Julius* [*C.?*] *fil. Fa*[*bia* ....]*us Pap*[*ho et* ..] *Lentiu*[*s*.....]*lus do*[*mo*....] *praef. c*[*oh*.....]“ Rhein. Jahrb. LXVI p. 59 = Brambach n. 1408^{a} Zellhausen.

18. „— — *C. Jul. Fab. Procu*[*l*]*us c. leg. XXX V.* [*v.*] — —“ Bramb. n. 627 Erkelenz. hunc titulum exhibet Hüpsch, „cui viro ob improbitatem sive neglegentiam summam ne nimium credas“. Bramb.; legio XXX U. v. inde a Traiani aetate in Germania erat collocata.

19. „— — *T. Jul. Titi filius Fabia Saturninus procurator Augustorum* — —“ Bramb. 808 Aug. Trevirorum.

20. „[*C.*] *Jul. C. f. Fab. Camillo* [*s*]*ac. Aug. mag., trib. mil.* [*l*]*eg. IIII Maced., hast. pura* [*e*]*t corona aurea donato* [*a*] *Ti. Claudio Caesare Aug.* [*it*]*er*(*um*) *ab eo evocatus* [*i*]*n Britannia militasset* [*c*]*ol. Pia Flavia Constans Emerita Helvetior.* (sc. Aventicum) *ex d. d.*“. Mommsen inscr. Helv. n. 179.

21. „*Ti. Julio Aug. l. Optato Pontiano procuratori et praefec. classis Ti. Julius Ti. f. Fab. Optatus IIvir.*“ (num est filius?) Ferrero l'ordinam. delle armate Rom. n. 13 Tarracinae.

22. „— — ἱερατεύοντος διὰ γένους Γ. Ἰουλίου Φαβία Μίθρεος, τοῦ δήμου υἱοῦ φιλοσεβαστοῦ — —“ C. I. G. n. 3173 Smyrnae. — p. Chr. 80.

23. „Τι. Ἰούλιος Τι. υἱὸς Φαβία Πολλίων — — Τι. Ἰουλίῳ Τι. υἱῷ Φαβία Πολλίωνι, τῷ υἱῷ — —“ C. I. G. n. 3370 Smyrnae.

24. „Γ. Ἰούλιον Γ. υἱὸν Φαβία Σεούηρον γενόμενον πρῶτον μὲν πεντεκαιδέκανδρον τῶν ἐνδικαζόντων τὰ πράγματα (decemvir, non quindecemvir dicendus erat), ἵππῳ δημοσίῳ τιμηθέντα cet., ὕπατον, πρεσβ(ευτὴν) ἀντιστράτηγον Συρίας Παλαιστείνης — —“ C. I. G. n. 4029 Ancyrae. — cos. fuit a. 155.

25. „Γάιος Ἰούλιος Φαβία Καμιγέραμος, ὁ καὶ Κείλας, Γαίου Ἰουλίου Ἀλεξίωνος υἱός — —“ qui e principum Emisenorum domo oriundus esse videtur. Lebas-Waddington voyage archéol. III n. 2567 = C. I. G. n. 4511. Emesae. — a. 78.

26. „— — Γ. Ἰούλιον Ἄβρου υἱὸν Φαβία Ὕμνὸν γυμνασιαρχήσαντα — —“ Bull. de correspondance hellénique IV (1880) p. 518 Callipoli.

27. „*Ti. Julio Ti. f. Fab. Frequenti* — —“ Mur. 1177, 4 Romae, „misit P. Scarmagli“.

28. „— — *Sex. Juli Sex. f. Fab. Flori* — —“ Mur. 1180, 2 Romae, „misit Ciampinius“.

summam auctoritatem inter titulos quos supra scripsi habent n. 16 et 21 (?), in quibus tribulium patres ad *Augustum* libertatis donum referunt. proximus accedit titulus n. 25 Emiseni principis, cuius tribum ab Augusto quodam profectam esse conicias.

Ex Suetonii loco, quo agitur de donis, quae Augustus ambitu severe cohercito, tribulibus suis, Fabianis et Scaptiensibus, die comitiorum dedit, ne quid a quoquam candidato desiderarent[409]), utra tribus Caesaris, utra Octavii adulescentis fuerit, diiudicari nequit. nam quod Mommsen Julios utpote patricios in Fabia, quae una ex vetustissimis patriciarum gentium tribubus fuerit, censeri debuisse dicit itaque Octavios in Scaptia censitos esse suspicatur, id parum placet[410]), quoniam aetate illa domo mutata ipsa quoque tribus mutabatur. accedit, quod iam vidimus Caesarem dictatorem Galliae Transpadanae oppida in tribus illas, quae sociis fidelibus et Latinis bello Marsico finito datae erant, et in Fabiam unam et solam ex iis, quas reliqui socii acceperant, distribuisse, id quod non aliter explicari posse putabam, nisi ut statuerem id singulari quodam favore factum esse, quod Caesar, qui ipse Fabiae esset tribulis, Brixiam et Patavium oppida ditissima ad Fabiam pertinere vellet. C. Octavius igitur in Scaptia fuerit et postea a Caesare adoptatus Fabiae tribulis redditus sit necesse est. postea ad Juliorum tribum etiam qui ab Juliis imperatoribus civitatem acceperant accesserunt.

2. Claudii[411]) censebantur in Quirina.

1. „*P. Cornelio Q(uirina) Macro viritim a divo Claudio civitate donato, quaestori, IIvir.* — —“ C. I. L. II n. 159 Ammaiae.

2. „[*Ti. Claudi*]*us Drus*[*i*] *f. Caesar Augustus* [*Germanicus, pont. max., tr. p.... os. V, imp. XX*]*VII,* [*p. p., a*]*quam civitati Sardianorum* [*a fonte .... adduxit instan s*] *Ti. Claudio Demetri f. Quirina Apollop*[*hane*] — — —“ C. I. L. III n. 409 Sardibus. — p. C. 52—54.

---

[409]) Suet. *Oct.* c. 40.

[410]) *eph. epigr. Lat.* III p. 232; confer tamen l. c. IV p. 221 sq., ubi Mommsen, de titulo Adramytteno certior factus, iam de Caesaris tribu, utrum Fabia an Scaptia fuerit, dubitat.

[411]) Mommsen *eph. epigr.* III p. 232 sq. IV p. 222, not. 1.

3. „— — *Tib. Claudius Tib. f. Quirina Ulpianus dom. Laod. Syriae, ϒ leg. X. gem. et IIII Fl. et XII ful. et III Cyr. et X Fret. et II adiut. et V Ma.* — —“ C. I. L. III n. 6186 Troesmis.

4. „*Ti. Claudi Qui. Fidini Maonian.*“ in testis subscriptione tabulae honestae missionis, scriptae a. d. XI Kal. Jan. 69, C. I. L. III dipl. 4, Stabiis rep.

5. „[*Ti*]*b. Claudio Tib. f. Quir. Augustano patri Bellici Sollertis, proc. Aug. prov. Britan.* — —“ C. I. L. V n. 3337 (ubi de tituli aetate cf.) Veronae.

6. „[*Ti. Claudio*] *Ti. f. Quir. Alpino, praef. alae Gallic., trib. leg. II Aug., praef. coh. II pr., don. don. bello Germ.* — —“ C. I. L. V n. 3356 Veronae.

7. „*L. Claudio L. f. Quir. Octaviano IIvir. i. d.* — —“ C. I. L. V n. 5101 in agro inter Olliam et Sarium.

8. „*geni*[*o*] *Tib. Clau*[*di...*] *Quir. Iu*[.....] *dec., IIv*[*ir. ....*] *val. in ....*“ C. I. L. V n. 7236 Segusione.

9. „*Ti. Claud. Ti. fil. Quir. Nigrino decur., IIvir.* — —“ C. I. L. V n. 7260. Segusione.

10. „*M. Claudio* [*Ti.*] *f. Q*(*uirina*) *Frontoni cos.* cet.“ C. I. L. VI n. 1377 Romae (servavit et corrupit Ligorius) = „*M. Cl. Ti. filio Quirin. Frontoni cos.* cet.“ Wilm. 636[a] = III n. 1457 Sarmizegethusae. titulus ille, postquam Fronto mortuus est, a. 171 vel 172, hic fortasse paullo antea positus est.

11. „*in honorem domus August. Ti. Claudius Secundus coactor cum Ti. Claudio Ti.* [*fil.* deest] *Quir. Secundo f. viatoribus IIIvir. et IIIIvir. scholam* — — *fecit*“ C. I. L. VI n. 1936 Romae.

12. „*Ti. Claudio Ti. f. Quir. Telesino ϒ leg. XI C. p. f. et leg. XXII Deiot. pater infelicissimus Ti. Claudius Acontianus p. p.*“ C. I. L. VI n. 3583 Romae.

13. „.... *Cla*]*udi Quir.* [*S*]*aecularis* — —“ C. I. L. VI n. 6197 Romae.

14. „*Carpus Aug. lib. Pallantianus adiutor Claudi Athenodori praef. annonae fecit sibi et Claudiae Cale coniugi piissimae et Ti. Claudio Quir. Antonino filio* — —“ C. I. L. VI n. 8470 Romae[411a]).

15. „— — *Ti. Claudius Leiti f. Qui. Leitus medicus* — —“ C. I. L. VI n. 9573 Romae.

16. „— — *Ti. Claudi Quir. Alexandri philosophi stoici* — —“ C. I. L. VI n. 9784 Romae.

17. „— — *Ti. Clau*[*dius ... f.*] *Quir. F*(*elix*) *IIIIvir. ae*[*d. pot.*], *IIIIvir. iur.* [*dic.*], *huic* [*ob merita*] *ord. dec.* [*statuam*] *eques*[*trem dec.*]“ C. I. L. IX n. 216 = IN. 564 Mesagni rep.

18. „*Ti. Claudi*(*o*) *Quir. Frontino Nicerato Cl. Frontini cos. f., Xvir. stl. iud., trib. laticlavo leg. IIII* [*Fl*]*a*[*vi*]*ae, qua*[*es*]*tori, propraet.* [*pro*]*vinc. Achaiae,* [*ab*] *actis senatus, a*[*ed.*] *cur., praetori .... patr.* [*col. d. d.*]“ C. I. L. X n. 1122 = IN. n. 1879 = ἡ πόλις Τιβ. Κλαύ(διον) Τιβερίου Φροντείνου υἱὸν Κυρείνα Φροντεῖνον Νικήρατον σόδαλιν Ἀδριάν[α]λιν, τῶν δέκα ἀνδρῶν τῶν [τ]ὰ φονικ[ὰ] δικ[α]σάν[τ]ων — —“ C. I. G. n. 1827. Niceratus vixit priore secundi p. C. saeculi parte.

19. „*Ti. Claudio Quir. Sa*[*e*]*thi*[*a*]*da*[*e*] *Cethego Frontino Ti. Claud*[*i*] *Frontini legat. legionis filio, Ti. Claudii Frontini cos. nep., patrono col. d. d.*“ C. I. L. X n. 1124 = IN. n. 1880 Abellini. est Frontini n. 18 filius.

20. „— — *Ti. Claudio Calligenis filio Quirin. Scymno*“ C. I. L. X n. 2274 Puteolis.

21. „*L. Ti. Claud. Aurel. Quir. Quintiano, triumviro monetali a. a. a. f. f., quaestori, candid. praet., cos.* (a. p. Chr. 235) *pontif.* — —“ C. I. L. X n 3850 = IN. n. 3597 Puteolis.

[411a]) cf. Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* I p. 136, not. 2.

22. „*C. Clodio C. f. Quir. Adiutori, praetori, tribuno plebis, quaestori, quod ex reditu hs.* |X| *legato a Clodio reipublicae Campanorum viae tutela praestatur.*“ C. I. L. X n. 3851 = IN. n. 3599 Puteolis.

23. „*Ti. Claudio Aug. l. Quir. Alcibiadi, qu*[*ondam*] *praegustator*(*i*) *et a c*[*u*]*biculo Neronis, Julia Regulina ex testamen*[*to eius*] *fecit*“ C. I. L. X n. 6324 Tarracinae.

24. „— — *Ti. Claudius Theopompi f. Qu*[*i*]*r. Sabinus ex test. Ti. Claudi Theopompi patris*“ Eph. ep. IV n. 123 Perinthi sive Heracleae. a. p. C. 79?

25. „*Ti. Claudius C. f. Qui. Persicus* — —“ Wilm. 194 Romae.

26. „*Tib. Claudio Quir. Coinnagi Attici Agrippiani, praef. fabr.* — —“ Allmer Vienne III p. 453 n. 772. Meimieux.

27. „— — ἀρχιερέα καὶ ἀγωνοθέτην τοῦ κοινοῦ Μακεδόνιον, ἀρχιερέα δὲ καὶ ἀγωνοθέτην καὶ τῆς Ἀμφιπολειτῶν πόλεως, πρῶτον δὲ ἀγωνοθέτην τῆς Κιρραίων πόλεως, διὸ ἐκ τῶν ἰδίων γυμνασίαρχον Τι. Κλαύδιον Διογένους υἱὸν Κυρίνα Διογένη — —“ C. I. G. n. 2007 Sirrhae in Macedonia.

28. „ὁ δᾶμος ἐτίμασεν Τιβέριον Κλαύδιον Ἀγλωφάνους ὑὸν Κυρήνα Μέδοντα“ C. I. G. n. 2460 Therae = „ — Τι. Κλαυδίου Κυρείνα Ἀγλαοφάνους — —“. 2462 ibd. = „— — Τι. Κλαυδίου Κυ[ρείνα Ἀγλαο]φάνους — —“ 2463 ibd.

29. „ἡ γερουσία καθιέρωσεν εὐσεβείας τοῦ Αὐτοκράτορος Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, ἱερατεύοντος Τιβερίου Κλαυδίου Διονυσίου υἱοῦ Κυρείνα Μενείτα Ταρκονδαρέως“ C. I. G. n. 2697 Mylasis. Tarcondara Mylasae vicus esse videtur, cf. Boeckhii notam ad h. l.

30. civem aliquem Aphrodisiadenses ob munificentiam statua honorant: „ἄρξαντα τὰς ἐν τῇ πόλει ἀρχὰς διὰ παντός cet., ἀγαθὸν καὶ εὔνουν τῇ πατρίδι. τῆς δὲ κατασκευῆς τοῦ τε ἀνδριάντος καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐ[το]ῦ ἐπεμελήθη [Τι]βέριος Κλαύδιος Μαρίωνος υἱὸς Κυρίνα Μένανδρος, ὁ ἔγγονος αὐτοῦ“ C. I. G. n. 2789 Aphrodisiade.

31. „Τιβέριος Κλαύδιος Μακιμάχου υἱὸς, φύσει δ' Ἑρμοθέστου, Κυρείνα Φιλιστ[εύ?]ς τοῦ Φιλαίου πύργου. τὸ β̄“. C. I. G. n. 3081 prope Theon = „Τιβέριον Κλαύδιον [Μακιμάχου] υἱὸν καὶ τοῦ δήμου Κυρείνα Φ[ιλιστέα] ἀγωνοθέτην τὸ τρίτον τ[ῶν πεν]ταετηρικῶν ἀγώνων, Διο[νυσιακῶν] Καισαρήων — —“ quem artifices Dionysiaci honorant C. I. G. n. 3082 ibd. = „....ἐτείμης]εν [Τιβέρ]ιον Κλαύδιον Μ[ακιμ]άχου καὶ τοῦ δήμου [υἱ]όν, φύσει δὲ Ἑρμοθέστου Κυρείνα, Φιλις[τ]έα εὐσεβῆ, φιλοσεβαστόν καὶ φιλόπατριν, νεόν Ἀθάμαντα (i. e. πόλεως κτίστην), πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ καθ' ἕνα καὶ κοινῇ τῇ πατρίδι παρεσχημένον, εὐχομένη τοιούτους εἰς ἀεὶ ἑαυτῇ τε καὶ τῇ πατρίδι ἄνδρας γενέσθαι“ C. I. G. n. 3083 = Lebas-Waddington III n. 108 ibid.

32. „Τιβερίου Κλαυδίου Νικίους φύσει ... νοδώρου (?) Κυρίνα Μητροδώρου“ C. I. G. n. 3362. Smyrnae.

33. „ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡ γερουσία ἐτίμησαν Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου υἱὸν Κυρίνα Ἰουλιανὸν πατέρα καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ — — — πατρὸς καλοῦ καὶ καὶ ἀγαθοῦ, στρατηγοῦ δίς, καὶ στεφανηφόρου, καὶ γυμνασιάρχου, καὶ τὰς μεγίστας ἀρχὰς καὶ τὰς λοιπὰς λειτουργίας τῇ πατρίδι φιλοτίμως καὶ αὐθαιρέτως ἐκτελέσαντος — —“ C. I. G. n. 3462 Sardibus.

34. „— — [Τ.] Ἀντ. Κλ(αύδιον) Ἀλφ(ήνον) Ἀρίγνωτον, τὸν κράτιστον ἐπίτροπον τοῦ Σεβ(αστοῦ) ἄρκης Λειβιανῆς κτλ. ἱππέα Ῥω[μ]α[ῖο]ν, τρίβου Κυρείνα κτλ.“ C. I. G. n. 3497 Thyatiris. Caracallae aetatis.

35. „— — Αὖ[λ]ον Κλαύδιον ΚΑΙ..ΙΝΑ (quod Boeckh in Κα[μ]ι[λί]α? mutavit, ego potius ΚΥΙΡΕΙΝΑ coniecerim) C. I. G. n. 3680 Cyzici.

36. „— — Τι. Κλαύδιος Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος Ἄλυς κ[αὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ...] καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν [Τι. Κ]λαύδιος Κυρίνα Ἰουc[τ... καὶ.....] — —“ C. I. G. n. 3695* in valle Granici.

37. „.....κ[α]ὶ οἱ κατο[ι]κοῦντ[ες Ῥω]μαῖοι ἐτ[ε]ίμησαν Τιβέριον Κλαύδιον Θεμι[σ]ταγόρου [υἱ]ὸν Κυρείνα Ἀσκ[λ]ηπι[άδη]ν, υἱὸ[ν] τῆς πόλ[ε]ως, [ἄνδρα ἐκ πρ]ο-[γ]όν[ων ε]ὐε[ργε]τηκό[τα τή]ν τε πόλι[ν καὶ τ]ὸν δῆμον — —“ C. I. G. n. 3874 in pago Phrygiae Oturacktschai.

38. „ὁ δῆμος ὁ Ἀπολλωνιατῶν τῶν ἀπὸ Ῥυνδάκου ἐτείμησαν Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου υἱὸν Κυρείνα Μιθριδάτην, ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας, τὸν ἑαυτῶν προστάτην καὶ εὐεργέτην — —“ C. I. G. n. 3960 Apameae Ciboti.

39. „Τιβέριον Κλαύδιον Κλαυδίο[υ] Νέρωνος υἱὸν Κυρείνα Ἀκύλαν ἀρετῆς ἕνεκεν ἡ πόλις — —“ C. I. G. n. 4373 Sagalassi.

40. „[ὑπὲρ αὐτοκράτο]ρος Καίσαρος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ καὶ τοῦ παντὸς αὐτοῦ οἴκου — — Τιβέριος Κλαύδιος Τιβερίου Κλαυδίου Νέρωνος υἱὸς Κουιρίνα Ἀπολλινάρις [ὁ ἐκ] τῶν κεχειλιαρχηκότων κτλ. (τὸ ἔργον) συνετελέσθη δὲ (ἔτους) ιβ̄ Αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ, Παχὼν ιε̄ (= a. d. VI Id. Mai. a. p. Chr. 109) C. I. G. n. 4714 Panopoli.

41. „.....Λ(ουκίου) Κλ(αυδίου) [Franz Λ(ούκιος) κτλ. habet, lacunam ipse indicavi] υἱὸς Κυρ(είνα) Προύδηνς, ἱππεὺς Ῥωμαίων, πρῶτος Μελιταίων καὶ πάτρων, ἄρξας καὶ ἀμφιπολεύσας — —“ C. I. G. n. 5754 in insula Melita. hunc titulum praestat fortasse omitti, si quidem Melitenses in Quirina censebantur.

42. „— — Τιβέριος Κλαύδιος Κυρίνα Αὐρηλιανὸς Πτολεμαῖος [χ]ιλίαρχος λεγῶνος Ζ̄ γεμείνας“ C. I. G. n. 5842 Neapoli.

43. „Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Κουιρείνα Μενεκράτει ἰατρῷ Καισάρων καὶ ἰδίας λογικῆς ἐναργοῦς ἰατρικῆς κτίστῃ ἐν βιβλίοις ρνς̄ κτλ.“ C. I. G. n. 6607.

44. „[— — Τ]ιβερίου Κλαυδίου Λέοντος υἱοῦ Κυρ[εί]να Θεοφάνους, καθ' υἱοθεσίαν δὲ Πυθέου Σκόρπωνος φιλοκαίσαρος καὶ φιλοπάτριδος, υἱοῦ τῆς πόλεω[ς], γυμνασιαρχήσαντος κτλ.“ Lebas-Waddington III n. 525 Stratoniceae.

45. „Τιβέριον Κλαύδιον Καίσαρα Σεβαστὸν Γερμανικὸν Αὐτοκράτορα ὁ δῆμος καθιέρωσεν, ἀναθέντος ἐκ τῶν ἰδίων Τιβερίου Κλαυδίου Ἀρτεμιδώρου υἱοῦ Κυρείνα Διογένους ἐν τῷ τῆς γυμνασιαρχίας χρόνῳ“ Lebas-Waddington III n. 600 Trallibus.

46. „Νέρωνα Κλα[ύ]διον [Καίσαρα] Σεβαστὸν Γερμανικὸν Αὐτοκράτορα θεὸν [ὁ δῆ]μ[ος] ὁ Καισαρέων καθιέρωσε[ν], ἐπὶ ἀνθυπάτου Πλαυτίου Σιλουανοῦ [Αἰ]λι[α]-νοῦ ἐπιμεληθέντος [Τ]ιβερίου Κλαυδίου Ἱεροκλέους [υἱοῦ] Κυρείνα Ἱεροκλέους Φιλο-καίσαρος Σάρνου υἱοῦ πόλε[ως]“ Lebas-Waddington III n. 600ª Trallibus. — a. p. C. 56/7 [411b]) vel post positus.

47. in titulo quodam Aezanis rep., Lebas-Wadd. III n. 857, qui pertinet „à des jeux institués en l'honneur d'Auguste et Livie, auxquels on adjoignit plus tard l'empereur Claude et son fils Britannicus“ unius ex archontibus mentio fit Τιβε]ρίου Κλαυδίου Εὐδόξου υἱοῦ Κουιρείνα Εὐδόξου.

48. „Τιβέριον Κλαύδιον Τιβερίου Κλαυδίου Ἰσιδώρου υἱὸν Κυρείνα Ἰσίδωρον ἄρξαντ[α] τῆς πόλεως καὶ πρεσβεύσαντα ἐκ τῶν ἰ[δίων] — —“ Lebas-Wadd. III n. 2737 Citii in Cypro.

49. „Διὶ Βελσούρδῳ Αὐτοκράτορι — — — Τι. Κλαύδιος Σεβαστοῦ ἀπελεύθερος Ζῆνα τριήραρχος κλάσσης Περινθίας σὺν Κλαυδίοις Τι. υἱοῖς Κυρείνα Μαξίμῳ, Σα-βίνῳ, Λούπῳ, Φουτούρῳ, τέκνοις ἰδίοις πρῶτος καθιέρωσαν“ Ferrero l'ordinamento delle armate Romane n. 498 Perinthi a. p. C. 88/9.

50. „[Τιβέ]ριος Κλαύδιος ...ωβρότου υἱὸς, φύσει δὲ Ἑρμοθέστου, [Κ]υρείνα. Ζηνόδοτος τὸ β τοῦ Φιλαίου πύργου Κυδωνίδης — —“ Bull. de corresp. hellén. IV (1880) p. 174 n. 34 Tei.

[411b]) Henzen *Annali d. inst.* 1859 p. 15.

51. „*Claudiae Aug. l.* *Ti. Claud. Quir.*
Qu[ie]tae *Blolo filio*
hic sita est *situs est.*“ — Grut. 610, 11 Romae, ubi vidit Gudius.

52. „*Ti. Claudi Quir. Capitolini filii sui, mens. IIII Claudius Asclepiades pater fecit*“ Grut. 676, 4 Romae, ubi vidit Smetius.

53. „— — *Ti. Claudio Ti. f. Quir. Genuino* — —“ Grut. 676. 10 Romae, ubi vidit Smetius.

54. „*Ti. Claudio Ti. f. Quir. Proculeiano* — — *vixit annis VIIII mens. IIII dieb. XIII*“ Grut. 846, 10 Romae, ubi vidit Smetius.

55. „*Ti. Claudius Qui. Macedo. Phónascus* — —“ Grut. 1089, 9 Albae. qui titulus, quem Grutero nescio unde sumptum dedit Pighius, num sit genuinus inquirendum est.

ex titulis quos supra adscripsi n. 2. 29. 45. 47 (?) Claudii, n. 46 Neronis aetate, paullo post Neronem mortuum n. 4. 23 (id quod e Neronis nomine solo posito colligo), a. 79 (?) n. 24, a. 88/9 n. 49 exarati sunt primi. summa auctoritas inest in n. 1, quo Cornelius ille civitatem a Claudio ipso sibi donatam dicit, deinde in n. 23 Augusti, quem Neronem esse puto, liberti et in n. 14. 36. 49. 51 qui sunt hominum ab Augustorum quorundam libertis procreatorum.

Claudii et Neronis imperatorum tribus, cum non diserte sit tradita, nullo tamen negotio cum e Claudiorum titulis satis multis supra scriptis, tum ex inscriptione (n. 1) Ammaiensi evincitur, cui eo maiorem inesse censeo auctoritatem, quod ante imperatoris Vespasiani aetatem, qua omnia Hispaniarum oppida stipendiaria et libera ad civitatis vel Latii ius et tribum Quirinam arcessita sunt, nullum per illas regiones Quirinae exemplum exstat neque ob eam rem Cornelii Macri viritim a Claudio civitate donati tribus aliunde explicari potest. oppida quoque plurima, quae Claudius civitate donavit, in Quirina censebantur[412]). Neronis tribum eandem ac Claudii fuisse ex titulo Tarracinensi (n. 23) apparet: colonias nullas Nero extra Italiae fines deduxit[413]).

3. Flavii[414]) censebantur in Quirina.

1. „— — *T. [F]l[avio] T. f. Quirina Vict[orino d]onis donatum hastis fa[leris corona] m[u]rali* — —“ C. I. L. III n. 1664 Singiduni.

2. „— — *T. Fl(avius) T. fil. Quir(i)n. Severo Gogaeno* — — *dec. colon. Sirm(ii), quaesto(ri), IIviro, praefecto fabrum* — — —“ C. I. L. III n. 3685 alicubi in Pannonia.

3. „*T. Flavio Quir. Aristocrito* — —“ C. I. L. V n. 4606 Brixiae.

4. „— — *T. Flavius T. f. Quir. Vestinus* — —“ cum filio Jovi et Junoni Minervae et loci genio aedem restituit a. p. C. 139. — C. I. L. VI n. 401 Romae.

6. „*T. Fl. Quirina Claudiano cos., auguri* — —“ C. I. L. VI n. 1413 Romae. „Borghesius ..... eundem esse credit T. Flavium Archelaum Claudianum leg. Aug. aut Asturicae et Gallaeciae aut Tarraconensis, filium T. Flavii Archelai, magistri Arvalium imperante Elagabalo“ adn. Henzen.

---

412) cf. cap. IV §. 1.

413) legitur LAPIAE ROM· ; cogitavi de FABIA ·ROM·, quod fortasse etiam in muliere tolerari potest.' Mommsen adn.

414) Mommsen l. c. III p. 233 sq.

6. „*M. Fl. Quir. Drusiano v(iro) e(minentissimo)* — —“ C. I. L. VI n. 1414 Romae.

7. „*L. Flavio T. f. Quir. Seculari praef. coh. primae equitatae civae* [*sic*] *Roman. in Germ. inferior., trib. coh. primae voluntariae Campanorum in Panonia inferiore, praef. alae primae Flaviae Gaetuloru*(*m*) *in Panonia inferiore* (fortasse ca. a. p. C. 113/4) — —“ C. I. L. VI n. 3520 Romae.

8. „*Primigenius Aug. l. tabularius patrimoni tutor.*

diis manibus C. Flavi C. f. Quir. Firmiani, vixit an. V m. IIII diebus XI et Ateniae Jadi matri, v. a. XXI et sorori suae fecit Atennia Thyas et A. Furnius Veliter. ... cum sta....“ C. I. L. VI n. 8507 = Grut. 590, 1 Romae.

9. „*Petronia Secund.... sibi et Flavio Aug.* [*lib., qd.*][115]) *vilico thermar. N*[*eronianarum?*] — — — *et Flavio filio Quir. Valeri*[*ano*] — —“ C. I. L. VI n. 8676 Romae.

10. „— — *L. Flavius M. fil. Quir. Geminus Kalama mil. leg. III Aug.* — —“ = C. I. L. VIII n. 2639 Lambaesi rep.; est autem Kalama oppidum in Papiria.

11. „— — *P. Fl. P. f. Quirina Clemens γ leg. III Aug.* — —“ C. I. L. VIII n. 2869 Lambaesi rep.

12. „— — — *T. Flavius Agrippa Cyrin. Capitolin.* — —“ IN. n. 2852 Salerni.

13. „*T. Flavio T. fil. Quir. Aeliano ordo et populus Gabinus patro*[*no et curat. rei*] *publ. fidelissimo*“ Orell. 117 Gabiis rep. sed praestat fortasse hunc titulum omittere, quod reliqui quoque Gabini cives ad Quirinam pertinebant.

14. „ἐπὶ γραμματέως Ἀλύπου τοῦ Μηνοφῶντως τὸ β οἱ μετέχοντες τοῦ ἐν Οἴᾳ γυμνασίου ἐτείμησαν Τ. Φλαούϊον Τίτου υἱὸν Κυρείναν Κλειτοσθένην Κλαυδιανὸν ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐνοίας“. Bull. dell' instit. 1856 p. 133 n. 3 Oeae in Thera insula.

15. „Λυττίων ἡ πόλις Τ. Φ(λαούϊον) Λεοντίου υἱὸν Κυρείνα Ἀκέστιμον πρωτοκόσμον $\overline{\beta}$, ἀγορανόμον $\overline{\beta}$ κτλ“. C. I. G. 2583 Lytti.

16. „Ὀλυμπιάδ[α ϲι]ζ (i. e. Ol. 217) Τίτος Φλάβιος Δημητρίου [Κο]υιρίνα Μητρόβιος, νικήϲας τὴν περίοδον ἀνδρῶν Ἰαϲέων πρῶτος κτλ.“ C. I. G. n. 2682 Jasi in Caria.

17. „Τίτου Φλαβίου Λέοντος υἱοῦ Κυρείνα Αἰνείου φιλορωμαίου καὶ φιλοϲεβαϲτοῦ καὶ φιλοπάτριδος, υἱοῦ τῆ[ϲ] πόλεως κτλ. πολλὰϲ πρεϲβείαϲ καὶ ἐκδικίαϲ τῇ πατρίδι παραϲχομένου κτλ.“ C. I. G. n. 2719 Stratoniceae. quo loco haec adiecit Boeckh: „titulus videtur Antoninorum aetatis esse“.

18. Nervae statuam Magnesiae ad Maeandrum senatus populusque ponit ἐπιμελη-θέ[ν]τος Τίτου Φλαουίου Δημοχάριδος υἱοῦ Κυρείνα Δημοχάριδος, τοῦ ἀρχιερέ[ω]ϲ καὶ γραμματέ[ω]ϲ τοῦ δήμου C. I. G. n. 2911 Magnesiae. v. p. C. 97.

19. „[ἡ πόλις ἐτείμηϲεν Φλαούϊον Φλαουΐου Ἱέρω]νος υἱὸν Κυρείνα Κέλϲον Ορεϲτιανόν, φιλόπατριν, κοϲμόπολιν καὶ Φλαου[ΐαν] Φλαουΐου Ἱέρωνος θυγατέρα Λυκίαν.....“ C. I. G. n. 4380[b] Cibyrae.

20. „— — ἡ φιλοϲεβαϲτὸϲ καὶ φιλορώμα[ιοϲ Ἀλε]ξανδρέων περιπολιϲτικὴ εὐϲεβ[ὴϲ ϲύνοδοϲ] ἐτίμηϲεν Τ. Φλαούιον Κυρ(είνα) Ἀρχίβιον τὸν [καὶ Ζώϲιμον] Ἀλεξανδρέα, ἀρχιερέα διὰ βίου τοῦ ϲύμ[παντοϲ ξυϲτοῦ], παραδοξονίκην κτλ.“ C. I. G. n. 5804 Neapoli, inter a. 113/6.

21. „Τ. Φλαούιοϲ Ἀρτεμιδώρου υἱὸϲ Κυρείνα Ἀρτεμίδωροϲ Ἀδανεὺϲ καὶ Αντιοχεὺϲ νικήϲαϲ τὸν ἀγῶνα κτλ.“ C. I. G. n. 5806 Neapoli, post a. 86.

22. „— — Τίτον Φλαούιον Τίτου Φλ[αου]ίου Μενίππου υἱὸν Κυρείνα Ἀπολλινάριον, ἄνδρα γένουϲ πρώτου, πατρὸϲ καὶ προγόνων — — — ϲυνεκτ[ι]κότων τὴν πατρίδα — — —“ Lebas-Wadd. III n. 1601[a] Aphrodisiade.

---

[115]) ipse restitui.

23. „*T. Fl(avius) Quirina Hermogenes* — —“ Grut. 683, 10 Romae, ubi Smetius videt.

24. „*T. Flavius Quirin(a) Athenaeus* — —“ Grut. 783, 3 Romae, ubi Lipsius vidit.

25. „— — *T. Flavi T.f. Qui. Marcelli* — —“ Grut. 871, 12 Romae, e Mazocchio.

26. „*Flavio T. f. Qui. Maximo, equo publico* — —“ Mur. 814, 3 Arimini, ex sched. Alex. Marchionis Capponii.

27. „*T. Flavio T. f. Quir. Flaviano, aedili, questori designato municipio Capenae foederato, T. Flavius Aug. lib. Mytus et Flavia Diogis parentes filio pissimo fecerunt* — —“ Wilm. n. 2084 sub Soracte.

Vespasiani aetate n. 15, post a. 86 n. 21, a. 97 titulus n. 18, ca. a. 113/4 ut videtur n. 7, a. 113/6 n. 20, Olymp. 217 n. 16 exarati sunt primi. Augusti cuiusdam liberti filium n. 8. 9. 27 habes.

Imperatorem Vespasianum, quippe qui Reate Sabinorum oppido ortus fuerit[416]), censitum esse in Quirina probabile est: ac novimus oppida[417]) et homines, quibus Flaviae gentis imperatores tres, Vespasianus Titus Domitianus, civitatem dederant, in illa tribu censos esse.

4. Ulpii[418]) censebantur in Papiria.

1. „— — *M. Ulpius M. f. Pap. Andronicus, q(uaestor), aed(ilis), IIvir, flam(en), IIvir q(uin)q(uennalis)* — —“ C. I. L. VIII n. 8439 Sitifi.

2. „— — *M. Ulpius M. fil. Pap. Avitus, q., aedil., IIvir, ob honores suos* — —“ C. I. L. VIII n. 8456 Sitifi.

3. „τὸν διὰ πάντων ἐνάρητον καὶ πρῶτον τῆς πόλεως Μ. Οὔλ(πιον) Παπειρία Ασκληπιάδην Ἰούλιον — —“ Lebas-Waddington voyage III n. 526 Stratoniceae.

Imperator Traianus cum apud Italicam, quae in Sergia censebatur, eum natum esse auctores referant[419]), tribus autem et oppidorum[420]) et hominum ab eo civitate donatorum Papiria sit, non ex Italica, sed ex alia quadam Hispaniae civitate, fortasse Astigitana, originem duxisse mihi videtur. quod Mommsen statuit, Traianum ideo in Papiria fuisse, quod a Nerva, qui erat Narniensis, adoptatus sit, tum poterit probari, cum Narniam in Papiria fuisse satis aliquis probaverit[421]).

5. Aelii censebantur[421a]) in Sergia.

1. „*P. Aelio P. f. Serg. Hadriano, cos., VIIviro epulonum*, cet.“ C. I. L. III n. 550. = C. I. A. III n. 464 Athenis rep.; a. 112.

---

[416]) proavum *iactatum a quibusdam, e regione Transpadana fuisse mancipem operarum, ...subsedisse autem in oppido Reatino* Suet. *Vesp.* c. 1. avus fuit T. Flavius Petro, municeps Reatinus (ibid.), Vespasianus ipse natus est in Sabinis ultra Reate vico modico, cui nomen est Phalacrine, (c. 2), cf. Aur. Vict. *Caes.* 8, 5.

[417]) cf. cap. IV §. 3.

[418]) Mommsen l. c. III p. 230 sq.

[419]) Vict. *Caes.* 13, 1. Eutr. 8, 2. App. *Hisp.* 38.

[420]) cf. cap. IV §. 5.

[421]) cf. cap. IV §. 4.

[421a]) Mommsen l. c. III p. 234. Dürr *die Reisen des Kaisers Hadrian* p. 11, not. 29.

2. „*P. Aelius P. f. Ser[gi]a Apollin. Nicop(oli), factus mil. ann. XXI, missus honesta missione ann. XXXVII, ex coh. VI pr(aetor.) γ Vitani Corneliani* — —“ C. I. L. VI n. 375 Romae (a. p. C. 148). Nicopolis tribus nondum innotuit, neque quod oppidum hoc nomine significetur intellegi potest.

3. „*P. Ael. P. f. Serg. Bass[us] q(uon)d(am) γ leg. XX V(aleriae) V(ictricis)* — — —“ C. I. L. VII n. 292 Watercrook prope Kendal, quod Calacum antiquitus fuisse videtur.

4. „Πούπ[λ]ιον Αἴλιον [Π.?] Α[ἰλίο]υ υἱὸν Cερ[γ]ία Αυ[cίμ]αχον“ C. I. G. n. 2226 Chii.

5. „— — Π. Αἴλιος Π. Αἰλίου Ἀπολλιναρίου Ἰουλιανο[ῦ] υἱὸς Cε[ργία] Ἀπολλινάρις [Μ]ακ[εδ]ών — — —“ C. I. G. n. 3915 Hierapoli.

Hadrianus, Italica ortus[422]), Sergia utebatur tribu, id quod luculenter titulus Atheniensis (n. 1) ostendit, eamque etiam, postquam a Traiano est adoptatus, retinuit. unde factum est, ut multa oppida ab Hadriano civitate donata ad Sergiam accesserint.

Sed iam hic subsistendum esse nobis puto; nam in iis hominibus peregrinis et libertinis, qui ipsi aut quorum patres civitatis iura et nomina ab imperatoribus Galba Othone Vitellio Nerva Pio acceperunt, in tanta titulorum inopia non ita de peculiari quadam tribu constat; atque in Aureliis, quorum tituli sunt frequentissimi, cum a quonam imperatore civitatem acceperint, rarissime constet, quaestio est difficillima. titulos tamen perscrutatus, cum tribum eandem ubique fere atque originis fuisse cognoverim, aetate illa, qua tribuum vis magis magisque imminuebatur, tribus, quas imperatorias licet dicere, iam evanuisse suspicor.

Consentaneum est filios eorum, qui tribu quadam imperatoria erant ornati, cum in oppidis, quae non a civibus Romanis vel Latinis habitabantur, sedem haberent, patrum suorum tribum et ipsos servavisse. quae res nisi ita se habebat, cur saeculo altero exeunte vel etiam tertio ineunte Claudii et Flavii aliquot in Quirina, quam maiores eorum principis cuiusdam gratia erant consecuti, fuerint, vix potest intellegi. ut autem filius tribulis alicuius Palatinae, sic is qui ortus erat ab eius quod dixi generis homine, cum oppidi civium Romanorum vel Latinorum municeps esset factus, in originis suae tribum transiisse videtur. cuius rei certum testimonium unum tantum quod afferam mihi praesto est, titulus scilicet Puteolanus supra scriptus (C. I. L. X n. 2569) Julii Menophili in Fabia censiti, cuius filii duo in Falernam transierunt.

Sed ab hoc loco non abhorrere videtur, ut de Fabia tribu, quae civibus Roma ipsa oriundis erat concessa[423]), pauca exponam. haec autem eius inveni exempla:

---

[422]) Spartian. *vita Hadr.* c. 1.

[423]) Grotefend *imp. Rom. tr. descr.* p. 75, qui pomerio ab imperatoribus prolato Fabiae tribui, quae intra fines illos accesserant loca data esse coniecit, errare mihi videtur.

vigilum a. 113 C. I. L. VI 221,
a. 203 C. I. L. VI 220 (series),
coh. urban. a. 122 C. I. L. VI 477,
a. 160 C. I. L. VI 2896,
a. 197/8 C. I. L. VI 3884 (decies quinquies),
a. 198 C. I. L. VI 2384 (ter),
a. — C. I. L. VI 14. 2902.

deinde hi, de quorum militiis prioribus non sumus edocti,

centurionis leg. V Mac. trecennarii coh. III pr. Eph. II n. 357.
tribuni coh. I Ligurum C. I. L. III 435.
praef. coh. II Alp. eq. C. I. L. III 3646.
beneficiarii proc. Aug. Eph. II 683.

praeterea testis cuiusdam C. I. L. III dipl. 9 (script. a. d. XII Kal. Jun. 74)
hominis ignoti cuiusdam II 4322.
feminae cuiusdam Eph. IV 174[424]).

Vigiles et cohortium urbanarum milites, quos magna ex parte libertinos fuisse constat, cum eos, ubi cives facti erant, in sui quemque oppidi tribum referri mos esset, si Romam ipsam originem dicebant, in Palatinam debebant inire[425]). quodsi in unam ex tribubus rusticis, Fabiam dico, recepti sunt, id principis cuiusdam favore Juliae gentis factum esse mihi videtur[426]): atque ad Augustum potissimum, qui cohortes illas condidit, id referendum esse videtur.

§. 6. De consiliis, quae Caesar et Augustus in oppidis tributim discribendis secuti sint.

De ratione in oppidis per Galliam transpadanam in tribus vocandis adhibita mihi supra inquirenti Caesares, et pater et filius, non eadem secuti esse visi sunt consilia: ille enim provinciarum omnium incolas ad Romanorum leges mores iura perducere cum sibi proposuisset[427]), socios, qui vitae morumque praestabant cultu, ubi primum potuit, in civitatem et tribuum amplissimarum societatem adscivit; hic civitatis honorem, ne vulgaretur, veritus raro[428]) eum ac tantum in tribubus notae inferioris[429]) peregrinis concessit. iam vero in hac re

---

[424]) attamen Alpium maritimarum incolis ius Latii una cum Quirina dedit; cf. Marquardt. *Staatsverw.* I[2] 280.

[425]) Collina Esquilina Succusana ad alia hominum genera pertinebant.

[426]) certe iam ante a. 74, quo (die XII. ante Kal. Junias) tabula honestae missionis modo commemorata (C. I. C. III dipl. 9) signata est.

[427]) Mommsen *röm. Gesch.* III[4] 536. sqq.

[428]) Suet. *Oct.* 40: *magni praeterea existimans, sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum: et civitatem Romanem parcissime dedit, et manumittendi modum terminavit.* plura principis illius severitatis quae conferas hoc loco proponit Suetonius exempla.

[429]) id quod ex Augusta Praetoria in Sergiam tribum recepta p. 107 conclusi aliisque mox probare studebo exemplis.

paullulum subsistendum et, num quae supra de Gallia statui in reliquis quoque imperii Romani provinciis ita se habuerint, circumspectandum mihi videtur, praesertim cum ad quaestionem illam satis scopulosam de oppidis Julii nomine ornatis aliquam sperem inde redundaturam esse lucem. oppidorum enim Juliorum origines et honores aut ad C. Caesarem dictatorem aut ad Antonium Lepidum Octavianum triumviros r. p. c. aut ad Octavianum solum, antequam (a. 727/27) Augustus appellatus est referamus necesse est[430]). ex quorum oppidorum numero si ea, quae a triumviris condita vel aucta sunt, quippe quae (praeter Lugudunum) inter Italiae fines tunc iam tributim discriptos sita fuerint[431]), eximuntur, de iis tantum, quae Caesaris et Octaviani beneficiis aucta sunt restat ut exponamus. sed civitatium earum originum memoria ad aetatem nostram tam exigua permanavit, ut in paucissimis certa nobis res sit: de oppidis aliquot ex aetate titulorum vel nummorum vel auctorum qui primi illarum mentionem iniecerunt, coniecturam aliquam facere licet. quae res admodum est lubrica, quoniam Caesar oppida nec condidit neque auxit nisi extremis vitae suae temporibus ac perrara quinquennii illius (705/49 — 711/44) monumenta nobis exstant: de plerisque nihil nobis omnino innotuit. accedit quod Caesar filius patris saepissime pressit vestigia oppidaque, quae civitatis vel Latii honorem ad illum referebant, auxit ita, ut minus etiam, utrius ea fuerint beneficia, dignoscas.

Quae cum ita se habeant, ut, num recte de Caesaris et Octaviani beneficiis exposuerim, alterum civibus suis tribus, quas dixi meliores, alterum minores dedisse[432]) intellegas, oppidorum, quorum alterutrum auctorem fuisse constat, indicem perlustrabo. ac priore loco Caesaris recensebo oppida, quorum tribus nobis innotuerunt: reliqua omittam. disponam autem ea ita, ut quae in una ex octo illis tribubus minoribus Caesare auctore censa esse videntur in unum congeram, quo facilius de iis iudicium ferri possit. sunt autem haec:

1)	Forum Julii	Galliae Narb.	in Aniensi[433])
	Sinope	Bithyniae	Pollia[434])
	Acci	Hispaniae Tarr.	Pupinia[435])
	Baeterrae	Galliae Narb.	Pupinia[436])

[430]) cf. Borghesi *oeuvres* V 261 sq.
[431]) Zumpt *comm. epigr.* I 341.
[432]) cf. p. 80.
[433]) Zumpt *comm. epigr.* I 315. C. I. L. XII p. 38.
[434]) Zumpt l. c. 316. Marquardt *Staatsverw.* 357.
[435]) Zumpt l. c. 313. Hübner C. I. L. II 458.
[436]) Zumpt l. c. 316. Marquardt l. c. 264.

Cirta	Africae	Quirina[437])
Arelate	Galliae Narb.	Teretina[438])
2) Carthago	Africae	Arnensi

a. 632/122 colonia C. Graccho auctore iussa, insequenti anno 633/121 Minucia lege sublata, a. 710/440 a Caesare dictatore iterata est (Strabo XVII 3, 15. Plut. Caes. 57. Dio XLIII 50. App. Pun. 136), sed inter annos 714/40 et 718/36 Lepidus colonos expulit. a. 725/29 Appiano (Pun. 136) et Dione (LII 43) testibus Octavianus iterum coloniam deduxit. ceterum Carthaginienses ad eam aetatem usque, qua Octavianus oppidum denuo condidit, usque ad annum fere 725/29 patriis usos esse magistratibus et libertinos quoque ad illos evectos esse constat, cf. Wilmanns. C. I. L. VIII p. 133.

Curubis Africae in Arnensi.

coloniam Caesar dictator eo deduxit (cf. C. I. L. VIII n. 977), unde colonia Julia Curubis vocatur in titulo n. 980 (Wilmanns l. c. p. 127). in titulo illo n. 977 duumvirum, qui ibi nominatur, libertinum dici animadvertas.

Neapolis Africae in Arnensi.

Wilmanns (C. I. L. VIII p. 125) hoc oppidum, quod Julium vocatur in titulo n. 968, anni 282/3, Caesaris fuisse coniecit. sed cum Plinius, utpote Agrippam secutus, Neapolim liberam dicat (V 4, 34), de colonia autem taceat, malim suspicari Augustum post Agrippam mortuum eam civitatem, quae usque eo libera fuerat, civitate Romana et tribu donavisse. simili modo Thysdrus, quae civitas a Caesaris adversariorum partibus steterat eiusque rei poenas dederat, a Plinio (V 30) libera vocatur, quamquam eam postea a Caesare filio coloniam factam atque in Galeriam tribum adscitam esse constat (cf. C. I. L. VIII p. 12. 923). sane Julium quo utuntur haec oppida nomen ab Latii iure a Caesare aut Octaviano iis donato originem traxit.

Gades Hispaniae ult. in Galeria.

Cassius Dio XXXXI 24 ad a. 705/49. ἐτίμησε δὲ καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πολλούς, καὶ τοῖς γε Γαδειρεῦσι πολιτείαν ἅπασιν ἔδωκεν, ἣν καὶ ὁ δῆμός σφισιν ὕστερον ἐπεκύρωσε. Liv. ep. CX *Gaditanis civitatem dedit* (*Caesar*). sed tamen in titulis *municipium Augustum*, nusquam *Julium* miro modo vocatur.

Urso Hispaniae cit. in Galeria[439]).

Colonia Julia Genitiva *iussu C. Caesaris dict*(*atoris*) *ded*(*ucta*) *est* (lex. col. Genit. 5, 31 cf. 6, 15) vel potius *iussu C. Caesaris dict*(*atoris*) *imp*(*eratoris*) *et lege Antonia senat*(*us*)*que c*(*onsulto*) *ple*(*bis*)*que sc*(*ito*) *ager eius datus adsignatus est* (ibd. 5, 12). colonos ut videtur deduci iussit Caesar, 'Ursonem propterea quod Ursonenses quippe qui vel post victoriam ad Mundam pertinaciter sese defendissent, sine dubio agro privarat'. tamen deductam esse 'coloniam non tam ab ipso Caesare quam iussu eius lege de ea re a M. Antonio data ex additamento supra relato efficitur. ....deducta...est colonia vel certe lex perscripta primis post C. Caesaris obitum mensibus...' (Mommsen Eph. ep. II p. 119 sq.) nihil igitur obstare videtur, quominus Galeriam tribum, in qua,

---

[437]) Marquardt l. c. 479 sq.

[438]) Zumpt l. c. 315. C. I. L. XII p. 83.

[439]) de aliis in Hispaniis oppidis, quorum origines ad Caesarem unus alterve ex viris doctis rettulit, conferas ea, quae in cap. III § 7 congessi.

nisi fallor, censebantur Ursonenses, mortuo demum C. Caesare, cum ea lex aliis quoque supplementis aucta esset, lege de colonia deducenda civibus datum esse statuamus.

In oppidis quae modo dixi, Carthagine Curubi Ursone[440]), ab rerum scriptoribus ad C. Caesarem dictatorem relatis, praeter consuetudinem libertinis honores petere atque in curia sedere licebat[441]). 'iam cum rerum auctores referant Caesarem octoginta civium milibus in transmarinas colonias distributis urbem exhausisse (Suet. Caes. 42) eosque ex libertino genere maxime traxisse (cf. Strab. VIII 6, 23. XVII 3, 15 ἐποίκους Ῥωμαίων τοὺς προαιρουμένους καὶ τῶν στρατιωτῶν τινας) ...intellegitur, cur in coloniis illis transmarinis cum primum decuriones magistratusque crearentur (nam perpetuo id licuisse nequaquam probabile est) etiam libertini homines pariter atque ingenui ad honores admissi inveniantur'[442]). quod si quis idcirco Caesarem coloniis quas dixi utpote ex hominibus urbanis et libertinis deductis minorem quandam dedisse tribum coniecerit, equidem non adsentiar. quoniam rationem prorsus aliam in oppidis tributim discribendis Caesarem secutum esse existimo. iam vero, quae de his oppidis censeam, explicabo. Caesar enim ea oppida (Ursonem cuius res dictator non ordinavit praetereo) non colonias vel municipia fecisse sed agros illos civibus cum ingenuis, tum libertinis, qui eos colerent, adsignavisse mihi videtur, ita ut Gades e. g. tunc nondum oppidum civium Romanorum, sed stipendiariam civitatem, ubi cives Romani consistebant fuisse existimem. comprobat hoc et quod Carthagine et Curubi Romani magistratus desunt vel numorum patriorum usus frequens est et libertini magistratus ineunt et in curia sedent (quae omnia ad oppidum civium Romanorum minime quadrare quis negabit?) et quod Gades Julio nomine prorsus carent, id quod minime fieri potuit, si Caesarem oppidum illud civitate donavisse recte statuunt viri docti. atque ne hanc meam opinionem subtilius quam verius me edidisse qui putent sint, Caesarem hanc rationem etiam in alio oppido secutum esse moneo. dico Novum Comum, cuius colonos Caesar ex parte in civitatem adsciverat; oppidum tamen ipsum aliquot annis post in civitatem iniit[443]). itaque oppida ea a Caesare filio eo beneficio aucta esse puto. forsitan pater ipse, si diutius vixisset, idem fecisset. accedit enim ad ea, quae iam attuli, quod Caesar eo ipso anno, quo mortuus est, Carthaginem et Ursonem condidit necdum oppidorum condiciones ordinasse videtur. certe lex illa, qua Urso condita est, Caesare demum mortuo perscripta est, ut aut ad

---

[440]) accedit Clupea, quam cum oppida eius tribus mihi nondum innotuerint, h. l. omisi.

[441]) cf. Mommsen. *Eph. epigr.* II p. 133.

[442]) Mommsen l. c.

[443]) cf. p. 80.

triumviros aut potius ad Octavianum ipsum Arnensem et Galeriam, in quibus tribubus oppida illa censebantur, referre possis. Curubim Caesar iam a. 709/45, extremo fortasse anno, deduci iussit, ita ut idem, quod de Carthagine et Ursone, de Curubi liceat statuere.

Iam age de Augusti oppidis explicemus, quae ita disponam, ut quae non in una ex octo minoribus tribubus censa videntur, a reliquis disiungam. sunt autem haec:

1)	Saldae	Africae	in Arnensi[444])
	Berytus	Syriae	Fabia[445])
	Antiochia	Syriae	Sergia[446])
	Augusta Praetoria	in Salassiis	Sergia[447])
	Jader	Dalmatiae	Sergia[448])
	Aquae Sextiae	Galliae Narb.	Voltinia[449])
	Carcaso	Galliae Narb.	Voltinia[450])
	Nemausus	Galliae Narb.	Voltinia[451])
	Philippi	Macedoniae	Voltinia[452])
	Ruscino	Galliae Narb.	Voltinia[453])
	Vienna	Galliae Narb.	Voltinia[454])
2)	Dyrrhachium	Macedoniae	Aemilia[455])
	Alexandria Troas	Asiae	Aniensi[456])
	Caesaraugusta	Hispaniae Tarr.	Aniensi[457])
	Utica	Africae	Quirina[458])

quod Augusta Bagiennorum[459]) in Camilia et Augusta Emerita[460]) in Papiria censebantur, id factum mihi videtur eo, quod Augustus alteram coloniam in Albae Pompeiae, qui tunc iam tributim descriptus erat, agro deduxit[461]), alteram in agro Metellinensi in Papiriam recepto.

---

[444]) Zumpt l. c. 380. Wilmanns C. I. L. VIII p. 133.

[445]) Zumpt l. c. 379. Mommsen *res gestae divi Aug.* p. 82. Marquardt l. c. 427.

[446]) Zumpt l. c. 379. Mommsen l. c. Marquardt l. c. 364.

[447]) Zumpt l. c. 350. Marquardt l. c. 120. Mommsen l. c.

[448]) Marquardt l. c. 372. Mommsen C. I. L. III p. 375.

[449]) Marquardt l. c. 266. C. I. L. XII p. 65.

[450]) Marquardt l. c. 265.

[451]) Mommsen *res gestae divi Augusti* p. 82.

[452]) Mommsen l. c. Zumpt l. c. 377. Marquardt l. c. 320.

[453]) Marquardt l. c. 266.

[454]) Zumpt l. c. 370. Marquardt l. c. 266.

[455]) Zumpt l. c. 377. Marquardt l. c. 320. Mommsen l. c.

[456]) Zumpt l. c. 378. Marquardt l. c. 347. Mommsen l. c.

[457]) Zumpt l. c. 367. Marquardt l. c. 256. Mommsen l. c.

[458]) „Caesar Uticenses sibi *pro quibusdam in eos beneficiis* devinctos dicit, quod beneficium per legem aliquam Juliam datam esse auctor belli Africani refert: quid autem ea lege iis tributum fuerit nescimus, probabiliter tamen Mommsen de Latinitate cogitavit." Wilmanns C. I. L. VIII p. 149. Cassio Dione XLVIIII 16 auctore paucis annis post, a. 718/36, Augustus τοὺς Οὐτικησίους πολίτας ἐποιήσατο.

[459]) Marquardt l. c. 120. Mommsen l. c.

[460]) Hübner C. I. L. II p. 52.

[461]) cf. adn. 260.

Cum igitur oppidorum, quae non in una ex octo minoribus tribubus censebantur, numerus admodum parvus videatur, dubitare licet, num Augustus ea non tam condiderit quam iteraverit vel oppidanos iam antea civitate Romana usos maiore beneficio illo auxerit. sed utcumque res est, id maiore exemplorum quae protuli numero evincitur oppida Julia, quae in una ex viginti tribus melioris notae tribubus censebantur, ad Caesarem, reliqua ad Octavianum referenda esse. quae si recte disputavi, iam, ut exempla quaedam promam, Noviodunum[462]) in Cornelia censum, Assuram[463]) in Horatiam adscitum, aliaque Caesaris: Thysdrum[464]), quod erat in Galeria, aliaque Augusti esse suspicaberis[465]).

Sed quam de Caesaris et Octaviani beneficiis sententiam tuli, cum quibusdam argumentis non ubique satis certis in ea re usus sim, iam aliunde quoque petitis ac luculentioribus comprobare studebo. etenim provinciarum imperii Romani uni alterive, ut ad civitatem vel Latii ius tota simul perduceretur, contigit. unde de honorum, qui oppidis in iis regionibus sitis sunt dati, auctoribus aliquo modo constat. dico Hispanias, quibus Caesar uterque Galba Vespasianus favebant, Galliam Narbonensem, quam Caesar et pater et filius beneficiis suis ornaverunt, Dalmatiam, quam Caesar filius solus in altiorem quendam dignitatis gradum provexisse videtur. si igitur Galbam Pomptinam, Vespasianum Quirinam suis dedisse civibus cognitum habemus, iam facilis est de Caesaris et patris et filii oppidis coniectura.

§. 7. Hispaniae tributim discriptae depinguntur.

De Hispaniis tributim discriptis mihi acturo pauca quaedam praefanda videntur de provinciarum earum, qui fuit liberae rei publicae Romanae temporibus, statu et condicione[466]). Romani cum Carthaginienses, qui Punicum aucturi imperium in Hispanias exercitum traiecerant atque Hamilcare Hasdrubale Hannibale ducibus victricia indigenis intulerant arma, anno demum 548/206 Gadibus expugnatis e tota paeninsula expulissent, civitatibus, quae ante in Poenorum dicione fuerant, leges et fines reddere noluerunt, ne Poeni regiones a Romanis relictas armis repeterent. quare ut eiusmodi reprimerent conatus, P. Cornelio Scipione ex Hispania reduce L. Lentulum, mox L. Manlium Acidinum novae provinciae praefecerunt. anno demum 557/197

---

[462]) Marquardt l. c. 267 not. 4.

[463]) Marquardt l. c. 480.

[464]) C. I. L. VIII p. 12. 923.

[465]) praesertim cum, id quod iam commemoravi, nulla oppida praeter Lugudunum extra Italiae fines condita ad triumviros referre possis.

[466]) cf. Forbiger *Geogr.* III ² 24 sqq. Marquardt *Staatsverw.* I ² 251 sqq.

Hispania bipartita in iustam provinciae formam redacta est, cuius alteram partem ulteriorem, alteram citeriorem esse voluerunt. tunc autem Ibericae paeninsulae eae tantum regiones, quae in meridiem et ad orientem spectant neque multo negotio a Romanis mari interno traiecto adiri poterant, in Romanorum redactae sunt dicionem. reliquae gentes, quae per loca interiora et in remotioribus oris maritimis habitabant, ut antea Carthaginiensibus sic Romanis in fidem venire nolebant. neque vero omnes vel ex parte aliqua innotuerant Romanis. qui indigenas ne Romanos agros vastarent prohibituri ac pedetentim subacturi quattuor simul vel plures etiam legiones ducentos fere continuos annos alere in Hispania ac diuturna et atrocissima bella vario Marte gerere sunt coacti.

Celtiberos igitur post maximos labores tandem subegerunt M. Porcius Cato a. 557/197 et Ti. Sempronius Gracchus a. 574/170—576/168. Lusitani deinde Viriatho duce fortissime contra Romanos pugnaverunt, donec illo suorum proditione circumvento (a. 614/140) bellare desierunt. D. Brutus Callaecus a. 666/138—668/136, Lusitanos qui inter Tagum et Atlanticum oceanum habitabant, Numantinos a. 621/133 et finitimas gentes P. Scipio Numantinus devicit, reliquos Lusitanos a. 693/61 C. Julius Caesar pacavit. Augustus denique imperator a. 727/27—729/25 Cantabris et Asturibus devictis totam paeninsulam in Romanorum dicionem redegit, quae, ut facilius administraretur, in tres partes divisa, Baeticam, Lusitaniam, Tarraconensem, mox praeter ceteras Romani imperii provincias effloruit.

Variae erant gentes per Hispaniam variique eorum mores et cultus[467]) atque indigenae ipsi inter se erant dissimillimi. qui, cum vetustis iam temporibus Celtae accessissent, deinde colonos cum Phoenices tum Carthaginienses, postea Graecos receperunt. Romani denique, quocumque aut arma ferebant aut negotiandi causa migrabant, suos mores et usus, sermonem et leges quam maxime servabant. qua gentium varietate factum est, ut in aliis regionibus mores et habitus hominum essent alii. mitioris enim ingenii ii erant, qui oris proximi eas paeninsulae regiones incolebant, quae in orientem vel meridiem spectant, quippe qui potissimum[468]) advenarum moribus cultis imbuti essent et fertilissimis agris uterentur. contra barbari paene ac longe omnium ferocissimi Cantabri dicebantur quique praeter eos septemtrionales[469]) et occi-

---

[467]) cf. Forbiger l. c. III[2] 19 sqq. Pauly *real. encycl.* III p. 1391 sqq. Mommsen *röm. Gesch.* I[4] 685 sqq.

[468]) cf. Strab. III 3, 8 τὸ δὲ δυσήμερον καὶ ἀγριῶδες οὐκ ἐκ τοῦ πολεμεῖν συμβέβηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἐκτοπισμόν· καὶ γὰρ ὁ πλοῦς ἐπ' αὐτοὺς μακρὸς .....ἧττον δὲ νῦν τοῦτο πάσχουσι διὰ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπιδημίαν. ὅσῳ δ' ἧττον τοῦτο συμβαίνει, χαλεπώτεροί εἰσι καὶ θηριωδέστεροι.

[469]) Lusitani, Cantabri ceteri, etsi fertilibus latisque utebantur agris (Strabo III 3, 4. 5 cf. III 1, 6), bello potius (III 3, 3) et latrociniis (III 3, 5. 8) quam agri-

dentales habitabant oras. Romani autem, ut totam paeninsulam pacarent et mitigarent, non solum ferro ignique studebant efficere, sed quod longe praestabat, viis sternendis [470]), oppidis constituendis [471]), civitate donanda provincialium animos sibi devinciebant. ac plurimum in Baetica pacanda profecerunt [472]). id quod iam inde colligi potest, quod Augustus a. 727/27 [473]), cum provincias inter se et senatum dividendas curaret, Baeticam senatui reddidit, Tarraconensem et Lusitaniam [474]), quas utpote *provincias validiores annuis magistratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat* [475]), ipse recepit. Vespasiani autem aetate paeninsula Latii iure vel civitate ipsa Romana utebatur iam tota.

Augusti aetate Hispaniae oppidorum qui fuerit status quique numerus, optime ex Plinii descriptione quam tertio quartoque *Naturalis historiae* inseruit libris potest intellegi. in quorum oppidorum indicibus conficiendis et M. Vipsani Agrippae, qui a. 741/13 diem supremum obiit, commentariis et M. Terenti Varronis, qui a. 727/27 mortuus est, libris usus est ac quidem ita, ut maritima oppida hoc, illo interiora enumeraret duce. Agrippae libros autem ita adhibuit, ut quae oppida post Agrippam mortuum altiorem quendam dignitatis iniissent gradum, eo tamen ordine quo Agrippa proponeret, nisi quod quae coloniae ius adepta essent [476]), praeter cetera explicavit. itaque Plinius non Flavianae, sed Augusteae prorsus aetatis imaginem nobis adumbrat. quae res eo gratior nobis exstitit, quo minor titulorum numerus ex Augustea, longe maior ex Flaviana aetate ad nostram permanavit memoriam.

---

culturae studebant. Tarraconenses ex magna parte μt armis cibum sibi compararent, terrae in qua habitabant, utpote minus ad agriculturam aptae effecit inopia (Strabo III 1, 2. 1, 6. 3, 3. 3, 8). vide quae de Hispaniae caelis exposuit Kloeden *Erdkunde* II ² 1, 50 sq.

[470]) Polyb. III 39. Sall. *hist.* fr. p. 820 Cort.

[471]) Cass. Dio LIIII 23.

[472]) Plin. *nat. hist.* III 7 *cunctas provinciarum divite cultu et quodam fertili ac peculiari nitore praecedit.* Strabo (qui Augusti et Tiberii scripsit aetate) III 1, 2 ἡ δὲ νότιος (Ἰβηρία) πᾶσα εὐδαίμων σχεδόν τι καὶ διαφερόντως ἡ ἔξω στηλῶν. 1, 6 οὐκ ἀπολείπει πρὸς ἅπασαν κρινομένη τὴν οἰκουμένην ἀρετῆς χάριν καὶ τῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης ἀγαθῶν. 2, 1 Turdetanorum multa fuisse dicit oppida. 2, 15 οἱ μὲν Τουρδητανοὶ καὶ μάλιστα οἱ περὶ τὸν Βαῖτιν, τελέως εἰς τὸν Ῥωμαίων μεταβέβληνται τρόπον οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. Λατῖνοί τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι καὶ ἐποίκους εἰλήφασι Ῥωμαίους ὥστε μικρὸν ἀπέχουσι τοῦ πάντες εἶναι Ῥωμαῖοι. αἵ τε νῦν (sc. Augusti aetate) συνῳκισμέναι πόλεις....τὴν μεταβολὴν τῶν λεχθεισῶν πολιτειῶν ἐμφανίζουσι. καὶ δὴ τῶν Ἰβήρων ὅσοι ταύτης εἰσὶ τῆς ἰδέας τοιοῦτοι λέγονται.

[473]) quod de Lusitaniae historia antiquissima minus adhuc edocti sumus, ad eam rem, quam tractamus, nihil videtur pertinere.

[474]) Cass. Dio LIII 12.

[475]) Suet. *Oct.* 47.

[476]) in Hispaniis una colonia ita addita, Flaviobrigam dico, Plin. IIII 110.

Baetica [477]).

ACINIPO QVIRina

C. I. L. II p. 181. — Ronda la vieja; stipend. opp. dicit Plin. III 14.

β II 1348 (Acinipone — Hübn.[478])) *„M. Mario M. f. M. n. Quir. Frontoni pontificali, IIvir. pleps patrono — —“.*

γ II 1349 (id.) *„Q. Servilio Q. f. [Mae]c(ia) [479]) Lupo pontificali, patro[no].....“*

AL....II [480]) QVIRina

α II 954 (Niebla = Ilipulae (?) — Caro, Delgado [481]) *„M. Cur[iatius Q]uir. Longinus Al....iiensis [482]) decurio Illipu[lensis ....o?]b (h)ono[rem decur(ionatus)] — — —“*

ANTICARIA QVIRina

C. I. L. II p. 276. — Antequera. Mommsen apud Hübnerum l. c. (in nota) titulo C. I. L. III n. 1196 Apuli reperto usus Anticariam ‘Sulpiciae’ cognomen et municipii ius a Sulpicio Galba traxisse coniecit, quamquam ob tituli interpretationem admodum incertam dubitans. quod si recte se habet, iam videas quaeso, num duobus, quos iam adferam, testibus Quirina confirmetur.

γ II 2035 (Anticariae — Vilches, al.) *„libertatis Aug. signum cum basi C. Fabius C. f. Quir. Fabianus — —“.* 2042 (Ant. — Pigh. cod., al.) *„L. Calpurnio Quir. [Macri]no ordo Nesc(aniensis) statuam publice decrevit“* [483]).

ARVA QVIRina

C. I. L. II p. 138. — Alcoléa del Rio. Augusti aetate oppidum stipendiarium erat (Plin. III 11), postea municipium Flavium factum est.

α II 1065 (Arvae — Morales, al.) *„Q. Traio Q. Trai Areiani fil. Quir. Areiano Arvensi, huic ordo municipi Flavi Arvensis ob merita laudation., impensam funeris, locum sepulturae et statuam decrevit — — —“.*

---

[477]) Grotefend p. 106—113 ita Hispaniam Baeticam tributim discriptam putat, ut in Galeria fuerint Arsa, Asido Caesariana, Barbesula, Carissa, Carmo?, Carteia, Cisimbrium, Contributa, Corduba, Epora, Gades, Hispalis, Illiberi, Iliturgicola, Isturgi?, Nertobriga, Obulco, Olaura?, Oningis, Siccaena, Ulia, Urgao; in Sergia Attubi, quam nullam fuisse Hübner docuit, Italica, Tucci; in Papiria Astigi, Ilipula Laus?; in Quirina Acinipo, Anticaria, Arundo, Arva, Astapa, Aurgis, Axati, Canama, Cartima, Conoba?, Ilipula minor, Ilurco, Iluro. Ipsca, Laconimurgis?, Malaca, Munigua, Nescania, Osca, Oscua, Salpensa, Segovia, Singili.

[478]) in titulis Hispanis et locos ubi tituli reperti sunt et auctores, qui eos tradiderunt, cum non nimia saepe iis sit auctoritas, addendos putavi.

[479]) ‘...C *initio certa est, ut de tribu quamvis rara in Hispaniis cogitari necessarium sit*’ Hübn.

[480]) ‘*nomen eius oppidi unde natus fuit decurio hic Illipulensis, nequaquam quaerendum est inter eiusdem regiones civitatis* [?]. *ego a supplementis omnino abstinui ut in lectione nimis incerta*’ Hübn.

[481]) ‘*qui male habitam esse et vix legi potuisse adnotat*’ Hübn.

[482]) AL....IIENSIS tradit Caro, AL....IENSIS Delgado.

[483]) ‘*Anticariae tribuendus erat titulus quamvis ab ordine Nescaniensi positus propterea quod Nescania Anticariam titulos transportatos esse praeter arcus ornamenta nullis testimoniis constat. constat quidem similia alibi sexcenties accidisse; sed nihil impedit quominus alius municipii ordinem titulum posuisse municipi Anticariensi putemus in eius patria*’ Hübn.

γ II 1064 (prope Arvam — Hübn.) „*Q. Fulvio Q. Fulvi Attiani f. Q. Fulvi Rustici f. Gal. Carisiano patrono et pontifici* — — —“ [484]). 1068 (Arvae — Hübn. litteris aevi Hadriani) „*L. Fabio Gal. Severo* — —“.

ARVNDA QVIRina

C. I. L. II p. 184. — Ronda. Plinius dicit opp. stipend. III 14.

β II 1359 (Ar. — Hübn.) „*L. Junio L. f. Quir. Juniano IIvir II* — — —“.

ASIDO GALeria

C. I. L. II p. 176 sq. — Medina Sidonia. Asidonem non coloniam, sed municipium fuisse Hübner l. c. p. 175. 176 Plinii verbis III 7 emendatis coniecit.

β II 1314 (Ar. — Hübn.) „*M. Acilius M'. f. Gal. Silo IIvir, praef. cohor* — —“ 1315 (id.) „*Q. Fabio Cn. f. Ga*[*l*]. *Senicae IIIIvir municipes Caesarini*“. 1305 (Jerez — Accursius) „*L. Fabio L. f. Gal. Cordo. IIIIviro populus m*(*unicipii*) *C*(*aesarini*) [485]) *ob XX paria gladiatorum data pro salute et victoria Caesarum* — — —“.

γ II 1318 (As. — Concepcion) *M. Cassio M. f. Gal. Sabino* — —“. 1321 (As. — Gonzalez) „*P. Cornelius P. f. Gal. Julius*“ [486]). 1324 (As. — Hübn.) „*L. Fabio L. f. Gal. Capitoni* — —“ [487]), huc quoque pertinere videtur titulus II 5122 (p. XLIII) prope Baesipponem, quattuor leugas ab Asidone repertus et a Sanchezio et Memigio descriptus: „....*obus concor* | .... *q. coniugio* | .... *XIII* | .... *M. f. Gal.* [*Ge*]*rma* | [*nus?*]. [488]) ..AGR·FAC|...SER|...VS“.

ASTIGI PAPiria

C. I. L. II p. 201. — Ecija. ex Augustae Firmae cognomine non tam de civitatis iuris quam de coloniae honoris origine constat. Plin. III 12. titulus vetustior II 1477.

β II 1476 (Ast. — Accursius, al.) „*C. Cosconius L. f. Pap. Taurus IIvir* — — —“ 1477 (id.) „*Cn. Manlius Cn. fil. Pa*[*p.*] *trib. cohortis praet., praefect. cohortium, IIvir, praefectus iure dic.*“ [489]). 1478 (Ast. — Roa) „....*ius. M. f. Pap. Longinus IIvir bis, praef. ter.* — —“.

γ II 1510 (Ast. — Accursius, Roa) „*L. Vibius L. f. Pap. Rusticus* — — —“.

ζ II 2213 [490]) (Algarbéjo — Venegas) „/. *Postumius A. f. Pap. Acilianus praef. cohort. I* [*Fl*(*aviae*)] *Hisp. miliar.* [*eq*]*uit., pr. imp. et leg. XII fulm., proc. provinc. Achaiae, procurator*....“. — II 1396 (Marchenae — Peutinger, al.) „*T. Domitius T. f.*

---

[484]) *litteris optimis aevi circiter Traiani.* Hübn.

[485]) Hübner mihi non recte de ea lectione dubitare videtur.

[486]) videtur hic Cornelius cognomine carere, Julii autem reliqua nomina intercidisse.

[487]) '*litteris optimis aevi Antoniniani*' Hübn.

[488]) trad. NR MAF

[489]) ad PA[*p*(*iria*)] Hübner haec adnotat: PA/// *traditur, unde Muratori* PAVLLINVS *dedit male; quod cognomen hominis, numerus cohortis praetoriae et cohortium nomina desunt, eo tituli antiquitas indicatur, i. e. aetas Augusta; is enim cohortes praetorias instituit.*

[490]) in parte antica huius tituli est carmen sepulcrale Martini episcopi Astigitani, qui a. p. C. 931 obiit. tabulam hanc, quae reperta est in Algarbejo vico *en el pago de el Monedero en la sierra de Cordova, 3*$^1/_2$ *leguas de ella*, vix recte Hübner ad Cordubam pertinere putavisse mihi videtur.

Pap. Clemens — — T. Domitius T. f. Pap. Agrestis — — T. Domitius T. f. Pap. Optatus — —“ 1398 (Marchenae — Sanutus, cuius lectio Hübnero melior quam aliorum videtur) *„T. Fannius T. f. Pap. Proculus — —“*.

AXATI QVIRina

C. I. L. II p. 137. — Cora del Rio. Augusti aetate erat oppidum stipend. (Plin. III 11), postea municipii Flavii honore auctum.

α II 1054 (Lora — Strada, Morales, Gusema, Merchante) *„C. Juventio C. f. Quir.*[491]) *Albino aed., IIvir., munificentissimo civi municipes et incolae ob merita patrono patriae dederunt.“*

BAESIPPO

titulum II 5122 ad Asidonem supra rettuli.

BARBESVLA QVIRina

C. I. C. II p. 245. — La torre y cortijos de Guadiaro (?). stipendiariam dicit Plin. III 18 cf. III 5. postea municipium factum est, cf. C. I. L. II n. 1941.

β II 1940 (Torre Guadiaro = Barbesula? — Hübn.; litteris bonis aevi fere Traiani) *„C. Cervio Quintiano Quir. IIvir., huic ordo splendidiss. statuam dec., Cer(vius) Honorat(us) Ost(orianus) Ruf(us) pat(er) hon. accept. d. s. p. p.*

alter lapis Galeriam praebet: β′ II 1941 (Barb. — Fariña, al.) *„L. Fabio Gal. Caesiano IIvir(o), flamini perpetuo m. m. Barbesulani — — —“*[492]).

BATORA[493])

β (?) II 1677 (Tucci — Rus Puerta) *„P. Fabio P. f. Gal. Juliano IIvir. bis, pont., ordo Batores. — —“*.

CANAMA QVIRina

C. I. L. II p. 140. — Villanueva del Rio. Augusti aetate (Plin. III 11) opp. stipend., postea municipium Flavium, cf. C. I. L. II n. 1074.

β II 1074 (C. — Caro) *„L. Attius Quir. Vetto flamen, IIvir m. m. Flavi Canam. — — —“*. Canamensis fortasse municeps invenitur in titulo II 1182 (Hispali — Accursius) *„C. Aelio C. f. C. n. Quir. Avito lyntrariorum omnium patrono lyntrari Canamenses, Oducienses, Naevenses“*.

CARISSA GALeria

Carissam, cognomine Aureliam, quam Latio vetere donatam dicit Plinius III 15, ubi nunc est Bornos, sitam fuisse vulgo statuunt. quam sententiam reiecit Hübner C. I. L. II p. 185.

γ II 1367 (Bornos — Caro) *„L. Fabio L. f. Gal. Severo — —“*.

CARMO GALeria

C. I. L. II p. 188. — Carmona. ‘Carmo iam saeculo u. c. sexto valida urbs secundum Livium, *longe firmissima totius provinciae civitas* teste Caesare, ...imperatorum aetate....ut alia ex antiquioribus non pauca, ab antiquo splendore deficiebat....’ (Hübn.). mihi et ex iis quae attuli et ex

---

[491]) Strada QVIRINO male legit.

[492]) Fulvia Sex. fil. [Honorata] quae est L. Fabii Gal. Caesiani heres *„redit in titulo n. 1939“*, quem *„litteris bonis aevi fere Traiani“* esse adfirmat Hübn.

[493]) si quidem in Baetica situm oppidum fuit, cf. Hübnerum ad II n. 1677.

tribu, quae Galeria fuisse videtur, Carmonem oppidum civitate vel Latii iure ab Augusto donatum esse videtur. Plinius de hoc oppido tacet.

β II 1380 (Carmone — Hübn.) „*L. Junio L. f. M. n. L. pron. Gal. Rufo II[II]vir., pont. Aug., quattuorvirali potest.* — — —".

γ huc vix pertinet II 1389 (Fuentes — Zevallos) „*C. Manli | Cn. f. Ser. | Tolo coni | latro. XLXI*" [sic!][494]).

addam effictos duos titulos, quos Carmone repertos dicit Trigueros II *130 „*C. Sisinn. C. f. Pomptina Balbo aug., aed., IIIIvir r. p. C., s. l.* — —". *131 „*P. Valer. P. f. P. n. L. pron. Quir. Santr. r. p. Carmonens. IIIIvir. IV, aidil., cens. III. d. Cer. sac. Aug. pont. princ. cur. omn. hon. in r. p. s. funct.* — — —".

CARTEIA GALeria

C. I. L. II p. 242. — El Rocadillo. senatusconsulto a. 581/173. Hispani satis multi, ex militibus Romanis et ex Hispanis mulieribus, cum quibus conubium non erat, nati, cum ut sibi oppidum, in quo habitarent, daretur, orassent, Carteiam deducti et veteres eius regiones incolae, qui volebant, adscripti sunt '(*placuit*) *Latinam eam coloniam esse, libertinorumque appellari*)'. Liv. XLIII 3, 1—4.

II 1929 (—, Concepcion ab amicis) „*Q. Cornelio* [— *f.*] *Gal. Senecioni Anniano cos.*[495]), *procos. Ponti et Bit[h]yniae, curatori viae Appiae, legato legionis VII geminae felicis* — — —".

CARTIMA QVIRina

C. I. L. II p. 247 sq. — Cartama. Detlefsen[496]) ob decemviratus quae in titulo II n. 1953 anni 53/4 deprehenduntur vestigia Cartimam oppidum liberum fuisse coniecit. postea municipii dignitate aucta est cf. II n. 1956.

α II 1949 (Cart. — Hübn.) „*Marti Aug. L. Porcius Quir. Victor Cartimitan.* — — —" ≅ 1951 (id.) „*Veneri Aug. L. Porcius Quir. Victor. Cartimit.* — — —". quod autem in titulo alio Cartimitano II 1955 (— Hübn.) „*D. Junio Gal. Melino equiti Romano ex civitate Cartimitana primo facto s[tatu]am amici vivo procu[ra]rant* — — —". Galeria tribus apparet, inde explicari posse puto, quod Junius Melinus Augusti aetate vel paullo post, certe ante Vespasianum et Claudium, cum eques Romanus factus esset, in Galeriam recipi debuit. neque quisquam putabit Vespasiano imperatore demum e Cartima, opulento oppido, primum quemdam equitem Romanum factum esse[497]).

β'—γ II 1954 (Cart. — Hübn.) „*M. Decimio Quir. Proculo pontifici perpetuo ordo Cartimitanus statuam ponendam decrevit* — —"[498]). 1957 (Cart.[498]) — Ferrarinus, Augustini sched., Velazquez, al.) „*L. Porcio Quir.*[499]) *Saturnino pontif. qui pro. hon.*

---

[494]) latet fortasse OCC(*iso*) · A | LATRO(*nibus*) · A · LXI, id quod coniecit Mommsen.

[495]) '*de tempore huius viri nihil constat quam consulem eum fuisse ante a. 136, cum Bithynia consularis semper provincia fuerit*' Hübn.

[496]) *Philol.* XXX (1870) p. 272 sq., rectius quam Hübner l. c. p. 248.

[497]) Hübner p. 248 haec adnotat: '*eques Romanus ex civitate Cartimitana primus factus*' *Galeria tribu in titulo n. 1955 originis potest fuisse externae* (?).

[498]) '*eiusdem fere aetatis, Vespasiani puto, omnes* (*sc. titulos Cartimitanos*) *esse praeter scripturae genus in omnibus aequabile nomina docent* (?) *hominum ex paucis tantum familiis ..... oriundorum. ..... aetati aut Vespasiani aut Domitiani, qua scriptae sunt tabulae Malacitana Salpensanaque respondent etiam quae tam in illis quam in hisce titulis legimus i litterae geminatae .....*' Hübn. II p. 248.

[499]) QVIRIN Ferr., August. sched.

hs. XX. n. d. ut aes alien. rei p. Cartimitan. lib(eraret) — — L. Porcius Quir. Saturnin. — —".

γ II 1961 (— Velazquez, Conde) „*L. Porcio Quir.*[500]) *[R]ustico L. Porcius Qui.*[500]) *[Victo]rinus*[501]) *pater — —*". 1962 (— Berlanga) „*L. Vibius Quir. Rusticus f(ilius)*".

CERET

C. I. L. II p. 126. — inter Ardilam et Guadajiram rivos, ut videtur, alicubi. Ceretanos stipendiarios (Plin. III 22) puto.

de titulis quos Hübner huc pertinere censet II 985 et E. E. III 8 vide quae infra ad Segidensium tribum definiendam contuli.

CISIMBRIVM QVIRina

C. I. L. II p. 292. — Despoblado de Zambra. Plinius III 10 inter oppida stipendiaria enumerare videtur; quadrat, quod in titulo II n. 2096 Cisimbrenses Vespasiano eiusque filio ob civitatem sibi donatam gratias agunt.

tribus ut videtur Quirina, cf. II 2096 (Cis. — Guerra), quem Hübner sic restituit: *[m(unicipes)] m(unicipii) bene[eficio] imp(eratoris) Ca[es]aris Aug(usti) Ves[pa]s[i]ani [et Ti]ti Caesaris Aug(usti) [fil(ii)] VI co(n)s(ulum)*[501a]) *c(ivitatem) R[omanam co]n-s(ecuti) cum [s]u[is] o[mnibu]s per hon(orem) IIv[i]r(atus)* (alia, sed similia coniecit Mommsen ibd.) *.. Valerius [L.] f(ilius) Quir(ina) Rufus s(ua) p(ecunia) d(onum) d(at.)*"

Galeria exhibetur in titulo (ante Vespasianum exarato?) α II 2098 (C. — Rambertus) „*C. Valerius C. f. Gal. Valerianus Cisimbrensis IIvir., pontif. perp. — — —*". huc fortasse pertinet II 1633 (Lucenae — Cadenas) „*L. Valerius L. f. Gal. Sodalis — —*".

CONOBA

Hübner C. I. L. II p. 174 idem oppidum (stipend.) atque *Colobanam* esse dicit, quod Plinius III 11 simul cum Nabrissa Veneria profert.

titulum II 1294 (Nabrissae — Accursius) „*L. Acilio Quirina Albano f. huic ex consensu populi Conoba s[t]a[tu]am*" (trad. SA///AM) „*poni p(o)l(aquit — —*" Grotefend attulit, ut Conobacensium tribum evinceret; quod cur probem aut refellam non habeo.

CORDVBA GALeria

C. I. L. II p. 306 sq. — Cordova. Κόρδυβα .... Μαρκέλλου κτίσμα ..... ᾤκησάν τε ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρες ἐπίλεκτοι· καὶ δὲ καὶ πρώτην ἀποικίαν ταύτην εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἔστειλαν Ῥωμαῖοι (nempe Latinorum) Strabo III 2, 1. postea colonia facta Patriciaque cognominata est. quem honorem a Caesare profectum esse nemo est qui credat, cum semper partibus eius adversa fuerit Corduba. Zumpt *comment. epigraph.* I p. 365 ob magnum Augusti nummorum numerum, cum Caesaris nulli omnino reperiantur, ab Augusto Cordubam auctam suspicatur. cui coniecturae quamquam id quodam modo obstare dicit Hübner, quod Juliae Augustaeve cognomen non inveniatur, malim tamen Zumptio assentiri. — Plin. III 10.

β' II 2224 (— Hübn.) „*L. Julio M. f. Q. nep. Gal. Gallo Mummiano trib. militum coh. maritimae, IIvir. c(ol.) C(ord.) P(atr.), flamini divor. Aug. provinc. Baeticae — — —*". II 2225 (— Hübn.) „*L. Manlio A.f. A. n. Gal. Boccho trib. mil. leg. XV.*,

---

[500]) Hübner sine causa quod traditum est QVI ita supplendum putavit: QVI[R].

[501]) Velazquez de sua coniectura videtur posuisse CARTIMITANVS, Conde habet ...RINVS.

[501a]) est annus 75 p. Chr.

IIvir., praefect. iur. dic. d(ec). d(ec.) c(ol.) P(atr.)". ex titulo II 2245 (Cord. — Alfaro) nihil ad Cordubae tribum effici potest; traditur enim „— — *L. Julius M. [fil.] Qui. Saxio. d*[. . . . .] *Patriciensis* — — —"[502]. neque ex Hispalensi titulo II 1200 (— Hübn.) „*Q. Fabius Q. f. Quirina Fabianus Ilurconensis idem Patriciensis* — —"; Fabius enim ille Fabianus Ilurconensis quidem civis, sed Patriciensis incola fuerit oportet.

γ II 2220 (C. — Alfaro) „[*C. Cosanus — f.*] *Gal.* . . . . . *it. C. Cosanus C. f. Gal. Rusticus flamen designatus provin*[*c.*] *Baet.* — —". Galeriam tribum supplevit Hübner in lapide II 2221 (anni 216).

Extraneorum tribus nonnumquam commemorantur:

2286 (— Hübn.) „*M. Lucius M. f. Sergia*[503]) („litteris optimis et satis antiquis"). 2280 (— Morales) „— — . . . . *s. l. f. Men*(*enia*) | . . . . . *tus* | . . . . . *P. f. Se*[*r*(*gia*) *C*]*eler.*".

ε II 2215[504]) (Cord. — Hübn.) „*T. Acclenus T. f. Qui.*[505]) *centu*[*rio*] — — —" litteris saeculi primi optimis.

ζ II 2213 potius Astigitanus est; cf. quae supra de Astigi dixi.

titulos praeterea hos male attulit Grotefend II 1324. 1536. 1584. est enim primus Asidonensis, alter Uliensis, tertius Saciliensis.

CVRIGA

C. I. L. II p. 134. — Monasterio. de Curigae oppidi statu, cum Plinii verba III 14 sane subobscura emendanda esse coniecerit Hübner et cum uno tantum titulo tribus indicetur, certa quaedam non possum proferre.

γ II 1042 (— Mameranus) „— — *C. A*[*n*]*tistius C.* [*f.*] *Quir. Cva*[*ssus*]"[506]).

EPORA GALeria

C. I. L. II p. 301 sq. — Montoro. Plinius oppidum foederatorum dicit (III 10). Epora foedere sublato 'videtur cessisse in municipii Latini formam' (Hübner). quod si Eporam in Galeria fuisse recte statui et titulum II 2158 anni 43/44 bene interpretatus est Hübner, oppidum illud iam ante Vespasianum vel potius Claudium, fortasse Augusti ipsius aetate posteriore, cum Agrippae commentarii iam perfecti essent, in altiorem dignitatis eius statum evectum esse videtur.

γ II 2158 (— Francus) [*Ti.*] *Claudio Caes. Aug. Germanico tr. pot. III cos. III pont. max. p. p. L. Aemilius Gal. et L. Aemilius f. cur.*" (p. C. 43/44)[507]). 2159 (— Hübn. litteris optimis saeculi primi) „*P. Attenio C. f. Gal. Afro, flamini August., d. d., patron*[*o*]".

---

[502]) Grotefend damnavit *propter Quirinam tribum quam putavit, hominis Patriciensis, quae deberet esse Galeria; sed nec cogitandum est necessario de tribu, si ita fere suppleveris '— — qui Saxio d*[*ictus est*] — —' *aut* . . . . '*qui et Saxio dictus est'; . . . . . aequo iure hoc modo supplere puteris '— — Qui*(*rina*) *Saxio, d*(*omo*) [*Arva* (?), *inc*(*ola*) *Patriciensis*'. Hübn.

[503]) caret cognomine.

[504]) Muratorius, fortasse recte hunc titulum damnavit, quamvis Hübner obloquatur.

[505]) animadvertas hominem illum cognomine etiam carere.

[506]) trad. C·ARTISTIVS·C | QVIR·CRA

[507]) litterisne GAL cognomen viri indicatur?

GADES GALeria

C. I. L. II p. 229. Cadiz. quod municipium cur demum, quamquam auctores diserte iam ad Caesarem eam gratiam referant, ab Augusto civitate donatum suspicer, supra p. 128 exposui.

Columella, quem Gadibus natum esse satis constat[508]), in Galeria fuit, id quod ex Tarentino titulo C. I. R. N. n. 578 „*L. Junio L. f. Gal. Moderato Columellae trib. mil. leg. VI ferratae*“ intellegimus[509]). quod L. Cornelius Balbus Gaditanus in Clustumina[510]) fuit, nihil ad rem facit; tunc enim nondum Gades municipium c. R. factum neque Gaditani in Galeriam recepti erant. — accedunt hi tituli:

β' II 1313 (Asidone — Hübn.) „*M. Antonio M. f. Gal. Syriaco IIvir. mun. Aug. Gad. d. d.*“ 1729 (Gadibus — Concepcion) „— — *Q. Antoni C. f. Gal. Rogati decurionis Aug. Gadiv.*“

β II 1727 (G. — Clemente) „*L. Antonius Q. f. Gal. Antullus IIIIvir aed. pot.* — —“. 1731 (— Accursius) „*L. Fabius L. f. Gal. Rufinus IIvir., praef. iur. dic. ab decurionibus creatus d. d.*“ 1728 (— Hübn.) „*L. Antonius C. f. Gal. Antullus sacerdos* — — —“.

γ II 1754 (— Concepcion) „*L. Albanius L. f. Gal. Quintillus*“. 1761 (— Morales) „*Sex. Annius Sex. f. Gal. Lucanus* — —“. 1861 (— Haya) „*C. Platorius C. f. Gal. Trebianus*“.

ε II 1726 (— id.) „— — *M. Mittius M. f. Gal. Maternus trib. leg. XII fulm.* — —“.

HASTA SERgia

C. I. L. II p. 175. Zumpt comment. epigr. I p. 365. — situs recte ut videtur, a scriptoribus Hispanis in loco quodam deserto figitur inter Jerez et Trebujenam collocato, qui nomen antiquum servat: etenim *la mesa de Asta* vulgo appellatur (Hübner l. c.). de coloniae dignitatis et *Regiae* cognominis (Plin. III 11) auctore nihil constat. testis satis vetustus II 1309.

huc fortasse pertinent tituli duo:

β II 1306 (Jerez — Hübn.) „. . . . *v . . f. Ser. Verno* [*aed., ii*] *virali potest.* — — —“.

γ II 1309 (Jerez — Accursius) „*L. Vecilio C. f. S*[*er*] — —“.

HISPALIS SERGia

C. I. L. II p. 152 sq. — Sevilla. Isidorus origg. XV 1, 71 *Hispalim*, inquit, *Caesar Julius condidit, quam ex suo et Romae urbis vocabulo Juliam Romulam vocavit*, cf. Strab. III 2, 1 ἡ μὲν Ἱσπαλις ἐπιφανὴς καὶ αὐτὴ ἄποικος Ῥωμαίων, νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἐμπόριον συμμένει, τῇ τιμῇ δὲ καὶ τῷ ἐποικῆσαι νεωστὶ τοὺς Καίσαρος στρατιώτας ἡ Βαῖτις ὑπερέχει, καίπερ οὐ συνοικουμένη λαμπρῶς, quibus in verbis corruptelam latere intellexit Hübner l. c. — Hispalenses cum in Sergia fuisse mihi videantur, iam pridem eos civitate usos et a Caesare coloniae iure auctos putaverim. ac praestat fortasse de Hispali colonia a Caesare in Italicae, quae iam antea in Sergia censebatur, agro condita cogitare. — Plin. III 11.

tituli aut Galeriam aut Sergiam praebent. quorum testimonia primo loco afferam.

---

[508]) cf. Grotefend *Zeitschr. f. Altertumsw.* 1835, p. 179.

[509]) Teuffel *röm. Literaturgesch.* [4] p. 660.

[510]) Cic. *pro Corn. Balbo* 25, 57.

Galeriae: α II 1185 (— Martinez) „*L. Horatio L. f. Gal. Victori IIviro bis ob plenissimam munificentiam erga patriam et populum merentissimo civi populus*".

γ II 1175 (— Sanutus) „*M. Messio M. f. Gal. Rustico Aemilio Vero Aelio Romulo Prisciano Tito Proculo*" [511]). 1187 (— Rambertus) „/. *Lucio M. f. Gal. Tusco* — —". 1178 (— Hübn.) „*M. Calpurnio M. f. Gal. Senecae Fabio Turpioni Sentinatiano praef. classis Misenensis* — — — *ordo c. c. R.*" cuius hominis etiam tituli Ilipenses n. 1083. 1084 et Villalvae repertus n. 1267 (— Caro ante a. 134)[512]) „— — *M. Calpurnius M. f. Gal. Seneca Fabius Turpio Sentinatianus primus pilus legionis primae adiutricis* — — —" sunt. — 1162 (Alcala de Guadeira] „*M. Accenna M. f. Gal. Helvius Agrippa praetorius, trib. pleb., leg. provinciae Africae dioecesis Carthaginiensium* — — —".

β II 1181 (— Rambertus) „*L. Vibio L. f. Gal. Tusco Aurelio Rufino praef. cohort. primae Ause*[*tanorum*]. . . . . *aed*. . . . . — —"

Sergiae: α II 2545[513]) (Caldas de Rey — Sobreyra) „*C. Ju*[*lius — f.*] *Ser. His*[*pa*]*li Vic*[*t*]*or mil. leg. X. gem. ?. Fabi. Celtiberi* — —".

β II 1176 (Hispali — Clericus) „*L. Blatio L. f. Ser. Ventin.*[514]) *trib. mil. leg. V. et X gem., aed., IIvir. coloni et incolae*".

β II 1188 (— Caro) „*Q. Pomponio Clementi Serg. Sabiniano aed., IIvir. c*(*olonorum*) *c*(*oloniae*) *R*(*omulensis*), *pont. Aug. ex. d. d. c. c. R.* — — —".

γ II 1184 (— Cattany) „*M. Helvio M. f. M. n. Serg. Agrippae* — — —".

praeterea Quirinae: γ II 1180 (— Morales) „*Sex. Julio Sex. f. Quir. Possessori* — — — *proc. Augg. ad ripam Baetis scapharii Hispalenses* — —" (a. 161—169). 1182 (— Sanutus) „*C. Aelio C. f. C. n. Quir. Avito lyntrariorum omnium patrono lyntrari Canamenses, Oducienses, Naevenses*". 1186 (— Hübn.) „*Q. Junio Quirinae Venusto huic ordo Ro*[*mu*]*lensium* — — — [*decurionatus*] *orna*[*menta decrevit*] — —".

titulos, in quibus Quirina tribus commemoratur, nihil ad tribum Hispalensium cognoscendam afferre apertum est. restat igitur, ut de Galeriae et Sergiae testimoniis iudicemus, quarum alteri Hispalim adscriptam esse oportuit; neque enim cuiusquam oppidi, nisi Urbem exceperis, cives in duabus vel pluribus tribubus censi sunt. equidem, et cum titulo II 2545 supra scripto maxima habenda sit auctoritas et quod Hispalis ante Augusti aetatem, ut qui suis civibus Galeriam dederit, coloniae ius adepta est — Isidorus XV 1, 71 Caesarem Hispalis conditorem dicit (cf. Hübn. II p. 152 sq.) — fortasse in Italicae oppidi proximi agri parte, Hispalenses in Sergia fuisse censeo.

prope Hispalim in agro Oriolensi Tamayo de Salazar, Higuerae fortasse fraudibus deceptus, titulum II *115 repertum esse dicit „*F. Bibianus P. f. Quirinus*" (num *Quirin*[*a*]*?*) *Rectus Ilicitanus F. Bibiani nep. Hispalens. quaestor* — —".

ILLIBERI GALeria

C. I. L. II p. 285. — Granada. Augusti iam aetate *municipium Florentin*(*or*)*um* erat, Plin. III 10.

---

[511]) cf. titulos Salpensanos II 1282. 1283. Tiburtinum Henzen 6460, Hispalenses II 1172. 1173.

[512]) '*cum titulus sola Cari fide stet, non caret omni suspicione; neque vero damnavi, cum Cari fraudes omnes plane alius generis sint*' Hübn.

[513]) '*legionem . . . X geminam Augusti tempore in Hispaniis tetendisse docent nummi Emeritenses Cordubenses Caesaraugustani; rediit in Hispaniam tempore Vespasiani; postea in Germania et in Pannonia fuit. potest igitur titulus esse temporis Vespasiani*' Hübner.

[514]) aut legendum *Ser*(*gia*) *Ventin*(*us*) aut *Serventin*(*us*) (?); cf. Hübneri adnot.

α II 2063 (Faucenae prope Granatam — Rambertus) „*P. Manlio P. f. Gal. Manliano Iliber.* — —“. 2073 (Il. — Flores) „*P. Cornel. P. f. Gal. Anullino Iliber. praef. ur*[*b*]., *cos., pr*[*o*]*cos. prov. Africae., p*[*ra*]*et., trib. ple*[*b*]., *q.* — —“ (post a. 199)[515].

β II 2081 (Granatae — Peutinger) „*L. Gal*[*e*]*rio L. f.* [*G*]*a*[*l*]. *Valeriano IIvir*, [*po*]*nt. perpe*[*t. muni*]*c*[*ip*]*i* [*Fl*]*or*(*entini*) [*I*]*lib*[*erritani*. . . .]“ [516].

γ II 2075 (— Hübn.; litterae sunt aevi Antoniniani[517]) elegantissimae) „*Gn. Papirio* [—. *fil.*] *Gal. Aeliano. Aemil*[*iano*] *Tuscillo. q. prov*[*inciae*] *Achaiae., tribuno plebi*[*s*] — — —“. 2082 (— Hübn.) „*P. Manilio P. f. Gal. Urbano* — —“. 2088 (— Pedraza) „*C. Julius C. f. Gal. Severus* — — *M. Jul. C. f. Gal. Front.* — — *M. Jul. M. f. Gal. Fron*[*tin*(*us*)] — — *M. Jul. C. f. Gal. Severus*“.

fortasse etiam in tituli II 2089 v. 1 „. . . *Gale*[*ria*]“ tribus dicitur[518].

ILIPA GALeria

C. I. L. II p. 141. — Alcalá del Rio. iuter oppida alia Hispalensis conventus, quae III 11 enumerat, Plinius Ilipam etiam commemorat his verbis: *Ilipa cognomine Ilpa Italica* cet., quae verba prave tradita esse Hübner l. c. intellexit atque de hoc loco ita disputavit: ‘ex Ilipae enim ipsius et ex Italicae, quae statim sequitur, nominibus *Ilpa* illud ortum esse manifestum est, unde verum Ilipae cognomen, quod potest fuisse aut Magna secundum Ptolemaeum aut Maior, intercidit’. cum Detlefsenium oppida Hispanica, quorum nomina in Plinii (i. e. Agrippae) indicibus cum cognominibus coniuncta inveniuntur, omnia Augusto etiamtum vivo ad Latii vel civitatis honorem pervenisse recte censuisse existimem, Ilipam iam oppidis illis adnumerabo ac potissimum iis, quae Latino utebantur iure; unde a quodam ex Flaviis imperatoribus ad municipii Flavii honorem evecta esse videtur.

γ II 1083 quem titulum supra inter Hispalenses enumeravi, 1090 (— Caro) „*Q. Fabio Q. f. Q. n. Gal. Ruf*. . . . . “.

addendus fortasse II *490 („Demetrios de los Rios misit Aprili a. 1869, sed non vidit; dedit ut ab amicis accepit addiditque de fide sibi minime constare. exspectanda sunt exempla meliora“ Hübn.) „— — *C. Livius Gal.*[519] *Ilipens.* — —“.

ILIPVLA·LAVS ?

C. I. L. II p. 200. ‘conventus Cordubensis, situs ignoti’ Hübner. Plin. III 10 inter oppida c. R. et Latina enumerat.

titulus II 1396, quem Grotefend huc pertinere putavit, et propter Papiriam tribum et quod Marchenae prope Astigi repertus est, Astigitanus potius quam Ilipulensis videtur.

ILIPVLA MINOR QVIRina

C. I. L. II p. 200. — inter Estepam et Marchenam. Plinio III 10 est oppidum stipendiarium.

---

[515]) *iterum consul fuit a. p. C. 199. primi consulatus, scilicet suffecti, annus ignoratur, similiter atque annus praefecturae urbis, quam ex more post alterum demum consulatum obtinuisse putandus est.* unde errore quadratarii vel eius qui titulum scripsit iterationis nota in consulatu explicari potest. Hübn.

[516]) II VIR·VI·PERPENN·C·L·LITTOR·P·LIB·F trad.

[517]) ‘*legatum Daciae Cn. Papirium Aelianum a. p. C. 132 nominat titulus C. I. L. III* n. *1446*’ haec Mommsen.

[518]) (rep. Alcazaba — Flores) — (fragmenta duo) ‘*videntur genuina esse*’ Hübn.

[519]) animadvertas hominem illum cognomine carere.

β II 1470 (— Bravo) „*Flav. Jul. Seg. Quir. Gallo. IVvir., duu(m)v. II, dict. design. III, praet. III, ann. III* — — —“ [520]).

γ II 1469 (— Hübn., litteris aevi Antoniniani) „*C. Cordio C. f. Quir. Optato d. d. Ilip. minor* — — —“. de titulo II 954, quem Grotefend affert, conferas quaeso, quae supra ad *Al....i* dixi.

ILLIPVLA [521])

de *M. Cur[iatio]* [*Q]uir. Longino Illipulensi decurione*, qui ex oppido „*Al....i*“ natus esse videtur (II 954), supra ad AL....I disserui.

ILITVRGICOLA

C. I. L. II p. 218. prope Alcalá la Real Iliturgicolae, Ipolcobulcolae, Iponubae (?) quartique alicuius oppidi prodierunt vestigia, quae ut ad singula oppida certis rationibus usus referret, Hübnero, qui haec loca non omnia adiit, non contigit. apud scriptores oppidorum quae dixi mentio fit nulla.

α (?) II 1648 (Alcala la Real — Cardenas) „*L. Porcio L. f. Gal. Ma[t]erno Iliturgico[l]ensi IIvir* — — —“.

β II 1649 (Priego = Iliturgicola? — Rambertus) „*L. Porcius Quir. Quietus IIvir, pontifex* — — *T. Porci. Quir. Quieti f(ilii) sui* — — —“.

ILVRCO QVIRINA

C. I. L. II p. 284. — Pinos Puente vel ‘paullo inferius, si fluvii cursum sequimur, ad Asquerosam viculum’.

α II 1200 (Hispali — Hübn.) „*Q. Fabius Q. f. Quirina Fabianus Ilurconensis idem Patriciensis* — —“; cf. quae de eo titulo supra ad Cordubam attuli.

ILVRO QVIRina

C. I. L. II p. 246. — Alora. Plinius oppidum c. R. dicit III 22.

β (— Ferrarinus, Augustinus, Piersonius) „*Imp. Domitiano Caesari Aug. Germanico f. Munius Quir. Novatus et L. Munius Quir. Aurelianus* E·F·C·R· [522]) *per h[o-no]rem IIvir(atus) consecuti d. s. p. d. d.*“ (p. C. 84—95).

IPORCA QVIRina

C. I. L. II p. 135. — Constantina.

γ II 1047 (— Augustinus) „*Q. Cornelio Quir. Gallo* — — —“.

IPSCA

C. I. L. II p. 211. — Cortijo de Iscar prope Castro el Rio. Ipsca Contributa Julia (cf. Plin. III 14) municipium in titulo C. I. L. II n. 1572 dicitur.

α II 1597 (Baena — Alfara, Bibran) „*C. Sempronio C. f. Quir. Lucretio Salviano IIvir., patrono et praestantissimo civi plebs C(ontributensis) Ipsc(ensis)* — —“

---

[520]) ‘*restitui nequit, sed apparet agi de Gallo duoviro aut quattuorviro iure dicundo iterum, designato tertium, praefecto* — — —’ Hübn.

[521]) ‘*diversa est Ilipula sive Illipula haec ab oppidis cognominibus duobus. altera Ilipula quae Laus*’, ‘*Ilipula minore*’ — — — *altera conventus Astigitani* — — —’ Hübn.

[522]) ‘TI·COR Ferr. Piers.; E·F·C·R Aug. (E·F·CRa *manu sec.*). *apparet Augustini manum priorem pro fundamento lectionis habendum esse. in* E (*quod punctis infra positis dubium esse indicatur*) F *latere puto* B·E, *ad exemplum titulorum Igabrensium n. 1610. 1631. lege b(eneficio) e(ius) c(ivitatem) R(omanam) per h[ono]rem IIvir(atus) consecuti*’ Hübn. „*L(atini) f(acti) c(ivitatem)*“ cet. Momms.

ISTVRGI GALeria

C. I. L. II p. 297. — los Villares prope Andujar. Isturgi Triumphale in Plinii indice III 10 dicitur. videtur igitur Augusti vivo inter oppida melioris sortis fuisse.

β′ II 2121 (— Hübn., litteris aevi Antoniniani) „*signum Mart. Au*[*g.*] *A. Terentius A. f. Gal. Rusticus aed., IIvir, pont. m. m. Triumph*(*alis*) — —“.

ITALICA SERGia

C. I. L. II p. 145 sq. — Santiponce. iam eo tempore, quo Mummius vixit, vicus Italicensis fuisse videtur. ac quod si forte Caesaris aetate municipium fuisse (cf. Hirtium de bello Alex. 52, 4) negaveris, certe inde ab Augusti temporibus eo honore oppidum illud usum esse concedes. postea aut ab Hadriano, cive suo, aut ab quodam ex iis, qui Hadriano successerunt, *colonia* est facta *V*.....[523]). Plinius quid de Italica tradiderit, haud facile intellegas. cf. Hübnerum C. I. L. II p. 141.

α Hadrianum imperatorem, quem ex Italica oriundum constat[524]), priusquam Traiano successerit, in Sergia tribu fuisse, titulus Atheniensis III 550 anni p. C. 112 docet: (— Momms.) „*P. Aelio P. f. Serg. Hadriano cos. VIIviro epulonum* — — —“ V 932 (Aquileiae — Cortenovis) „*L. Rutius L. f. Serg. Italica Sabinus ex Hispania, mil. leg. X gem* — —“.

Terenti tres tituli Emeritenses II 512[525]), quem infra inter Emeritenses afferam aut Emeritenses sunt aut Italica quidem oriundi postea in Emeritensium tribum[526]) et rem publicam inierunt, in qua unus ex iis duoviratus honore ter[527]) usus esse videtur. Italicenses cives certe in Papiria tribu numquam fuerunt[528]). num in titulo Hispalensi II 1136 (— Hübn.), qui litteris bonis aevi circiter Traiani exaratus est, Velina tribus commemoretur necne, diiudicari nequit.

β II 1129 (— Cid) „*L. Raio L. f. Serg. Plebeiio f*(*ilio*) *IIvir. III.* — —“ allectus quidam Italicam Titus Mamilius Silonis fil. Quir. Praesens (II 4227, Tarracone ab Hübnero descr.) Tritiensis Magallensis est.

ad Italicam fortasse vel Hispalim pertinet II 1389 (Fuentes propre Carmonem) „*C. Manli Cn. f. Ser. Tolo*(*cis?*) [*occ*(*iso*) *a*] *latro*(*nibus*), *a. LXI*“ (emend. Mommsen).

---

[523]) *V*[*ictrix*] potius quam *U*[*lpia*], cf. Hübnerum p. 146.

[524]) cf. Spartian *vita Hadr.* c. 1.

[525]) (Em. — Velazquez, Alsinet, Bayér) „— *Terenti*]*us L. f. Pap.* [*Rufinus IIvir*] *ter. an. LVIII.* [— *Terentius L. f.*] *Pap. Italic. an. LX.* [— *Ter. l. f. Pa*]*p. Rufus an. lic. an. LV.* — —“ „*Italic*(.....) *fortasse cognomen est.*“

[526]) alio loco docebo cives alicuius oppidi, qui, cum in alterius rem p. toti iniissent, in novam aliquam tribum recepti essent, in titulis suis et tribum novam et tamquam suam rem publicam oppidum, quo nati sint exhibere cf. C. I. L. III 4188. V 977 = 8666.

[527]) ex Hübneri coniectura satis probabili; Mommsen [*pa*]*ter* supplevit, quod minus placet. probabilius mihi O. Hirschfeld pro . . .TER, quod traditur, aut EMER*itensis* (cf. titulos item Emeritenses n. 505—508; Alsinet tradit ... IER) aut INTER*amnensio* (cf. titulos ibidem repertos n. 509—511) proposuit.

[528]) male de eo titulo egit Hübner, ita fere disserens: *Italicam civium Romanorum vicum et postea municipium Sergiae tribui ascriptum fuisse scimus* — — —, *nescimus vero, an ibi duae fortasse exstiterint res publicae diversis tribubus ascriptae, veluti Arretii, Clusii, Hispali, Pompeiis, Valentiae* (Grotefend p. 20).

IPTVCI GALeria

C. I. L. II p. 704. — Prado del Rey[529]). Iptuci coloniam Virtutem Juliam dicit Plin. III 12.

β II 1584 (Baëna — Guerra) „*Q. Mummio L. f. Gal. Gallo, IIvir. d. d.*“ 1585 (prope Baëna — Guerra; litteris elegantissimis aevi Augusti) „*M. Pompeius Q. f. Gal. Icstnis*[530]) *IIvir primus de familia Pompeia*“ ~ 1596 (id.; iisdem litteris) „*Cn. Pompeius Cn. f. Gal. Afer, aed., IIvir.*“

γ II 1608 (Cortijo de las Virgenes — Guerra) „*Cn. Servil..... f. Gal. Pro....*“.

IVLIPA?

C. I. L. II p. 326. — Zalamea de la Serena. in titulo II 2352 anni 101 municipium[531]) dicitur.

γ II 2362 in quo Galeria commemoratur fortasse Metellinensis est.

LACILBVLA QVIRina

C. I. L. II p. 181. — Cortijo de Clavijo prope Grazalemam. Plinius omisit.

γ II 1342 (— Hübner; litteris saeculi secundi exeuntis) „*L. S[emp]ronio Quir. J...ano, [hui]c ordo Lacilbulensium dec(revit) laud(ationem)* — — —“.

LACONIMVRGI

Oppidi, quod nunc vocatur Constantina, nomen cum 'Laconimurgi Constantiae Juliae componitur cum a doctis Hispanis tum nuper a Grotefendio (*imp. Rom. trib. descr.* p. 111), causa idonea nulla' Hübner C. I. L. II p. 135.

MALACA QVIRINa

C. I. L. II p. 251. 261 sq. — Málaga. oppidum, Augusti aetate foederatum (Plin. III 8), postea municipii Flavii honore ornatum est.

γ II 1973 (M. — Accursius) „*L. Caecilio Q. f. Quirin. Basso ex dec. dec. mun. Mal.* — — —“. 1975 (Malacae[532]) — Alciatus, Choler, Conde) „*M. Cornelius L. f. Quirin. Severo*“.

δ II 1970 (— Rambertus) „*L. Valerio L. [f.] Quir. Proculo. praef. cohort. [I]III Trachum Syriacae* e. q. s. *r. p. Malacit. patrono d. d.*“[533]).

MELLARIA QVIRina

C. I. L. II p. 324. — Fuente Ovejuna. in Agrippae commentariis oppidum dicebatur stipendiarium (Plin. III 7. 14), postea titulo II n. 2346 teste factum est municipium.

α II 2346 (— Guerrae amici) „*Q. Valerius Q. f. Quir. Severinus Mellariensis. huic ordo m. M. statuam decrevit* — — —“[534]). 2343 (— Morales) „*aquam Aug. G.*

---

[529]) cum municipium illud eo loco quo nunc est Baënae oppidum situm in Galeria censum itaque ab Augusto conditum esse necesse sit, Hübnero qui coloniam immunem Iptuci Virtutem Juliam ibi fuisse ob aliam causam suspicatur (II p. 213), adsentio.

[530]) 'ICSTNIS *cognomen barbarum est, non corruptum ut Henzenus putabat* (n. 7042)' Hübner.

[531]) nomen municipii eius sola eorum, qui titulum II 2352 descripserunt, stat fide, *quae quamquam non summa, tamen idonea habenda est.* Hübn.

[532]) cf. Hübneri adn.

[533]) titulus saeculo altero exeunte positus esse videtur, cf. Hübn. II 265 sq.

[534]) traditur: QVAIERIVS | QVIRSE VERIN | MLLARIEN | H R M | VITV \ A cet.

Annius C. f. Quir. Annianus IIvir bis., pont[if.] perpet., [II] v[ir]alis, [cur.][535]) *muneris municipio suo — —*".

MVNIGVA QVIRina

C. I. L. II p. 136. — Castillo de la Mulva. Muniguam Flavium municipium fuisse 'a Vespasiano anno p. C. 75 iure Latii donatum ex ipsis titulis discitur'. Hübner l. c.

β II 1378 (Carmone — Hübn., litteris tenuissimis aevi Vespasiani Traianive) „*T. Aemilio T. f. Quir. Pudenti IIvir(o) bis m. m. Flavi Muniguensis — — —*".

NABRISSA·VENERIA

C. I. L. II p. 174. — Lebrija. quod si (atque id recte proposuisse videtur Detlefsen) Nabrissam, quod Veneriae (Plin. III 3, 11) utebatur cognomine, Latinorum vel c. R. oppidum putamus, tituli n. 1294, quo tribus Quirinae eam fuisse dicitur, auctoritas infringatur necesse est.

II 1294 (· – Accursius) „*L. Acilio Quirina Albano f. huic ex consensu populi Conoba(censis) s[t]a[tu]am — — —*"[536]).

NAEVA QVIRina

Naeva in Baetis fluvii ripa inter Canamam et Ilipam sita fuisse videtur, cf. C. I. L. II p. 135. Plinio est oppidum stipendiarium (III 11)[537]).

α II 1048 (Cazalla de la Sierra — Demetrii de los Rios amici) „— — *L. Sergius Aelius Rusticus Quir. Naevensis —*".

β II 1191 (N. — H.) „*.....us. Quir* | *.....nus. IIvir.* | ..... . [*N*]*aevensis — — —*".

NERTOBRIGA GALeria

C. I. L. II p. 125. — Frejenál. Plinius III 13 Concordiam Juliam dicit.

α II 972 (– Ponz) „— — *C. Trebonio C. f. Gal. Modesto Nertobrigens. — —*". Bramb. 1150 (Moguntiaci — Bramb.) „*Q. Atius Q. f. Gal. Quietus, domo Nertobriga, mil. leg. IIII Mac.*[538]) — —". 1151 (Mogunt.[538]) — Fuchs) „*L. Attius L. f. Gal. Nepos Nertobrig., mil. leg. IIII M*[*ac*]. — —". 1160 (id.) „*T. Julius L. f. Gal. Macer, dom. Nertobriga, mil. leg. IIII Ma*[*c*].[538]) — —".

NESCANIA QVIRINA

C. I. L. II p. 269. — Cortijo de Escaña prope el Valle de Abdalajis. in titulo II n. 2009 *Flavium* appellatur municipium (cf. n. 2006. 2007).

α II 2011 (— Vilches; exemplum quoddam novicium Cabrero, Bayér, al. exhibent). Hübner sic fere legendum esse solutis scripturae compendiis, quae qualia in titulo genuino fuerint, dignosci nequit: *C. Mario Quir(ina) Clementi Nescaniensi, ordo Nescaniensium ..... statuam decrevit — — —*". E. E. II 317 (— Hübn.) „*L. Aelio Quirinae Melae Nescaniensi — —*".

Grotefend Anticariensem II 2042 vix recte affert ad quaestionem de Nescaniae oppidi tribu expediendam[539]).

---

[535]) ex Mommseni coniectura.

[536]) *potest titulus hic Nabrissam allatus esse.* Hübn. p. 174.

[537]) traditur *evia* A, *aeva* DE, *eva* ER.

[538]) inter annos fere 41 et 70.

[539]) cf. adn. 483.

OBVLCO GALERIA

C. I. L. II p. 298. — Porcuna. municipium c. R. Pontific(i)ense Plin. III 10.

α II 2131 (— Hübn.) *L. Porcius L. f. Galeria Stilo Obulconensis an. LXV., aedilis, IIvir designatus p. i. s. — — —*".

β II 2126 (— Accursius) „*C. Cornelius C. f. C. n. Gal. Caeso aed., flamen, IIvir municipi Pontific. — — —*". 2129 (— Rus Puerta) „— *Quintius Q. f. Q. n. Q. pron. Q. abn. Gal. Hispan*[*us*] *.....us. aedil., flamen, IIvir, pontif. municipi P*[*ontif. Obulc.*] *— — —*". 2232 (— Hübn.) „*M. Valerio M. f. M. n. Q. pron. Gal. Pullino IIvir, leg. perpetuo munic. Pontif., praef. fabr., flam., pontif. Aug. municipes et incolae.*"

β II 2130 (— Franco) „*...Cornelius* [*L. f. — n. —*] *pron. Gal. ..... aedil. — — —*".

II 2149[a] (Loperae in Hispania — sched. Cattanei; fortasse male collocatam esse hanc inscriptionem recte admonuit Hübn.) „*.....nicio L. f. L. n. L. pron. Gal. Mentoni Man..... aed., IIvir. i. d., praefecto, IIvir. Polesi., praef. fab., pontif. Aug. — —*" [539a]).

γ II 2134 (Porcunae — sched. Cattanei) „*M. Calpurnius M. f. M. n. Gal. Mo... .. — —*". 2144 (Porcuna — Accursius, Rambertus, Franco, Rus Puerta, Cattanei sched.) „*M. Fabius M. f. Ga..* [540]) | *Marullus — —*".

qui titulus nuper a Cueto y Rivero in oppido Cortijo del Rio inventus est, litteris tenuissimis aetatis fere Gordianorum E. E. III 145: „*J. o. m. L. Fabius L. f. Quir. Chrysippus Obulconens*[*i*]*s dedit*", si quidem recte lectus est, ab homine Obulcone nato, deinde sede et civitate mutatis in Quirinam adscito positus esse videtur. neque enim quisquam coniciet Obulconenses in duabus tribubus fuisse neque civem Obulconensem in aliam tribum atque Galeriam recipi potuisse statuet.

ODVCIA

ubi Oducia sita fuerit, non satis constat, cf. C. I. L. II p. 137.
cf. Aelii titulum Hispalensem II n. 1182, quem p. 141 citavi.

OLAVRA

C. I. L. II p. 196. — Lora sive Lorilla.
titulus II 1437 ad Ostipponem pertinet.

ONINGIS

titulus II 3361, quem Grotefend huc pertinere dicit neque Oningitanus neque id quod Hübner censet Aurgitanus, sed certe Mentesanus est, de qua re conferas velim, quae infra de Mentesa oppido disseram.

ONOBA GALeria?

C. I. L. II p. 121. — prope Trigueros. — apud Plinium est *oppidum* (sc. Latinum vel c. R.) *Ossonoba*[541]) *Aestuaria cognominatum* III 3, 7.

γ II 951 (— Caro) „*C. Sempronius Gal. Proculus Servilianus et C. Sempronius C. f. Gal. Servilianus d*(*ant*) *donum Aug*(*usto*) *— —*".

[539a]) cf. p. 104.

[540]) G·A Franco, GAL Rus, Cattaneus.

[541]) Onoba sc. Aestuaria, quae est Ossonoba Plinii, quod nomen Hübner in *Onobam* mutandum esse putat p. 121.

OSCA QVIrina

cf. Hübnerum C. I. L. II p. 275. Plinius (III 10) stipendiarium oppidum dicere videtur.

α VI 2629 (Romae — Kaibel) „— — *C. Antonius C. f. Qui. Priscus Osca mil. coh. VII. pr.* — —".

reliquos, quos huc contulit Grotefend titulos, apud Oscam Tarraconensem commemoravi [542]).

OSQVA QVIRina

C. I. L. II p. 275. — El cerro de Leon sive la huerta de Solana prope Anticariam. Plinio est opp. stipend. III 10. in titulo II n. 2030 municipium dicitur.

γ II 2029 (— Hübn.; basis quadrata litteris elegantibus sine dubio antiqua) *P. Magnio Q. f. Quir. Rufo Magoniano trib. mil. IIII., proc. Aug. XX her. per Hisp. Baet. et Lusitan., item proc. Aug. per Baetic. ad fal(ernas) veget(andas), item. proc. Aug. prov. Baet. ⟨ad⟩ ducen(ario)* — —" [543]).

OSSET

C. I. L. II p. 166. — Salteras. San Juan de Aznalfarache. a Plinio commemoratur III 11 *oppidum Osset, quod cognominatur Julia Constantia.* in titulo satis antiquo n. 1256 municipium dicitur.

Hübner titulum II 1258 ad Osset Juliam Constantiam pertinere putavit cum 'en el despoblado de Tejada' repertus sit: „*Q. Cornelio Q. f. Quir. Seni IIvir. IIII* — — —" (litteris aevi fere Antoniniani; descr. Hübn.). cui propter tribum Quirinam Ossetanorum, quae esse debuit Galeria, vix assentior.

OSSIGI mun. LATONIVM gaLeria

C. I. L. II p. 293. — Maquiz prope Mengibar. Plin. III 10.

in „la ciudad de Alcalá" prope Ossigi vestigia titulus litteris optimis scriptus et satis antiquus, ut videtur, repertus et ab Hübnero descriptus II 3350 „[*C.*] *Cornelio C.* [*f. Ga*]*l. Vetulo IIv*[*iro., po*]*ntif. Caesari*[*s*] *primo* — —". Cornelii huius Vetuli uxori Ossigitani titulum II 3351 (Mancha Real — Beitram) „*Corneliae L. f. Sillibori Vetuli. pleps Latoniensis* — —" posuerunt. quare Vetulum Ossigitanum fuisse coniectura facillima consequaris.

OSTIPPO vel VENTIPO QVIRINA

C. I. L. II p. 196. — Estepa. Plinio (III 12) est oppidum stipendiarium.

γ II 1459 (en la Alamedo, termino de Estepa — Hübn.; litteris optimis aevi Vespasiani) „*Q. Memmius Optati f. Quirina Niger* — —". ~ 1460 (id.) „*C. Memmius Optati f. Quirina Severus* — —".

---

[542]) id quod iam Grotefend p. 112 voluit, cum adnotaret: *Ich habe von den obigen beiden Inschriften angenommen, dass sie nach Baetica gehören, weil die Tribus Quirina mehr* [?] *für Baetica spricht; möglich wäre es aber doch, dass sie sich auf Osca in Hispania Tarraconensis bezögen.*

[543]) titulum posuit Acilia Plecusa, quam novimus e titulis Singiliensibus II 2016—2020. *quod Singiliensis fuisse videatur Plecusa, id non impedit, quominus Osquae titulum hunc posuisse credamus feminam in titulis ponendis ut videtur liberalem; nam Osquae eum inventum esse testimonia omnia confirmant.* Hübn.

praeterea ibi reperti sunt tituli duo, quorum alter optimis i. e. antiquis litteris scriptus II 1437 (Ost. — Hübn.) „*saluti Augustae L. Sempronius L. f. Gal. Atticus d. s. d.*“, alter II 1442 (prope Ost. — Crespo) „*T. Turpilius T. f. Pap., m. leg. VI. h. s. e.*“ [544]).

SABORA quiRINA

C. I. L. II p. 194. — Cañete la Real, Teba del Condado. Plinio est oppidum stipendiarium (III 10). epistula exstat Vespasiani (C. I. L. II n. 1423) qua Saborensibus permisit, ut — Mommseni haec sunt verba, quae ad calcem tituli s. sc. adiecit — oppido, quod paullo ante cum reliqua Hispania ius Latii acceperat, nomen Flavii inderetur et ex monte in situm planum commodioremque transferretur.

α E. E. III 142 (Cañete la Real — Aguilar y Cano; litteris, ut credunt, saeculi tertii) „... *Aemilius Sisen[na Qui]rina [Sa?]borensis* — —“ reperti sunt ibi duo praeterea Fabiorum tituli, Galeriam praebentes, tribum scilicet externorum. II 1425 (Teba — Franco) „*victoriam Aug. Q. Fabius L. f. [G]al. Fabullus — — — L. Fabius L. f. Gal. Fabianus*“ ~ (≅) 1428* (S. [545]) — sched. Cattanei) „— — [*L.*] *Fabius L. f. Fabianus Gal.* — —“.

SACILI GALeria

C. I. L. II p. 305. — Alcorrucén prope el Carpio. Martialium utebatur cognomine (Plin. III 10). municipium, ut videtur, dicitur C. I. L. II n. 2186. 2188.

β II 2188 (— Franco) „— — *L. Acilius L. f. Gal. Barba IIvir* — — — *L. Acilius L. f. Gal. Terentianus IIvir* — — *Corneliae Q. f. Lepidinae* — — *uxori indulgentissimae maritus piissumus flaminic(ae) m(unicipii) S(aciliensis)* — — —“.

β Saciliensis quoque titulus mihi II 1584 videtur esse (Cortijo de las Virgenes — Guerra) „*Q. Mummio L. f. Gal. Gallo IIvir. d. d.*“

SALPENSA quiRINA

C. I. L. II p. 171. 261 sq. — Facialcazar prope Utreram?; oppidum quod Plinius Agrippam secutus (III 14) stipendiarium dicit, postea municipium Flavium factum est.

γ II 1286 (— Caro) „*L. Marcius L. f. L. n. L. pron. C. abn. Quirin. Saturninus* — — — [*L. Marcius L. f. Qui]rina*[546]) *pater* — —“.

II 1283 (Utrerae — id.) „*M. Cutio M. f. Gal. Prisco Messio Rustico Aemilio Papo Ar[r]io Proculo Julio Celso cos., sodal. Augustal., leg. pr. pr. imp. Caes.* [*T.*] *Aelii Hadriani* [*Antonini*] *Aug. Pii provinc. D[e]lmat.* — — —“. ≅ 1282 (prope Utreram en un cortijo llamado Çarragatin — id.; anni p. C. 147) „— — — *M. Cutius* [*M. f. G*]*a*[*l*]. *Priscus Messius Rusticus*“ cet. sequitur decretum municipum municipii Salpensani quo civem quendam suum, quamquam clarissimorum virorum, ut Aemilii Papi, iudiciis iam satis probatum imperatori Pio commendant, ut ad altioris dignitatis gradum aliquem promoveretur [547]): „— — — *verum illud imprimis ad commendationem sui praefert, quod*

---

[544]) *antiquitatem indicant cognomina omissa tam militis legionarii quam ipsius legionis. fortasse sextae illius, quae postea Victrix appellata est.* Hübn.

[545]) Muratori titulum hunc in oppido Attubi in Hispania Baetica repertum esse dicit, errore aperto Franconis pellectus, qui *Attubi, quae nulla fuit* — — — *Tebae posuit soni quadam similitudine perductus* cf. Hübn. II p. 194.

[546]) sine cognomine (?); mihi quidem cognomen, cum ante tribum positum esset, in lapidis hiatu intercidisse videtur.

[547]) Mommseni est adn.

Aemilio Papo clarissimo ac severissimo viro avonculo suo sit probatissimus pro perpetua gravitate proq. cura suorum paria propriis institutis reposcenti cuius enixum sol[l]icitum etiam suffragium non modo ad gratiam a tali viro inundam nos provocat — — —". Aemilium Papum autem non Salpensanum municipem fuisse et ex Galeria tribu et inde apparet, quod post verba „*clarissimo ac severissimo viro*" v. 10 sq. et „*tali viro*" v. 15, si quidem Salpensanus fuisset, „*municipi*" vel „*civi nostro*" inseri debuit. ceterum titulus iste Hispali fortasse positus fuit, ut quem Hispali propiorem quam Salpensae effossum esse constet, neque decretum Salpensanorum municipum esse debet[548]).

SEGIDA GALeria

C. I. L. II p. 127. 'Intra Ardilam et Guadajiram rivos, in Anam a ripa dextra influentes ambos, Baeturiae Celticae oppida antiqua videntur sita fuisse complura, quorum tituli dispersi reperiuntur in oppidis vicisve Estremadurae hodiernae' aliquot, Segida, Ceret, Vama; sed 'ne illud quidem pro certo haberi potest pertinuisse titulorum, quos hoc capite propono, aliquem ad oppidorum antiquorum illorum unum'. Segidam Restitutam Juliam Plin. III 14 dicit.

β E. E. III 8 (Burguillos — Guerrae amici)[549]) „*in hon(orem) dom(us) divinae G. Auf(idius) G.f. Gal. Vegetus IIvir, curat(or) balineum — — G. Auf. G. f. G[al.]*[550]) *Avitus f. IIvir. design. — —*".

accedit titulus II 985 (Burguillos — Alsinet) Papiriam praebens, hominis ut videtur Emeritensis[551]).

SEGOVIA QVIRina

C. I. L. II p. 155 ad n. 1166. intra Hispalim et Cordubam ad flumen Singiliense (cf. Hirtium bell. Alex. 57, 6) sita est haec Segovia[552]).

α II 1166 (*[553]) — Hübn.) „*Vestae Aug. sacrum, M. Junius Quir. [Hi]spanus Segoviensis — — —*"; fortasse quoque III 6419 (Knin — ex ectypo Mommsen) „*M. Vallius M. f. Quir. Maurinus Seg(ovia)* [vel *Seg(ontia)*][554]) *mil. leg. XI*"[555]).

SICCAENA

'*Siccaena* aut *Siccaenum* oppidum ut videtur aliunde non est notum; cf. Plinii 3, 10 *Succaelo* conventus Cordubensis.' Hübner C. I. L. II p. 214 ad n. 1598. Succaelo oppidum Plinio est stipendiarium.

α II 1598 (en el monte Herquera — Morales) „— — *P. Ju[l]ius P.* [*f.*] *Gal. Rufus agrimensor Siccaenas*".

---

[548]) cui rei non obstat, quod v. 17 municipes dicuntur, cf. e. g. Wilmannsii *ex. inscr. Lat.* 2847, al.

[549]) Hübner ob formulam praepositam, litterarum formam et genera, scripturae compendia ex parte insolentia titulum hunc alterius fere saeculi parti posteriori tribuendum esse putat.

[550]) *pro* G M *in lapide est necessario aut* GAL *aut* G·N; *hoc probabilius propter additum in fine 'f(ilius)'* Hübner.

[551]) infra citavi, p. 158.

[552]) *Segovia haec non est Tarraconensis oppidum notum quod hodie quoque nomen antiquum servat, sed aliud eiusdem nominis (atque cognomine fortasse nobis ignoto ab illo distinctum) ..... quaerenda videtur Segovia haec fere inter Astigi et Palmam.* Hübn.

[553]) lapis potest Naeva allatus esse Hispalim, id quod Huebner suspicatus est.

[554]) intellegitur a Mommseno aut Segontia Hispaniae Tarraconensis aut Segovia haec Baeticae.

[555]) positus est titulus ante Claudii aetatem.

SINGILIA·BARBA QVIRina

C. I. L. II p. 272. — El Castillon prope Anticariam. in titulis dicitur municipium Flavium Liberum, unde Singiliam, cum antea libertate esset usa, a Vespasiano municipium Latini iuris factum esse colligitur, praesertim 'cum ordo, pontifices, municipes, incolae eius frequenter in titulis nominentur' (Hübner). Plin. III 10.

α II 2014 (? — Hübn. anni p. C. 122/3) „— — — *M. Acilius C. f. Quir. Ruga Sing(iliensis)* — —" ~ 2016 (— Barrero) „*M.' Acil. Quir. Frontoni Sing. Barb. praef. fabrum* — — —".

β II 2025 (Anticariae — Vilches) „*C. Mummio C. f. Quir. Hispano pont. cives et incolae m. m. Flavii lib. Sing.* — — —".

β II 2059 (el cortijo del Almendrillo — Barrero) „*L. Memmio Quir. Severo, aed., IIvir.* — —".

TVCCI SERGIA

C. I. L. II p. 221. — Martos. *Tucci quae cognominatur Augusta Gemella* Plinius III 12 inter colonias immunes conventus Astigitani recenset. 'utrumque, nomen et condicionem a Plinio indicatam, confirmant tituli' (Hübner l. c.), ita ut iam satis constet Augustum oppidum illud beneficiis suis exornasse. sed tamen Tuccos, quorum ex ruderibus etiamnunc quae fuerit olim dignitas ac magnificentia intellegitur, ab Augusto coloniae tantum iure et honore, non civitate donatos esse puto propter Sergiam tribum, quippe quam princeps ille nulli oppido in Hispaniis sito impertivisse videatur. antiquissimi II 1666. 1679.

α Bramb. 1152 (Moguntiaci — Lehne) „*C. Bruttius Q. f. Sergia Crescens domo Tucci, mil. leg. III Mac.* — —" (inter annos fere 41 et 70).

β II 1680 (Torre Jimeno — Accursius) „*L. Julio L. f. Ser. Culleoni IIvir. col. Aug. Gem. d. d.*"

β II 1679 (— Hübn.) „*Q. Julius Q. f. T. n. Serg. Celsus aed., IIvir bis* — —" ≅ 1666 (— Rus Puerta) „*Augusto Q. Julius Q. f. Serg. Celsus aed., IIvir*" 1681 (— Accursius) „*C. Julio L. f. Ser. Scaenae decurio[ni] eq(uitum), centurioni hastato primo leg. III, IIvir.*" 1684 (— Hübn.) „*L. Mummio* [—] *f. Ser. Rufo. IIvir., pontifici d. d.*"

γ II 1682 (Junto — Rus Puerta) „*C. Julius C. f. Serg. Noster*". 1687 (— Rus Puerta) „..... *Q. f. Serg. Vica[no]* — — —". 1690 (Torre Ximeno — Rus) „— — *Q. Ancarius Q. f. Ser. Anaus. l. p. XII. missicius, L. Ancarius Q. f. Ser. Pollio* — —". 1710 (— H.) „— — *A. Pompeio A. f. Ser. Basso*".

in alio titulo II 1713 (Checa — Bayér) apparet Voltinia „— — *Sex Valerius Sex. f. Vol. Clemens*". in alio Galeria 1700 (— H.) „*C. Cornelio L. f. Gal. Roman....*".

VAMA

quos huc pertinere suspicatur Hübner titulos ego ad Segidam rettuli.

VCVBI

C. I. L. II p. 210. — (Espejo). 'locus natura adeo munitus et conspicuus est, ut inde a remotissimis temporibus habitatum fuisse nemo qui de talibus iudicare didicit, infitias eat.... quam maxime est probabile Claritatem Juliam haud procul abhinc quaerendam esse.... Claritatis Juliae [Plin. III 22] nomen a Caesare Augustove una cum coloniae iure et immunitate ob merita in ipso bello illo (sc. contra Pompei filios) videtur adepta esse....' Hübner l. c. quod si recte Ucubi in Sergia censam puto, iam ante Caesarem cives R. ibi habitavisse statuendum est.

β II 1404 (Ossuna — Ferrarinus) „*L. Vettius C. f. Ser. centur. leg. XXX*[555a]*), IIvir iterum c(olonorum) c(oloniae) C(laritatis) Jul(iae)* — —". de II 1431 male a Muratorio allato cf. ea quae de Sabora oppido exposui.

VGVLTVNIACVM GALeria

C. I. L. p. 131. — Medina de las Torres, Fuente de Cantos, Llerena Plinius inter oppida Latina et c. R. III 14 enumerat. postea *municipii Flavii* nomine auctum est.

α II 1029 (Medina de las Torres — Caro) „— — *Q. Manlius Avitus Gal. Contributensis IIvir bis* — — —" fortasse etiam II 1030 (Fuente de Cantos — Virues Carillo) „.....*patria Contributense* [*T.*] *Junius T. f. Gal. Grassidianus* — — — [*T.*] *Junius T. f. Gal. Fundinus* — —".

VLIA GALeria

C. I. L. II p. 206. — Montemayor. Plinius inter conventus Cordubensis oppida (III 10) Juliam quae Fidentia commemorat. 'eam esse Uliam cum aliis Ukertus posuit, non sine probabilitate, praesertim cum in titulo Ipagrensi n. 1516 homo quidam *Fidentinus* nominetur, Fidentiae vero nomen Uliae admodum conveniat, quod *ea civitas omni tempore optime de populo Romano merita sit (bell. Hisp.* 3, 3). mirandum certe est, quod alia Uliae mentio apud Plinium non exstat, atque Julia Fidentia oppidi Hispani nomina habent certe quo offendamur; nec tamen hae aliaeve rationes idoneae mihi visae sunt ad Uliam Juliamque confidenter coniungendas' Hübner l. c. quae disputatio mihi subtilior quam verior esse videtur, cum et Plinius alias oppidi satis antiqui (cf. II n. 1525 sqq.) et magni mentionem non faciat et propter Galeriae tribus ibi reperta vestigia Uliam non oppidum stipendiarium fuisse, sed Latii vel civitatis honore ab Augusto auctam Uliamque Fidentiam nominatam esse statuere liceat.

β II 1536 (— Ferrarinus) „*L. Calpurnio L. f. Gal. Panno[n]io IIvir.* — —". 1537 (— Alciatus) „*L. Fabio L. f. Gal. Tusco IIvir.* — —".

γ II 1538? (— Hübn.) „*Q. Cal..... Gal..... so.....*".

VRGAO GALeria

C. I. L. II p. 294. — Arjona. Plin. III 10 *Urgao quae Alba* in titulis municipium Albense Urgavonense dicitur.

β II 2105 (Arjona — Hübn.; litteris optimis) „*Libero patri Aug. sacrum in honore pontificatus L. Calpurnius L. f. Gal. Silvinus IIvir bis, flamen sacr. pub. municip. Alb. Ur(gavonensis), pontifex domus Augustae* — —".

β II 2115 (— Hübn.) „*M. ..... vio M. f. Gal. [N]ovato IIv[ir.....] pont. divi Aug.*" (post. a. 14),

γ II 2118 (— Hübn. descripsit ut potuit) „..... *L. f. Gal. ..... patri. L. C[..... L. f. Gal. ...*[556])] *fi[lio .....]s idem ordo eadem* [..... *impe]nsa sua faciendum c[uravit .....]*.

[555a]) *legio XXX, cuius memoria Beneventi frequens est, cognomine carens ex antiquis fuit* — —; *antiquitatem praeterea indicat nomen centurionis item cognomine carentis.* Hübn.

[556]) cum in v. 2 nihil fortasse nisi *patri* [*f*]*i*[*lio*] steterit, ambo cognominibus caruisse mihi videntur ac fortasse satis antiquus est is titulus. traduntur enim versus 1. 2. sic:

L·F·GAL·	L·C
PATRI	*f* I
e. q. s.	

VRSO GALERIA

C. I. L. II p. 191. Eph. ep. II p. 119 sq. — de colonia Julia Genetiva Urbanorum Ursone cf. p. 128.

II γ 1406 (— Hübn.) „*L. Sergio Regis f. Arn. Plauto, q., Salio Palatino, patrono.* E. E. II 308 (— Berlanga) „[*L. Postum*]*io L. f. Gal. Gallo* .... [*pr*]*aefecto fabro*(*rum*) e. q. s.

ad Ursonem V 7930 (Cemeneli — Gioffredus) „*M. Baebio Paterni fil. Claud. Urso* — —“ non pertinet.

restat ut municipii Julii V.... prope Azuagam [557]) siti titulum II 2342 commemorem (Azuagae — Morales) „*M. Herennio M. f. Galeria Laetino aed., IIvir. III., pontif. Augg.* — —“, quem male Grotefend ad Arsam pertinere statuit, alterumque alius municipii, cuius vestigia apud Bujalance (II p. 301) exstant II 2150 (Bujalance — Alfarus) „*C. Pomponio Quir. Marullo IIvir.* — — —“.

Per Hispaniam Baeticam provinciam Plinio auctore *oppida omnia numero CLXXV, in iis coloniae VIIII, municipia c*(*ivium*) *R*(*omanorum*) *X, Latio antiquitus donata XXVII, libertate VI, foedere III, stipendiaria CXX*[558]).

A. Stipendiariorum oppidorum Plinius non omnia enumerat neque ipse nisi ea quorum tribus mihi innotuit allaturus sum hoc loco. sunt autem haec:

	postea factum	in tribu
Acinipo,	.	Quirina
[Anticaria] [559])	municipium	Quirina
Arva	mun. Flavium	Quirina
Arunda	.	Quirina
Axati	mun. Flavium	Quirina
Barbesula	municipium	Quirina
Canama	mun. Flavium	Quirina
Cisimbrium	mun. Flavium	Quirina
Ilipula minor	.	Quirina
[Ilurco]	.	Quirina
Mellaria	municipium	Quirina
Osca	.	Quirina
Oscua	.	Quirina
Sabora	.	Quirina
Salpensa	mun. Flavium	Quirina

Foedere antiquitus (sc. ante Vespasianum imperatorem) donata haec erant oppida tria:

---

[557]) Ponz et Cean V(GVLTVNIACVM) posuerunt, cf. Hübneri not. ad II 2339.

[558]) Plin. III 7—17. Detlefsen *die Geographie der Provinz Baetica bei Plinius* in *Philologo* XXX (1871) p. 265—310. cf. Pomponium Melam II 94 sqq., Strabonem III 1. 2, Ptolem. II 4. Marquardt *Staatsverw.* I ² 256 sq.

[559]) oppida, quae a Plinio non diserte commemorantur, uncis includam.

Epora	postea municipium	in Galeria	[559a])
Malaca	mun. Flavium	Quirina	
[Ripa]	.	?	

Libertate antiquitus donata (i. e. ante Vespasianum) oppida sex erant, quorum quattuor haec comperta habemus:

Astigi vetus	[559b])	in	?
[Cartima]	postea municipium		Quirina
Ostippo	.		Quirina
[Singilia Barba]	mun. Flavium liberum		Quirina

Iam intellegimus oppida ea, quae Augustus libera vel foederata vel stipendiaria reliquerat et Vespasianus demum [560]) Latio aut civitate auxerat, ad unum omnia [561]) in Quirinam, quae eius principis tribus erat [562]), recepta esse. igitur reliqua etiam oppida, quae a Plinio inter stipendiaria enumerantur, in Quirina inde ab Vespasiano censebantur atque omnia — nam nullum oppidum antiquitus civitate vel Latio donatum in Quirina fuisse video [563]) — Hispaniae oppida, quae in Quirina censa esse aut iam cognovimus aut, si uberior nobis testium contigerit copia, cognoscemus, usque ad Vespasiani tempora [564]) et Latio et civitate caruisse certum est.

B. Oppida Latio vel civitate antiquitus donata (coloniis exceptis) XXXVII (= X et XXVII), cum laterculos eorum haud bene digesserit Plinius neque mea ut accuratius ea distinguam intersit, iam simul proponam. innotuerunt autem adhuc nomina id genus oppidorum XXXIIII:

Italica	———	in Sergia
Asido Caesarina		in Galeria
Callet Aeneanicorum		.
Carissa Aurelia		Galeria
Carteia		Galeria (?)
Ebura Cerialis		.
Gades Julia Augustanorum		Galeria
Iliberi Florentini		Galeria
Ilipa Ilpa		Galeria
Ilipula Laus		.
Iliturgi Forum Julium		.

[559a]) cf. p. 139.

[559b]) quod est aliud oppidum atque Astigitana colonia.

[560]) Cartima e. g. a. 53/4 p. Chr. (cf. C. I. L. II n. 1953) a decemviris qui liberarum Hispaniae civitatium erant magistratus, gubernabatur.

[561]) quodsi Ciaimbrium in Galeria fuit, ea res explicatur aut eo, quod Augustus fortasse Agrippa demum mortuo oppidanos Latinos vel cives Romanos fecit, aut eo, quod Plinius eos errore inter stipendiarios rettulit.

[562]) cf. p. 122 sqq.

[563]) quod consulto factum esse haudquaquam contendo.

[564]) Vespasianus et Titus censuram egerunt anno 74/5.

Ipsca Contributa Julia	Quirina (?)
Isturgi Triumphale	Galeria
Lacimurgae Constant. Juliae	.
Laepia Aurelia	.
Lucurgentum Julii Genius	.
Nabrissa Veneria	Quirina (?)
Nertobriga Concordia Julia	Galeria
Obulco Pontificiense	Galeria
Osset Jul. Constantia	.
Ossigi Latonium	Galeria
Ossonoba Aestuaria	.
Regina	.
Sacili Martialium	Galeria
[S]artigi Juliensium	.
Segida Augurina Restituta Julia	.
Seria Fama Julia	.
Sexi Firmum Julium	.
Tereses Fortunates	.
Vesci Faventia	.
Ugultuniacum Curiga	.
Ulia Fidentia	Galeria
Urgia Cast. Jul. Caesaris Salutariensis	.
Urgao Alba	Galeria

Quodsi Ipscam et Nabrissam, quae oppida in tanta testimoniorum penuria atque infirmitate ad Quirinam referre ineptum esse videtur, atque Italicam, quod oppidum vetustissimum, cum c. R. esset, in Sergia fuisse supra probavi[565]), omittimus, reliqua oppida, quatenus in illa testium inopia colligere licet, in Galeria fuisse statuendum est. quoniam autem oppida illa antiquitus i. e. iam ante suam aetatem civitate aut Latio donata dicit Plinius, quae iam Agrippa vivo eo honore utebantur, Galeriam illis oppidis donatam ad Augustum vel ad Caesarem referamus necesse est vel potius ad Augustum solum, cum haud veri simile sit Galeriam utpote unam ex octo illis post bellum Marsicum deteriorum[566]) numero habitis a Caesare iis quibus favebat datam esse.

Restat ut pauca de oppidis Latinis de quibus modo dixi addam. accuratius enim quaerere placet, num et ex quonam tempore oppidi cuiusdam Latini municipes, si ad civitatem Romanam accessissent, tribus eiusdem (i. e. antea destinatae) cives fieri coeperint. ac consentaneum est prisca illa aetate, qua homo Latinus, ut civis Romanus et tribus alicuius tribulis fieret, Romam venire ibique sibi sedem constituere coactus erat, Latinis, qui ex eodem oppido prodiissent, certam aliquam tribum destinatam non esse. cui rei convenit et tribuum

---

[565]) cf. p. 144.
[566]) cf. p. 88. 127 sqq.

varietas in singulis oppidis Latinis Hispaniae rei publicae liberae aetate (imperatoria contra aetate praeter Aniensem Galeriam Papiriam Quirinam Sergiam vix unius alteriusve ex reliquis tribubus reperitur vestigium) et convenire videntur consilia, quae magistratus Romani in bello Marsico per Italiae oppida Latina secuti esse puto, et ea, quibus Caesar in Transpadanis in civitatem arcessendis ductus est. certe imperatoria aetate Latinorum oppidorum municipibus, si qui civitatem Romanam adepturi essent, tribum aliquam destinatam esse ex titulis tribum eandem in municipii eiusdem Latini civibus Romanis indicantibus facile intellegitur. quam rem novatam ad Augustum potissimum referendam puto propterea, quod Galeria tribus, in quam Hispaniae municipia Latina, et quae Augustus condiderat et quae antea erant constituta, concesserant, et Voltinia tribus, in quam Galliae Narbonensis oppida Latina omnia, et quae Augustus ipse condiderat et quae Caesar beneficiis auxerat, a Caesare plane erant alienae. ac profecto Caesar dictator, si iam ipse consuevisset Latina oppida in tribum unam eandemque referre, alias tribus iis, quae aliquo honore afficere voluit, oppidis destinavisset.

C. Coloniae c. R. VIIII

. Corduba
Caesaris Urso } in Galeria censebantur

. Hasta
Caesaris Hispalis
. Tucci
. Ucubi } in Sergia censebantur

. Astigi in Papiria fuit

De [Mundae] tribu nihil constat.

Galeriam ad Augustum refero[567]); Papiriam ad Caesarem revocem; Sergiam ad liberam rem publicam pertinere censeo, de qua re infra disputabo.

Lusitania[568]).

AMMAIA ?

C. I. L. II p. 20 sq. — Portalegre aut Aramenha.

Hübner II p. 757 Ammaiam in Papiria tribu addictam fuisse coniecit ex titulis II 167 (Veiros-Bem ms.) „*Sex. Aebutius Sex. f. Pap. Rufinus*“ et II 1016 (Bajadoz-Dosma) „*P. Cincio Pap. Ruf. a. m. leg. X, P. Cincius Pap. Tuscus patri suo et sibi per se d. s. f. c.*“ ubi A·M compendia *Am(maiensis)* esse voluit[569]), sed falso, opinor. *m(iliti)* enim quod per M compendium scriptum intellegimus, omitti non potuit neque omnino de titulo

---

[567]) de Ursone cf. p. 128 sq.

[568]) Grotefend imp. Rom. trib. descr. p. 114. 115 haec oppida enumerat: Balsam, Chretinam, Conistorgim, Metellinum, Olisiponem, Pacem Augustam, Salaciam in Galeria tribu censa; Colliponem, Eboram in Quirina; Emeritam in Papiria; Norbam Caesaream, Scalabim in Sergia.

[569]) Mommsen II p. 130 male, opinor, coniecit SARMIZEG pro A·M-LEG.

male lecto[571]) certi quicquam licet statuere. latet fortasse in A male lectum VS(RVF | VS). ambo autem illi tituli et quod Emeritae propius quam Ammaiae inventi sunt et quod Ammaia, quippe quae ante Vespasianum imperatorem stipendiarium fuerit, in Papiria esse omnino non potuit, ex mea quidem opinione ad Emeritam pertinent. — qui titulus praeterea Ammaiae repertus est II 159 (Aramenha-Lafoens) „*P. Cornelio Q(uirina) Macro viritim a divo Claudio civitate donato quaestori, IIvir(o)* — —“ nihil ad Ammaiae tribum, quamquam quin ea Quirina fuerit non dubito, diiudicandam conferre potest[570]).

BALSA QVIRina

C. I. L. II p. 4. 691. — Tavira. stipendiaria est Plinio IV 116.

α II 4990 (St. Luzia — da Paz Furtado, Estacio da Veiga) „*T. Manlio T. f. Quir. Faustino Bals(a)* — — *IIvir. II* — —“

γ alter titulus ibidem et simul repertus II 4989 „*T. Rutilio Gal. Tuscilliano Q. Rutili Rusticini fil. T. Manlii Martialis nepoti* — — —“ aeque ac II 105[572]) (Valeizão-Cenaculo, Oliveira) in quo *incola* Balsensis commemoratur — — *G. Blossius Saturninus Galeria Neapolitanus Afer incola Balsensis* — —“ de Balsensium tribu nos edocere non possunt.

CAESAROBRIGA QVIR(I)na

C. I. L. II p. 111 sq. — Talavera de la Reina (?). ‘nomen oppido impositum esse apparet a Caesare Augustove in locum alius nominis vetustioris’ (Hübn.), sed inter stipendiaria oppida (Plin. IV 118) remansit.

α II 986 (Talaveira—Herranz, al.) „— — *L. Annio Placido Quir. Caesarobrig(a)* — — *aedil(i), quaestori, IIviro ter* — — —“.

γ II 913 (Talavera — Rambertus) „*C. Licinio Quir. Fuscino* — —“ II 928* (Talavera — Hermosilla) „*C. Anton. Q. Apo[l]a[ust]o* — —“[573]) II 938 (Talavera — Hermosilla, Fornero) „*L. Vibio Quiri.* (*Quir.* Fornero) *Reburro*“.

CAVRIVM QVIRina

C, I. L. II p. 96. — Coria. stipendiarium opp. Plin. IV 118.

γ II 789 (Coria-Castro) „*L. Valerio Quir. Severino* — —“

CHRETINA

tituli a Grotefendio citati II 267. 309. 315. 323 Olisiponenses sunt.

COLLIPO QVIRINA

C. I. L. II p. 36. — S. Sebastião do Freixo, Leiría. stipend. opp. Plin. IV 113.

α II 340 (Sebastião do Freixo — noticias ms. de Leíria) „— — *Q. Naevi.* [*D. f. Q*]*uir. Rufin*[*i*] *Collip.* — —“. Eph. ep. I 139 (— Soromenho; anno p. C. 167) „— — *Q. Talotius Q. f. Quir. Allius Silonianus Colliponensis, evoc. eius* [*c*]*hor. VI praetoriae* — — —“.

γ II 347 (id.) „*Q. Laelio Quirinae Sci*[*p*]*ioni* — —“.

---

[570]) cf. p. 118 (sub 2. n. 1).

[571]) in quinto quoque versu, quid sibi verba *per se* velint non intellego.

[572]) cf. Grotefend. p. 18, Hübner. ad hunc titulum.

[573]) *litterae sunt aevi recentioris* adn. Hübn.

externus est II 354 (Ameixoeira—Cardoso, Acufia qui Olisipone ponit) „— *Q. Julio Maximo Ga[l]. Nepotian[o] oratori* — —“

CONIMBRIGA vel AEMINIVM QVIRina

C. I. L. II p. 40. — Conimbrigam ubi nunc est Condeixa a velha vicus, Aeminium ubi Coimbra oppidum est viri docti putant. sed titulos, qui nunc extant, haud facile discernas utrum Conimbrigae an Aeminii sint. utrumque oppidum stipendiarium erat (Plin. IV 113).

γ II 395 (Tentugal—anon.) „*M. Antistio Agrippae f. Quir. Agrippino* — —“.

EBORA GALeria

C. I. L. II p. 13. — Evora. fuit *municipium Liberalitas Julia* (*veteris Lati*, Plin. IV 117).

γ II 118 (Evora — Vasconcellus) „*Juno L. f. Gal. Rullo* — —“ — II 123 (E. — Hübner) „— — *G. Julius L. f. Gal. Severus* — —“

α titulus II *18 (Evora — Hübner.) „*L. Voconio L. f. Quir. Paullo, aed. q., IIvir vi (= sexies) flam. Rom. divorum et Augg., praef. coh. I. Lusit. et coh. I. Vettonum.,* ↄ *leg. III. Ital. ob causas utilitatesq(ue) publicas aput ordin. ampliss. fideliter et constanter defensas; legatione qua gratuita Romae p r o r. p. s u a funct. est. lib. Jul. Ebora. publice in foro*“ fictus videtur Hübnero.

EMERITA PAPiria

C. I. L. II p. 52. — Hübner Augustam Emeritam (Plin. IV 117) coloniam ca. a. 729/25 veteranis quintanis et decimanis deductis conditam esse docuit. cf. Zumpt *comm. epigr.* I 369. deducta mihi videtur in agro Metellinensi, quem iam antea in Papiria fuisse suspicor. — Mérida. testes satis vetusti Papiriae tribus II. 528. 559. 571. 662.

α II 823 (Olivae—Accursius, Resende) „*L. Publicius L. f. Pap. Thiamus Emerit.* — — —“. fortasse etiam in titulo II 985 (Burguillos — Alsinet) Emeritae oppidi nomen et tribus insunt „[*L.*] *M[arci]us* (?) *L.* [*fil.*] *Pap. Rufus* | S....ERA[574])M....LEG·II|— —“.

γ II 139 (Villaviçosa — cod. Pigh., Resende) *Q. Sevius Q. f. Pap. Firmanus* — —“ 167[575]) (Veiros Bem. ms.) „*Sex. Aebutius Sex. f. Pap. Rufinus* — —“. 528 (Em. — Hübn.) „*P. Alfius T. f. Pap.* — — *et T. Alfio T. f. Pap.* — — —“[576]). 559 (Em. — Moreno, al.) *M. Helvio M. f. Pap.*[577]) *fratri et Q. Helvio M. f. Pap. Moderato fratri.* ~ 560 (Em. — Fernandez y Perez) *M. Helvius M. f. Pap. Silo.*[578]) — — *G. Hel[vius* — —] *Pap. Pr*[....] — —“. 566 (Em. — Velazquez) „*C. Jul. C. f. Pap.*[579]) *Modera[tus]* — —“. 571 (Em. — Alsinet) „*M. Junius M. f. Pap.*[580]) — —“. 572 (id.) „*M. Junius M. f. Pap. Sempronianus* — —“.

δ II 662 (Villamejía — Bayér) „*L. Hermelius L. f. Pap.*[580]) *vet. leg. XX*“[581]). huc pertinere puto Terentios tres tituli II 512, cf. p. 144 not. 527.

---

[574]) *aut patriae nomen latet aut* ‘[*vet*]*era*[*nus*’ *vocabulum.* Hübn.

[575]) cf. quae supra de Ammaia dixi.

[576]) nota homines cognominibus etiam carentes.

[577]) nota hominem cognomine etiam carentem.

[578]) est infans annorum duorum.

[579]) *tribus postea adiecta est* not. Hübn.

[580]) nota hominem cognomine etiam carentem.

[581]) cum legio a. 6 post Chr. *Valeriae Victricis* nomine ornata videatur, titulum eo anno antiquiorem puto.

IGAEDITANI QVIRina

C. I. L. II p. 49. — Idanha a velha.

γ II 472 (Idaña — Docampo, al.) „*C. Curio Pulli f. Quir. Firmano*“.

MEROBRIGA QVIRIna

C. I. L. II p. 5. — Santiago de Caçém. Sines. stipendiarium oppidum est Plinio IV 118.

γ II 29 (Santiago de Caçém — Gomes) „*Q. Scribonio L. f. Quiri. Paterno* — —“

METELLINVM

C. I. L. II p. 72 sq. — Medellinum nomen duxisse videtur a. Q. Metello Pio cos. a. 674/80 qui a. 683/71 de Hispania triumphavit; Augusti aetate colonia erat (Plin. IV 117), quem honorem Zumpt l. c. p. 369 ad Augustam ipsum rettulit.

titulum II 2342, quem supra p. 153 rettuli, Grotefend huc citat.

MIROBRIGA GALeria (?)

C. I. L. II p. 107. — Ciudad Rodrigo. erat *municipium V*.....

γ [?] II 864 (Rodrigo — Cabañas) L · MARCIVS | /////XI/////GAL | ///I////XXVII · | ///C· /////INGAL | ////////////// | VICTORIAE.

NORBA SERGIA

C. I. L. II p. 81 sq. diu iam ante Caesarem vicus prope Servilia et Caecilia castra fuisse et postea demum aut ab Augusto aut a Caesare non ita civitate quam coloniae nomine donata esse videtur; cf. Hübnerum l. c. p. 72. nominata est inde *colonia Caesarina* (Plin. IV 117). — Cáceres.

α VI 208[a] = 208[b] (Romae — Henzen) „*C. Marcius C. f. Serg. Salvianus Norba genio centuriae coh. X. pr.* — — *in qua militavit* — — *missus honesta missione pr. Non. Januarias Q. Fabio Catullino, M. Flavio Apro cos.*“ (anno p. C. 130). Bramb. 1892 (Koenigshoven propre Argentoratum — Brambach; inter annos p. Chr. ut videtur 9—43 [582]) „*L. Autronius L. f. Sergia Norba Silo, veteranus ex leg. II* — —“. in titulo Veronensi V 3575 „*L. Cornelio L. f. Pob. Balbo Norbano*“ non Norbensis homo dictus est. — Ligorianus titulus Gud. 124, 4 ad Italicum oppidum Norbam potius pertinet quam ad Hispanicum, quippe qui inter Italicos titulos procedat.

ε II 719 (Aldiguelo — Solano) „.....*pa*PIRIA.....LEG· XX.....ET VO..... LA·LX·A..... — —“.

OLISIPO GALeria

C. I. L. II p. 24. erat *municipium Felicitas Julia* (Plin. IV 117). tituli magistratuum huius municipii aliquot exstant atque inter hos quidam Augusti etiam aetate exarati. — Lisboa (Lissabon).

α II 327 (Santarém — Hübn.) „— *M. Antoni. M. f. Gal. Lupi Olisiponesis* —“ ~ 328 (Santarém — H.) „— *Q. Antoni M. f. Gal. Celeri Olisiponesi[s]*“.

β II 192 (Ol. — Bem.) „*C. Caecilio Q. f. Gal. Gallo aed.*“ 193 (Ol. — Gasco, al.) „— *L. Cantio L. f. Gal. Marino aedili* — —“. 194 (Ol. — Bem.) anni 19 p. Chr.

---

[582]) legionem II Augustam enim ex Hispania post Varum interemptum ad Rhenum missam et Claudio principe a Vespasiano postea imperaturo in Britanniam ductam esse tradit Suet. *Vespas.* 4; cf. praeterea Brambachium *corp. inscr. Rhenanar.* p. X.

„*Q. Julio Q. f. Gal. Ploto aed., IIvir, flamini Germ. Caesaris, flamini Juliae Aug. in perpetum*". 225 (id.) „*C. Juliu[s] C. f. G[a]l. Ru[f]i[n]us a[e]d(ilis) des[ig(natus)]*? [583]) *h. s. e.*" 261 (Carvoeira — Azevedo) „— *Q. Caecili Q. f. Gal. Caeciliani aedilis* — — *M. Caecili Q. f. Gal. Aviti* — — —" 262 (Chellas — Azevedo) „*C.* [*G*]*avio C.* [*f.*] *Gal. Rec*[*to*]. *aedil*[*i*] — —" [584]).

γ GAL II 196 (bis; libertorum filii) 198. 199. 200. 203. 208. 217. 223. 225. 227. 229. 244 (libertus). 252. 254. 255. 256. 267 (quater). 275. 276. 277. 281. 286 (male tradita). 286. 290. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 309. 312. 315. 320. 321. 323. 324. 4995. 4996. 4997. 5000. 5003. 5005. 5010. 5013. 5021. 5022. 5023. 5025. 5100 (p. XXXIX).

γ QVI? II 310 (Almoster — Cardoso) „— *Q. Lusidi Proculeiani qui* [= *Quirina?* vel *qui* (pronomen relativum)] *h(ic) s(itus) e(st)* — —".

ε GAL II 266.

PAX IVLIA GALeria

C. I. L. II p. 8. Augusti coloniam (Plin. IV 117) fuisse Zumpt comm. epigr. I 369 coniecit. — Beja.

α II 516 (Merida — Hübn.) „*Q. Baebius Florus Gal. Pacensi*[*s*] — — *Jul. Hermetion pater, Julia Pithane mater filio* — —". 2425 (Braga — H.) „— — *M. Antonius M. f. Gal. Augustinus Pace miles leg. VII gem. fel. o Mamili. Lucani* — —".

β II 49 (Beja — Resende) [585]) „*M. Aurelio C. f. Gal.* [586]) *IIvir., flamin*[*i*] *Ti. Caesaris Aug. praefec. fabr.* — —" (post a. 37); 50 (Beja — Cenaculo) „.. [*C*]*lo*[*d*]*io M. f.* [*G*]*a*[*l.* [587]) *Quo*]*drato aedili* — —". 53 (Beja — Hübn.) „*C. Julio C. f. Gal. Pedoni IIvir., flamini divorum ob rem p. bene administratam et annonam inlatam pecunia adiutam pleps aere conlato*". 51 (— Cenaculo) „*L. Cl*[*odi*]*o M. f. Gal. Salviano,* [*flam.*] *divo*[*ru*]*m Aug.* .....".

γ II 61 (— Resende) „*C. Julio L. f. Gal. Avito* — —"; 63 (— Cenaculo) „*Q. Julio Q. f. Gal. Salviano*". 99 (Padrão — ibd.) „*C. Albius C. f.* [*G*]*al.* [588]) *Albicus.* — titulum quem in agro Pacensi, non procul a Messagena (Messejana) erutum esse Resendius ementitus est, II* 9 haec habet: „*C. Minicius C. f. Lem. Iubatus /// leg. X. gem. quem in praelio contra Viriatum volneribus sopitum imp. Claudius unima //// pro mortuo dereliquit cet.*"

SALACIA GALeria

C. I. L. II p. 7. Salacia *Urbs Imperatoria* Latio Augusti aetate utebatur Plinio IV 117 teste. — Alcaçer do Sal.

α VI 2685 (Romae — Henzen) „*C. Melamus C. f. Gal. Rufinus Salacia mil. coh. VIII pr.* — —".

β II 34 „*L. Porcio L. f. Gal. Himero IIvir., praef. pro IIvir., flamini divorum bis, ob merita pleps aere conlato* — — —"

SALMANTICA

C. I. L. II p. 109 sq. — Salamanca.

---

[583]) trad. C·IVLIV | CFAGVL | RVEIIIVS | ACDDESC | cet.

[584]) trad. GRAVIO CIGALO | REG..... | AEDIL | cet.

[585]) *stat sola Resendii fide, nec tamen falsa videtur.* adnot. Hübn.

[586]) nota hominem cognomine carentem.

[587]) trad. .SA..

[588]) ///AL Cenaculo et Bayér tradunt.

In titulo II 871 „*Lucius Accius Reburrus Ter., an. XVI.* — —“ noli conicere *Ter(etinam)* tribum hic latere[589]).

SCALLABIS SERGia

C. I. L. II p. 35. — Santarém. Zumpt comm. epigr. I 343 nullo certo argumento nisus Scallabim *coloniam Praesidium Julium* (Plin. IV 117) Caesaris fuisse putavit, Hübner l. c. rem in dubio reliquit.

α VIII 3182 (Lambaesi — Mare, Renier) „*L. Lucretius Serg. Robustus Scallabi, miles leg. (III Aug.) vix. an. XXX..* — —“.

γ II 326 (Santarém — Levy) „— — *M. Aemilius M. f. Gal. Tuscus* — —“. Eph. ep. I 292 (Onias prope Santarém — Mommsen) „*M. Aemilio M. f. Gal. Tusco* — —“.

TAPORI QVIRina

Turduli qui Bardili et Tapori Plinio IV 118 stipendiarii sunt.

α II 519 (Merida — Moreno) „— — *L. Julio Longino Quir. Taporo* — —“.

VILLAVIÇOSAE titulus II 140 („— — *Q. Si[t]ni* [*T. f.*] *Qui*[*r*]. *Siri*[..] — —“) cuiusnam oppidi sit, ignoratur.

restat ut titulum II* 98 commemorem „in Lusitania effossum“ „*Q. Billio Q. f. Pap. Tappulo IIIII viro Augustali* — —“, qui „redolet ingenium Ligorii“ [590]). et alium „alicubi in Portugalia“ repertum genuinum Eph. ep. III 1 (vidit comes d'Oeyras) „*Q. Julio Q. f. Gal. Salviano*“.

Lusitania *universa provincia dividitur in conventus tres Emeritensem Pacensem Scallabitanum, tota populorum XLV in quibus coloniae sunt quinque, municipium civium Romanorum, Lati antiqui III, stipendiaria XXXVI*[591]).

A. Stipendiaria oppida haec affero:

Balsam Caesarobrigam Caurium Colliponem Conimbriga (Aeminium?) Merobrigam Taporos	in Quirina censa

B. Municipium c. R.

Olisipo Felicitas Julia in Galeria

Oppida Latina III

Ebora Liberalitas Julia	in Galeria
Myrtilis	
Salacia Urbs Imperatoria	Galeria

[589]) Hübner de *Ter(mensi)* cogitavit.

[590]) Hübneri haec est adnotatio.

[591]) Plin. IIII 113—118. D. Detlefsen *Philol.* XXXVI (1877) p. 111—128. Marquardt *Staatsverw.* I² 257.

C. Coloniae c. R. V

in Sergia Norbensis Caesarina } ad aetatem liberam r. p. refero
in Papiria { Metellinum } ad aetatem liberam r. p. refero
{ Augusta Emerita; Augustus in Metellinensi agro condidit
in Galeria { Pax Julia
{ Scallabis Praesidium Julium } Augustus auxit

Tarraconensis[592]).

ABOBRIGA ?

Abobrigam in Gallaecis sitam Plin. IV 112 *oppidum* sc. stipendiarium dicit. itaque hominem, qui in titulo II 4247 commemoratur Abobrigae natum, on Abobrigensem fuisse puto.

α II 4247 (Tarr. — Hübn.) „*L. Sulpicio Q. f. Gal. Nigro Gibbiano Avobrigensi, omnibus in rep. sua honorib. functo, flam. Romae divor et Aug. p. H. c.* — —".

ACCI PVPinia?

C. I. L. II p. 458. — Guadix. *coloniam Juliam Gemellam* (Plin. III 25) coloniae dignitatem a Caesare dictatore accepisse satis probatur iis quae disputaverunt Hübner l. c., Zumpt comm. epigr. I 313.

γ II 3396 (— Hübn.) „*C. Valerio C. f. Pup. Restituto* — — —".

AESO[593]) QVIRina

C. I. L. II p. 594. — Isona. inter oppida stipendiaria commemorat Plinius III 23.

β II 4466 (— Pascual. Monér y de Siscar) „*L. Porcio L. f. Quir. Sereno IIIIvir(o), IIvir(o)*". 4464 (— Augustinus) „*M. Licinio L. f. Quir. Celtibero aed., IIvir.* — —".

γ II 4467 (— Pascual) „*L. Porcio L. f. Quir. Prisco*[594]) — —". 4472 (— Augustinus) „*memoriae L. Fulvi L. f. Quir. Saturnini L. Fulvius L. f. Quir. Celtiber patri.*"

in reliquis titulis Galeria est, imprimis II 4468 (Exonae, Isonae — Siederus, Apianus, Augustinus) „*L. Val. L. fil. Gal. Faventino IIvirali, qui annona frumentaria empta plebem adiuvit et ob alia merita eius collegia kalendarium et iduaria duo civi gratissimo posuerunt*", quem titulum omnino ad Aesonem non pertinere et Jessone (hodie *Guissona*) potius quam Aesone (hodie *Isona* dicta) repertum esse putarim. II 4460 (Covet — Pascual) „*M. Aemilio L. fil. Gal. Fraterno praef. fabrum, trib. militum* — —" ~ 4461 (Perolet — Pascual) „*L. Aemilio L. fil. Gal. Paterno p(rimi) p(ilari), praef., o fabr. leg. VII g., o leg. I M.* cet." (post a. fere 115). titulum Tarra-

---

[591]) Grotefend p. 94 — 106 Hispaniam Tarraconensem ita per tribus discriptam esse putat, ut ad Pupiniam pertinuerint Acci; ad Pomptinam Asturica, Calubriga, Palantia?; ad Poblilia Baetulo; ad Fabiam Valentia?; ad Aniensem Caesar augusta, Lucus Augusti; ad Voturiam Beatia; ad Velinam Palma; ad Sergiam Consaburo, Limicorum civitas; ad Galeriam Aeso(na), Barcino, Bilbilis, Calagurris Nassica, Carthago nova, Castulo, Clunia, Damania, Dertosa, Dianium, Edeta Liria, Egara, Gerunda, Jesso, Ilerda, Iluro, Labitolosa?, Lauro?, Libisosa, Otobesa, Pompaelo, Saetabis, Saguntum, Segobriga, Tarraco, Uxama; ad Quirinam Aquae Flaviae, Ausa?, Bracaraugusta, Complutum, Flaviaugusta, Grallia, Juliobriga, Lancia, Ocellodurum?, Segontia, Tritium Magallum, Vergilia, Mago, Ebusus.

[593]) de Aesonensium tribu Quirina disseruit Hübner II p. 594.

[594]) est filius L. Porcii Sereni, cui titulus s. s. II 4466 positus est.

conensem n. 4188 et Grotefend et Hübner ad Aesonem pertinere coniecerunt nullis[595]) certis usi argumentis (— Hübn.) „*C. Aemilio C. f. Gal. Fraterno, praef. fabr. II, trib. mil. leg. V Alauda*[e][596]) *flamin. p. H. c., hic censum egit in provinc*(*ia*) *Gallia Aquitanic*(*a*) *p. H. c.*".

AQVAE FLAVIAE QVIRina

C. I. L. II p. 344. — Chaves. cuius oppidi origo et nomen sine dubio ad Vespasianum referenda sunt.

α II 4204 (Tarracone — Hübn.) „*C. Ceraecio C. fil. Quir. Fusco Aquifl. ex convent. Bracar. Aug., omnib. h. in r. p. sua func*[*t., flamini p. H. c.* — — —]"[597]). VIII 6311 = Renier 2447 (in Phuensium pago — Cherbonneau) „— — *C. Tannonius*[598]) *L. f. Quir. Felix, qui et Aquensis, miles leg. III* — —" fortasse huc pertinet.

ASTVRICA QVIRina

C. I. L. II p. 365. — Astorga. Plinius III 28 Asturicam *urbem magnificam* dicit, de condicione eius tacet, cf. Zumpt. comm. ep. I 366.

de Asturicae oppidi tribu difficillima est quaestio aeque ac de Juliobrigae civitatis et Calubrigae[599]) tribubus, propter titulos Pomptinam tribum indicantes. quare nunc de iis simul agam. Pomptinam tribum neque ante Caesaris aetatem libera re p. Hispanis datam esse inde apparet, quod tunc Sergia tribu cives Romani continebantur; neque a Caesare suis oppidis datam esse statuere licet, quippe quae tribus una ex octo sociorum Romanorum per Marsici belli tempus infidelium fuerit, neque ab Augusto, ut qui in Galeriam, neque Vespasiano, ut qui in Quirinam novos cives adsciverit. Pomptinae tribui igitur nullus est locus in Hispania. quod etiam ex titulis demonstrari potest:

a) Juliobrigae oppidi. QVIRina

Juliobrigenses inter Cantabros sc. ut stipendiarios Plinius III 27 memorat, cf. Hübnerum C. I. L. II p. 397 ad n. 2916.

α II 4192 (?[600]) — Ferrarinus, Jucundus) „*C. Annio L. f. Quir. Flavo Juliobrigens. ex gente Cantabrorum provincia Hispania citerior ob causas utilitatesque publicas fideliter et constanter defensas*". 4240 (Tarracone — Augustinus) „*Q. Porcio Q. fil. Quir. Cantabr. Juliobrig. praef. chor. pilato*[*rum* ....., *flam. p. H. c.* — —]". titulus VIII 3268 = Renier 1257 certe huc non pertinet[601]).

Juliobriga cum Quirinae fuisse ex his titulis satis constet, num tituli alius VIII 3245 = Ren. 1197 auctoritate Pomptinae adscriptam fuisse quis censebit? (Lam-

---

[595]) cf. Aemiliorum stemma, quod Hübner ad calcem tituli II 4458 subiecit.

[596]) coniecit W. Pfitzner *Geschichte der römischen Kaiserlegionen*, 1881, p. 3.

[597]) *eiusdem hominis titulus exstat prope Aquas Flavias supra n. 2473.* Hübn.

[598]) traditur CT·ANNoNIVS cet.

[599]) titulus urbanus quo Palantiae oppido Pomptina tribus vindicatur, fictus est: Kellermann vig. n. 49 „— — *M. Antonio M. f. Pom. Aureliano Palantia ϒ coh. pr. vig. M. Antonius M. f. Pomptina Severianus mil. leg. III Parth. ϒ Aureli* — —".

[600]) Romae Ferrarinus, Cordubae Jucundus, Malacae Cholerus, Alciatus, Tarracone Peutinger cet. ponunt.

[601]) (Lambaesi — Renier, Mare) „— — *L. Valerius Gal. Rufinus Ju////// mil. leg. VII g. f.* — —". Mare pro GAL·RVFINVS legit CARVTIWVS. *patriam* IV//// *explevit Renier collato opinor titulo n. 3245; propter tribum Galeriam* [*L*]*u*[*co Aug.*] *restituendum proposuerunt Grotefend et Hübner; cf. n. 3226* (est Wilmannsii nota).

baesi — Renier, Mare) „*C. Stabilius Pom. Maternus Juliobriga mil. leg. VII g. f.*[602]) — —“.

b) Asturicae. quIRina

α II 5124 (p. XLV; Astorga — Anon. Taur.) „[*C. Ju*]*lio* vel [*Man*]*lio C. f. Qu*]*ir. Fido* ASI, [*s*]*acerdoti Rom. et Aug., flamini des. pro. H. c.* — —“. ASI elementa Hübner in *As*[*t*(*uricensi*)] supplevit[603]).

β II 2637 (— Bassianus, post a. 79) „[*L.*] *Pomp*[*eio L.*] *f. Quir*[604]) *Faventino. praef. coh. VI Astur., trib. mil. leg. VI vic., pra*[*ef.*] *equitum alae* [*II Fla*]*v*(*iae*) [*H*]*i*[*s-p*]*a*[*n*]*or*(*um*), *do*[*nis donato*] *corona aurea, hasta pur*(*a*) .....[*ab*] *imp*(*eratore*) *div*[*o*] *Vespasian*[*o, fl*(*amini*)] *provincia*[*e H*(*ispaniae*) *c*(*iterioris*), *sacerdoti*] *urbis Romae* [*et Aug*(*usti*)][605]) — —“.

praeterea II 2638 Aniensem praebet (— Hübn.; litteris elegantissimis saeculi primi exeuntis) „... *Memm*[*i*]*us* [... *l.*] *Anies. Barbarus, sacerdos Romae et Aug. ad Lucum Aug., flamen provinciae Hispaniae citerio*[*r*]*is, trib. mil. leg. I Ital*[*i*]*cae* — —“[606]). in II 5076 (— Saavedra, litteris bonis) „*C. Pelgius L. f. Scaptianus*.....*Valer. evexilvi an. LVI h. s. s* — —“ Scaptiani vocabulo vix Scaptia tribus dicitur. —

sed IN. 6342 (? — Momms.) Asturica Pomptinae tribui adscribitur „— — *L. Flavius L. f. Pom. Caesianus Asturica mil. coh. IV pr.* — —“.

c) Calubrigae Gigurrorum[607]).

II 2610 (Compostellae — Pighii cod.) „*L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro Gigurro Calubrigen*(*si*), *probato in coh. VII pr.* — — cet.“ sed reliquus ager vicinus Quirinae fuit.

quid igitur? civitates modo commemoratas Quirinae fuisse, municipes autem earum complures eosque omnes milites Pomptinae adscriptos esse apparet. quae civitates ante Vespasianum mea quidem opinione nullo modo Latina vel Romana civitate donatae sunt. ea igitur oppida cum proxime castra legionis VII geminae sita fuerint, vix alio modo Pomptinam tribum explicari posse puto, nisi ea ad Galbam septimae legionis auctorem referatur, qui cum in legione illa conscribenda Hispano-

---

[602]) aetates titulorum, in quibus legionis VII geminae militum mentio fit, ita definiri possunt, ut nullus Galba eius legionis auctore antiquior sit, *felicis* cognomen inde ab Vespasiani aetate, *piae* saeculo demum tertio ineunte reperiatur.

[603]) haec adnotat Hübner: *si — - recte supplevi, de Quirina Asturicensium posteriore certe tempore* [? tamquam oppidum aliquod alio tempore alterius tribus esse potuerit] *tribu nunc iam constat; de Asidone certe non magis cogitandum quam de Astigi, quarum tribus Galeria erant et Papiria.*

[604]) traditur POMP-F·QVIR

[605]) titulus pessime traditus et, ni fallor, interpolatus est; quae supplementa protuli, Hübner „magis exempli causa“ edidit.

[606]) ex hoc titulo Lucensium tribus minime cognosci potest. neque enim eo efficitur Lucensium tribum *Aniensem fuisse ut Grotefendius posuit — —; etenim qui sacerdos Romae et Augusti ad Lucum Augusti et flamen provinciae Hispaniae citerioris fuit, is ut origine Lucensis fuerit minime opus est, praesertim cum antea tribunus militum legionis primae Italicae fuisset, quae legio numquam in Hispania erat.* Hübn. p. 359.

[607]) de gente Gigurrorum cf. II p. 363. Calubrigam oppidum aliunde non notum esse Hübner observavit.

rum[608]) quoque dilectum haberet illos homines Latinos antea, ut milites fieri possent, in civitatem asciverit ascitosque in Pomptinam, quae suae fortasse fuit domus tribus, receperit. certe homines illos ante a. 75, ut quo Vespasianus omnibus Hispanarum civitatibus stipendiariis et peregrinis ius Latii vel Quiritium dederit vel potius ante a. 69, quo Vespasianus imperator factus est, et post Claudium imperatorem, qui suis civibus Quirinam dedit, in civitatem receptos esse omnesque hos titulos vel Vespasiani aetate vel non multo post positos oportet. neque igitur origo et res publica eorum, sed patria in titulis indicatur, ut in sepulchris eorum militum legionariorum, qui ex Asiae oppidis peregrinis orti sunt; de qua re cum infra in capite de Illyrici oppidis pauca afferam[609]), tum alio loco copiosius agam. atque ad hanc rem optime quadrat, quod in titulo II 2852 (Lara de los Infantes — Memoriel) veteranus legionis VII in Pomptina fuisse traditur „*C. Dellio M. f. Pom. Flavino veterano leg. VII g. f., an. LXI., D[ell]ius Flavus [f(ilius?)] f(aciendum) c(uravit)*“ [610]) et C. Stabilius Pomptina Maternus (VIII 3245) Juliobrigensis eiusdem legionis miles fuit.

iam reliquos adiciam titulos in his locis (LEGIO·VII·GEMINA; cf. II p. 369. — Leon) repertos, qui nec multi sunt nec novi aliquid afferunt: II 2664 (— Castro; p. C. 234) Sabatinam, 2675 (— Saavedra) „*L. Aemilio Ammi f(ilio) Q(uirina) Valenti* — —“, 2681 (— Hübn.; litteris bonis) „— — *G. Aure. Qui. Fratern.* — —“ Quirinam exhibentes.

ATTACVM

C. I. L. II p. 563. — Ateca prope Calatayud? de statu oppidi nihil constat.

quae cum ita sint, in II 4189 (Tarr. — Strada) „*L. Aemilio L. f. .... Paulo flami[ni] p. H. c. ex conven[t.] Carthag. Attacc(ensi), omnib. in re p[ub.] sua honoribus [funct.]* — — —“ Hübner male, ni fallor, Galeriam pro Quirina supplevit.

AVRGI QVIRina

C. I. L. II p. 452. — Jaen. ‘a scriptorum veterum nullo Aurgi memoratur’ (Hübn.). mihi ob tribum, priusquam municipium Flavium factum est, oppidum haud exiguum stipendiarium vel liberum fuisse videtur.

β II 1685 (Tuccis — Hübn.; litteris elegantissimis aevi Traiani) „*M. Val. M. f. Quir. Marc[ellus aed., ii]vir munic. Aurgi[tani]* — — —“ [611]).

γ II 3361 (Mentesae — Hübn.; litteris optimis aetatis, ut videtur, Traiani) „*C. Sempronius C. f. Gal. Sempronianus IIvir bis, pontufex perpet.* — — —“ ad Mentesam vicinam mihi pertinere videtur[611a]).

AVSA GALeria

Ausetani quos Latii iure usos Plinius III 23 tradit eo loco, ubi nunc Vich est (C. I. L. II p. 614), habitabant.

tituli II 4464 et 4472 quos Ausetanos Muratorii errore pellectus Grotefend dixit, Aesonenses sunt. ceterum Ausetanorum utpote Latinorum (Plin. III 23) tribus

---

[608]) de ea re copiose egit U. P. Boissevain, *de re militari provinciarum Hispanorum aetate imperatoria.* Amstelod. 1879, p. 31.

[609]) in cap. III §. 9 s. v. NOVAE.

[610]) DE | FILIVS·FLAV traditur.

[611]) *titulum hunc e vicino municipio Aurgitano (Jaen) allatum esse non opus est, potest enim duovir Aurgitanus dedicasse in colonia Augusta Gemella.* Hübn.

[611a]) cf. notam 651.

fuisse debet Galeria ad quam II 4619 (A. — Ripoll, Hübner ex ectypo) „[.. *A]ntonius Gal. Verus* — —“ optime quadrat.

BAETVLO

C. I. L. II p. 612. — Badalo. Plinius oppidum c. R. dicit (III 22).

γ II 4611 (— Pujandesius) „— — *C. Picarii C. f. Pub. Novatii* — —“; sed Baetulo, ut quod municipium civium Romanorum ante Vespasianum fuerit, Galeriae fuerit, necesse est.

BARCINO GALeria

C. I. L. II p. 599. — Barcelona. colonia (Plin. III 22) Faventia Julia Augusta Pia immunis, quod beneficium Augusto debuisse videtur, cf. Zumpt. comm. epigr. I 366. antiquissimi tituli II 4528. 4530.

α II 4510 ≅ 4511 (— Hübn., post a. 138) „*L. Minici*[*o L. fil.*] *Gal. Nata*[*li*] *Quadronio Vero Ju*[*niori*] *cos.* (a. 107) — —“, cf. 4511, v. 19 sqq., ubi eius testamenti verba citantur: „*colon*(*is*) *Barcinonens*(*ibus*) *ex Hispania* [*cit*]*er*(*iore*), [*apud q*]*uos natus sum,* ℍ *s. c̄*“ (sc. *do lego*) cet. 4526 (Barcinone — Hübn.) „*C. Jul. C. f. Gal. Paullino Barc. omnib. honorib. in re p. sua perfuncto* — — —“ quam inscriptionem eandem esse atque 4522 Mommsen vidit.

β II 4520 (— Hübn.; litteris optimis) „*M. Ac*[*ilius .. fil.*] *Gal. Firma*[*nus IIvir .. IIvir. quinquen*]*n. ter, flam. R*[*omae et Aug.* .....] — —“. 4521 (— Hübn.; litteris elegantissimis saeculi secundi fere medii) „*C. Aemilio C. f. Gal. Antoniniano aedil., IIviro, flamini* — —“. 4523 (— Schottus) „*Q. Calpurnio Q. fil. Gal. Flavo* — — *aed., IIviro* — — —“ ~ 4524 (— Accursius) „[*L. Cal*]*pur*[*nio L. f. Gal. Ju*]*nco aedil., IIvir., flamini* — — — *L. Calpurnio L. f. Gal. Junco, f., aedil., IIvir. II, flamini* — —“. 4525 (— Hübn.; litteris bonis) „*M. Her*[*ennio* — — *f.*] *G*]*al.*.....] *Severo aedili, IIviro, flam. Aug.* — —“. 4528 (— Augustinus) „*P. Manlio Cn. f. Gal.*[612]) *aedili, IIvir., Cn. Manlio P. f. Gal. Secundo aedili.*“ 4530 (— Villanueva) „*Q. Salv*[*io*] *Q. f*[*il*]. *Galeria*[613]) *aedili, duomvi*[*ro*] *et duomviro quinquenn*[*ali*] — —“.

β II 4531 (— Hübn.) „*L. Valerio L. f. Gal. Terentiano* — — *dec. Barc.* — —“. — titulus II 4617 (prope Iluronem — Hübn.) „.. *Marius L. f. Aniens.* [*A*]*emilianus* [*B*]*arcin. immunis* [*o*]*mnib. honorib.* [*in re p. sua*] *functus,* [*iud*]*ex* [*ex decurii*]*s quinque iu*[*dicum legitume Romae iudicantium*.....], *adlecto inter immunes*“ mihi extraneis videtur positus esse aeque ac II 4514 (— Hübn.; saeculi secundi exeuntis circa a. 161 — 169) „*L. Caecilius L. f. Pap. Optatus γ leg. VII g. fel. et γ leg. XV Apollin.* — — *atlectus a Barc. inter immunes, consecut*(*us*) *in honores aedilicios, IIvir III* — — —“.

praeterea Barcinone reperti sunt aliarum tribuum tribules: Aniensis: β II 4532 (— Hübn.; litteris optimis) „.....*o M. f. Anien*.....*aed., IIvir.* — — —“. Teretinae 4516 (— id.) „...../*/iandui* ..... *fil. Ter.* [*Cr*]*escenti* [*IIvi*]*r., flamin.* [*Roma*]*e et Aug.*, [*praef. f*]*abrum*...“. libertini filium in Palatina censum habes II 4527 (id., litteris optimis) „— — *C. Julio C. fil. Pal. Silvano ann. VIII mens. III, aedili Barcin. C. Publicius*[614]) *Melissus pater fil. karissimo et C. Publicio Hermeti IIIIIIvir. Aug. Aurelia Nigella marito karissimo et sibi* — —“

---

[612]) nota homines cognominibus carentes.

[613]) nota hominem cognomine carentem.

[614]) „nota filium patri non cognominem“ (Hübn.), fortasse pater cum antea servus publicus, deinde libertus esset, Publicius appellatus, filius autem, patre iam libero, natus et ab Augusto vel alio imperatore Juliae gentis in Juliorum nomen receptus videtur.

γ II 4555 (Hübn.) „— — *L. Fulvius L. f. Quirina Numisianus* — — —“.

ficti sunt δ II 412* „— — *P. Pupius P. f. Trom. Latinus veteranus leg. III Augustae Faventiae* — —“. δ 413* „— — *M. Gavius M. f. Tromen Salluus. γ. leg. III Aug. Favent. piae* — —“. 414* „— — *Q. Hirius Q. f. Trom. Lepidus speculator leg. III Aug.* — —“, quorum auctor Ligorius titulo „*L. Gavio Romano Tromentin(a) Vibio Secundo trib. mil. leg. III Aug, f(lam.) p(rov.) H(isp.) c(it.)* — —“ [615]) posito deceptus esse et compendia LEG·III·AVG·F·P male explicavisse mihi videtur.

BILBILIS GALERIA

C. I L. II p. 410. — Cerro de Bambola prope Calatayud. recte, opinor, ad Augustum oppidi *Augusti Italici* (?) cui coloniae ius erat originem refert Detlefsen Philol. XXXII 615 sqq.

α VI 2728 (Romae — Henzen) „*T. Acilius T. f. Capito Galeria Birbili mil. chor. X pr.* — —“. Kellerm. vig. n. 45 (in nova via Latina) „— — *Q. Acilius T. f. Galer. Septiminus, nat. Birbili, trib. coh. VII vigil.* — —“.

Mur. 845, 7 (R. — Ligori) „*A. Postumius A. f. Palatina Ferrugius Birbili mil. coh. VII praet.* — —“ fictus est. falsum est Ligorii opus II 260[b]* „— — *P. Licidius Q. f. Galer. Honoratus, veteranus leg. X Aug.* — — —“.

BRACARAVGVSTA QVIRina

C. I. L. II p. 338. — Braga. Plinius oppidum (stipendiarium) dicit IV 112; cf. Hübnerum l. c. et *çives Romanos qui negotiantur Bracar(ae) August(ae)* tituli II n. 2423.

α II 4237 (Tarr. — Jucundus, al.) „*Q. Pontio Q. f. Quir. Severo Brac. Aug. omnib. honorib(us) in r. p. sua functo, flam. p. H. c.* — —“. 4257 (id.) „*M. Ulpio ⟨Reburro⟩ C. fil. Quir. Reburro ex γ (= conventu) Bracar. Aug., omnibus h. in r. p. sua func., flam. p. H. c.* — —“.

γ II 2437 (— sched. Lousadae) „*A. Caelio T.* [*f.*] *Quir. Flacco*“ ~ 2438 (— Alvares de Figueiredo) „*T. Caelio T.* [*f.*] *Quir. Flacco*“. 2444 (id.) „.. *Lucret... L. f. Quir.* [*S*]*aturnin*[.... — —“. 2450 (id.) „*L. Valerio Quir. Rufino* — —“.

δ II 2424 (— Accursius) „*L. Terentio M. f. Quir. Rufo, praef. coh. VI Britto. ↄ leg. I M. p. f., don. don. ab imp. Traiano bel*[*l*]. *Dac., p. p. leg. XV Apol*[*l*]., *trib. coh. II vig.* — —“ (ca. a. 103—117).

aliam tribum praebent II 2381 (Basto prope Bracaram — Serra) „[*I*]*mp. Caes.* [*T. Ae*]*lio Hadri*[*ano Ant*]*on*[*ino*] *Aug. Pio* [*per T.*] *Furnium* [*G.*“ (vel *P?*)*a*[*l* vel *p?*] *Procu*[*lum e*]*t* [*A.*] *Vegeti*[*um Gal* .....]“. 2436 (— P. Cattanei sched.) „— — *C. Cecilius Se*[*r(gia)?*] [616]) *Paternus* — —“. 2454 (— Figueiredo)....ITVS·PAP (*iria?*) — — —“.

BRIGAECVM

de oppidi eius neque situ (cf. Pauly *real. enc.* I[2] p. 2474 s. v.) neque condicione (omisit enim Plinius) constat.

Hübner titulum II 2639 (Asturica — Jovellanos) „*Q. Cumelius Q. Fab. Celer. Bric. vet. leg. II ad.* — — —“, quamquam vel maxime dubitans, huc vel ad Brigan-

---

[615]) est II 4515, quem hoc loco non attuli, cum hominem cuius similis titulus Tarracone quoque exstet neque Barcinone neque Tarracone natum esse appareat.

[616]) trad. SEM·PATERNVS „scribe aut *C. Cecilius Semp*[*i*]*ternus* aut *C. Cecilius Se*[*r(gia)*] *Paternus*“. Hübn.

tium[617]) adferendum censuit. accedit II 2630 (Fuente en Callada — Strada) „*M. Valerius* [*P.*] *f. Ani. Secundus veter.* — —“.

BRIGANTIVM

'gentis nomen?' Hübner C. I. L. II p. 748.

ϒ II 2566 (S[a] M[a] de Ribera — Sarmiento) „*M. Junio Qu*[*i*]*r.*[618]) *Robusto* — —“; confer quoque II 2639[619]).

BVNDALICA GENS

Bundalicae gentis cuiusdam (?)[620]) Hübnero homo ille fuisse videtur, cui Cluniae a filia positus est titulus (— Strada) „*L. Valerio C. f. Gal. Crescen*[*ti*] *Bundalico*“.

CAESARAVGVSTA ANIENSI

C. I. L. II p. 406. — Zaragoza. coloniam immunem ab Augusto a. 721/33 conditam esse referunt Strabo III 2, 15 et Isidorus *orig.* XV 1 (cf. Zumpt. comm. epigr. I 367. fuit *ubi oppidum antea vocabatur Salduba* Plin. III 24. sed valde offendebar eo, quod oppidum illud, cuius honores ad Augustum referunt auctores, in Aniensi censebatur. quam ob rem accuratius in eam rem inquirenti id maxime placuit, Saldubam oppidum a Caesare civitatem accepisse, ab Augusto auctum esse honoribus quamquam certis argumentis ea, quae dixi, non possunt comprobari.

α VI 9 (R. — Bormann) „— — — *missi honesta miss. ex coh. XIII pr.* ϒ *Gradivi* — — *T. Popilius T. fil. Ani. Brocchus Caesar. Aug.*“. III 6417 (Stermizzae — Alacevich; inter a. 42 — 69) „*L. Icconius L. f. Ani. Surio Caesar. Aug. miles leg. XI C. p. f.* [ɔ] *Titi Silvani* — —“. II 4249 (Tarr. — Hübn.) „*M. Valerio M. fil. Gal. Aniensi Capelliano Damanitano adlecto in coloniam Caesaraugustanam ex benefic. divi Hadriani, omnib. honorib. in utraq. re p. funct., flam. Rom. divor. et Aug.* — —“.

alius homo adlectus suae tantum rei p., non Caesaraugustae tribum dicit II 4244 ([Tarr.] — Bouhier[621]) „*M. Sempr. M. fi*[*l.*] *Quir. Capitoni Gralliensi adlecto in ordine Caesaraug., omnib. honorib. in utraq. r. p. s. f., flam. p. H. c.* — —“.

titulos III 1382 (Maros-Nemeti — Mommsen) „— — *C. Licini Coll. Caes. Pontici vet. alae I Aug. I*[*ture*]*o*[*r*(*um?*)] — —“ et VIII 2808 = Renier 324 (Lambaesi — Renier) „*M. Antonius M. fil. Collin. Sabinus Caesarea Augus*(*ta*) ϒ *leg. X Fr.*, ϒ *leg. III Aug.*“ Grotefend et Mommsen[622]), recte videtur, ad Caesaream Palaestinae revocant.

CALAGVRRIS·NASSICA GALeria

C. I. L. II p. 404. — Calahorra. Plinius inter cives Romanos III 24 enu-

---

[617]) „v. 2 quod traditur aut ita „*Q. f*(*ilius*) *Fal*(*ia*) *Celer. Bri*[*x*(*ia*)]“ aut „*Q. f. A*[*rn*(*ensi*) *Celer. Bri*[*x*(*ello*)]“ emendari potest, Brixia enim Fabiae, Brixellum Arnensis fuit. — — qui de *Brigantio* aut *Brigaeco* Hispaniae cogitaverit, ei tam civitatem Romanam oppidis illis fuisse [non civitatem, sed ius Latii post Vespasianum iis fuisse conicere sufficit] quam tribum aut Fabiam aut Arnensem probandum erit [quod certe non poterit probari]“ Hübn.

[618]) trad. QVR; in lapide fuisse videtur QVK.

[619]) cf. quae ad Brigaecum contuli.

[620]) cf. notam meam 633.

[621]) inter titulos urbanos prodidit Bouhier „quamquam titulus aliunde non innotuit, tamen omnino genuinus habendus est, et certo Tarracone collocandus propterea, quod honos flamini a provincia haberi nullo alio loco facile potest“. Hübn.

[622]) Grotef., *imp. Rom. trib. descr.* p. 152, Mommsen ad III 1382.

merat *Calagurritanos qui Nasici cognominantur.* Ravennas (IV 43 p. 309, 8) Juliam dicit.

α II 4245 (Tarr. — Hübn.) „*C. Sempronio M. f. Gal. Fido Calagorrit. trib. mil. leg. III[I] Scythic. trib. mil. leg. VI ferr., trib. mil. leg III Gall., trib. mil. leg. XX V. v., flamini p. H. c. — — flamini p. H. c.*". Brambach 117 (Noviomagi — Bramb.; inter Vespasiani et Hadriani aetatem[623]) „.....*Au]relius* [*T.*] *f. Gal.* [*Fl*]*avos Cal*(*agurri*) *mil. leg. X gem. — — M. Aurelius T. f. Gal. Festus Calag*(*urri*) — —".

de CALVBRIGAE oppidi tribu in capite de Asturica supra disserui.

CARTHAGO NOVA[624]) SERGia

Carthagena. — Carthaginem Novam coloniae dignitate et *Juliae Victricis* cognominibus a Caesare ornatam esse Hübner C. I. L. II p. 462 et Zumpt comm. epigr. I 312 censent. attamen iam ante Caesarem dictatorem municipium c. R. ibi constitutum fuisse ex titulo satis vetusto C. I. L. I 1555 = II 3408 intellegitur, quem optime illustravit Hübner *L. Baebius M. f., L. Cati*(*us*) *M. f., L. Taurius L. f., Ser*(*vius*) *Aefolan*[(*us*) . . *f.*] (sc. quattuorviri) *genio opidi columnam pompam ludosq*(*ue*) *coiraverunt.* (coloniam dicit Plin. III 21).

α II 4230 (Tarr. — Augustinus; post a. 138) „*Cn. Numisio Cn. fil. Serg. Modesto Carthag. omnib. honorib. in rep. sua functo, electo a concil. provinc. ad statuas aurandas divi Hadriani, flam. p. H. c. — —*". VI 2607 (Romae — Jucundus) „*C. Fabius C. f. Ser. Crispus Carthag. specul. còh. VI pr. — —*".

γ II 3442 (Carth. — Bibranus) „... *situlari* .... | .....*s. Ser. circum* | *gestator*". in II 3479 v. 1 Hübner vix probabile esse dicit in SENI tribum Sergiam latere. nullum aliud Sergiae exemplum Carthagine adhuc prodiit, mirum autem quam multa aliarum, quarum nullam nisi Galeriam et Quirinam recipio.

β II 3425 (— Hübn.; litteris optimis aevi Augusti) „*Cn. Cornelius L. f. Gal. Cinna, IIvir — —*" ~ 3426 (id.; litteris aevi Augustei) „*M. Cornelius M. f. Gal. Marcellus aug*(*ur*), *quinq*(*ennalis*) — — —".

γ II 3467 (— Talamanco) „*Cn. Furio M. f. Gal. l*(*ibertus??*) *f*(*aciendum*) *c*(*uravit*)". 3520 (— Hübn.) „....]*o. Cn. f. Gal.* [....". Quirinae innotuit unus[624a]) 3418 (— Hübn.; litteris elegantissimis saeculi secundi ineuntis) „*M. Valerio M. f. Quir. Vindiciano flamini conventus Carthaginiensis — —*".

---

[623]) cf. Brambachii praef. p. XIII.

[624]) de Carthaginiensium tribu egit Hübner II 462 sq.: *singularis prorsus ratio tribuum est, quae Carthagine reperiuntur. etenim praeter Collinam* (*n. 3444? 3504*) *Corneliam* (*n. 3462*), *Maeciam* (*n. 3439*), *Meneniam* (*n. 3451?*), *Scaptiam* (*n. 3455*) *quae singulis fere exemplis inveniuntur possuntque referri ad homines exteros, qui incolae tantum fuerant Carthagine, aequo fere iure adscriptos videmus cives sine dubio Carthaginienses Galeriae* (*n. 3425. 3426. 3467. 3520, quorum exemplorum duo magistratuum municipalium sunt*) *Quirinae* (*n. 3418 flaminis conventus Carthaginiensis et n. 3423 aedilis qui civis adlectus erat*) *Sergiae. eam enim testantur II 4230 et VI 2607. itaque secus statuendum erit quam factum est a Grotefendio, atque dicendum tres re vera fuisse Carthaginiensium tribus* [!]; *quae utrum simul fuerint institutae an deinceps, quotiens novi colonis agri adsignati sint* [?] *et qua omnino ratione explicandae sint, postea fortasse enucleabitur.* Mommsen Quirinae Sergiaeve tribules incolas cives fuisse negat; de Sergia certe erravit.

[624a]) male enim Hübner addit titulum hominis Romae nati, II 3423.

reliqua exempla sunt Aniensis II 3438. 3441? (male lectum), Collinae II 3444? (aevi Augusti). I 1480 = II 3504, Corneliae II 3462 (antiquissimum), Maeciae I 1481 = II 3439 (Hispanorum omnium antiquissimum) E. E. II 37, Meneniae II 3430, Scaptiae II 3455 (litteris antiquis; cognomen deest).

CASTVLO GALeria

C. I. L. II p. 440. — Cazlona. Plinius III 25 *ex colonia Salariense oppidani Lati*[625] *veteris Castulonenses qui Caesaris* [*Ju*]*venales*[626] *appellantur:*

α II 2641 (Asturicae — sched. Farnes.) „*M. Valerius* [*M. fil.*] *Gal. Licini*[*anus*] *ex m*(*unic.*) *Cas*[*tulonensi mi?*]*le*[*s*][627] *leg. V*[*ii g*]*e*[*m*].[628] — —“. 4209 (Tarr. — Hernandez) „*P. Cornelio M. f. Gal. Verecundo Castulonens. omnib. honor. in re p. sua functo, flam. p. H. c.* — —“ ∼ β II 3276 (— Hübn.) „*C. Cornelius C. f. Gal. Valentino IIvir, flam. Romae et Aug.* — —“ ∼ γ II 3269 (— Hübn.; inter annos 41—54) „*Ti. Cla*]*udius Caesar Aug. Germanicus p. p.* [..... *P. Cor*]*nelius P. f. Gal. Taurus* — — — [*P. Cor*]*nelius P. f. Gal. Taurus f.* — — —“. 3293 (id.) „*C. Cornelius C. f. Gal. Brocchus*“.

δ 3272 (— Manrique ca. a. 43—63[629]) „[*Q. Cor*]*nelio M. f. Gal. Valeriano pra*[*ef. alae*.....]“ cet.

accedit II 340*[630]) quem Rus Puerta se Castulone vidisse dicit „— — *M. Atrius M. f. Gal. Chrestinus* [*Cas*]*tulonensis* — — [*functu*]*s honoribus* [*r. p.*] *s.* — —“. II 342* et 343* sunt Trigueri opus „— — *Gn. Atinius Gn. f. Varro Palat., IIvir m. m. Cast. et fl. Aug.* — —“ et „*Q. Valer. Q. f. Quirin. Aeliano nobiliss. inc. et fl. Edetanor* — —“.

CLVNIA GALERia

C. I. L. II p. 382 sq. — Coruña del Conde et vicina. ‘coloniae dignitatem utrum acceperit a Galba imperatore, qui inde imperium auspicatus est, ut nummi Galbae videntur indicare, in quibus CLVNIA·SVL· nomina leguntur, an iam ab Augusto, ut Zumpt posuit (comm. epigr. I p. 367) .....tituli non decidunt. nam quamquam fragmentum inventum est memorabile dedicationis Galbae imperatori factae, nomen coloniae diserte additur in titulo Hadriani demum (n. 2780)’ (Hübn. l. c.). sed cum Tiberii aetate oppidum a quattuorviris et aedilibus gubernatum esse constet, municipium saltem c. R. ea aetate fuisse videtur, cf. Hübnerum l. c.

α II 214 (Olisipone — Salgado) „.. *F*]*abius Justi f. Gal. Rufus Cluniens.* — —“. 818 (Caperae — Velazquez) „*C. Aelius Segonti f. Gal. Paternus Clun.* — —“. 821 (Caperae — Docampo) „*C. Caelius Paternu*(*s*) *Gal. Cluniensis* — — — *vicinia Cluniensium*[631]) *f. c.*“. III 1158 (Albae Juliae — Torma) „— — *L. Jul. T.* [*f.*] *Galer. Leuganus Clunia vet. leg. XIII g. M. v., aedis custos c*(*ivium*) *R*(*omanorum*) *leg. XIIII* — —“.

---

[625]) ceterum non ante Augustum Latii ius Castulonenses obtinuisse cum *vetus* appellet Plinius l. c. oppidum, Hübneri est opinio, quae facile refutari potest.

[626]) ita mihi egregie Mommsen et Hübner l. c., quod traditum est, *Caesaris Venales* emendavisse videntur.

[627]) de *veterano* cogitat Boissevain l. c., p. 92.

[628]) traditur M·VALERIVS/// | GEL·LICINI/// | ////EX·M·CAS////// | CALEG·LEG· V·CENT cet.

[629]) cf. Hübneri notam huic titulo subscriptam.

[630]) „quamquam non nego posse genuinam esse, tamen facillime talia fingere potuit falsarius non indoctus.“ Hühn.

[631]) „serva publica videtur fuisse, nisi de vicinitate cogitare mavis; cf. n. 806 [*vicinia Caperensis*]“. Hübn.

β II 2782 (— Florez; post a. 14) „*C. Calvisio Aiionis f. Gal. Sabino*[632]) *mag. flamini Romae et divi Augusti, quod populo frumentum annona cara dedit, amici*“.

γ II 2785 (— Strada) „*L. Valerio C. f. Gal. Crescen[ti] Bundalico*[633]) — —“. 2800 (— Florez, Loperaez, anon.) „... *Pompeio Gal. Urcalioco?*[634]) — —“. 2807 (— Salomon) „*L. Valerio Gal. Marciano* — — —“.

unus titulus II 2798 (— Strada) Quirinam praebet „*L. Pompeio Paterni f. Quir. Paterno* — —“.

COMPLVTVM QVIRina

C. I. L. II p. 410. — Alcalá de Henáres. Plinius III 24 Complutenses *stipendiarios* vocat.

β II 3033 (— sched. Vergarae) „*Cn. Nonio C. Noni fil. Quir. Crescent[i] mag., flamin[i] Romae et Aug.* — —“.

CONSABVRA ?

C. I. L. II p. 431. 303 (ad n. 2166). — Consuegra. inter stipendiarios habet Plinius III 25. quod si recte Plinius Consaburae condicionem describit, nihil tribuendum titulo II 4211, in quo Sergia commemoratur.

β II 4211 (Tarr. — Augustinus; ca. a. 98 — 117), qui male lectus videtur „— — *L. Domitio M. fil. Serg. Dentoniano, iudic. dec. V, equo publico per Traian. IIvir. munic. Consaburon., flam[i]n. perpet., tribun. milit. cohort. Astur. et Callaeciae et Mauretan. Tingit., flam. p. H. c.*“

DAMANIA cum sit Edetanorum oppidum, titulum II 4249 ad Edetam rettuli.

DERTOSA GALeria

C. I. L. II p. 535. — Tortosa. Plinius III 23 Tarracone disceptare tradit populos XLII *quorum celeberrimi civium Romanorum Dertosani* cet. 'in Agrippae igitur censu municipes tantum Dertosanos fuisse scriptum invenit, nam si cives Romani fuissent ex colonia, diserte id addidisset ex more suo'. Hübn. l. c. qui dum municipii et *Hiberae Juliae Ilercavoniae* nomina ad Caesarem referre studet, nescio an recte statuerit. aliquanto post Tiberium adoptatum Augustus coloniam eo deduxit, quam coloniam vocavit Juliam Augustam Dertosam.

β II 4060 (— Hübn.) „*M. Porcio M.* [*f....*] *Terentia*[*no*], *huic universus* [*ordo d. c. D.*] *aedilicios et du*[*omvi*]*rales honor. de*[*crevit*] — —“ liberto ut videtur[635]) nati et immature defuncti pueri titulum Grotefend recte ita supplevit, ut in v. 1 nomen tribus Galeriae legatur. 4059 (— Lucena) „*C. Cassio C. f. Gal. Nigro* — — *omnibus honorib. functo* — —“.

γ II 4053 (en lo Forcall[636]) — Strada) „*Cn. Baebio Cn. f. Gal. Gemino* — —“ nisi fortasse hic Baebius idem atque is, cui tituli 3854 et 3855 Saguntini positi sunt.

---

[632]) „C. Calvisius Sabinus hic videtur civitatem accepisse ab homine cognomine sive consule sive praetore, qui a. 726 triumphum de Hispania egit cet.“ Hübn.

[633]) nisi *Bundalicus* gentis nomen est. id quod iam significavit Hübner in indicibus p. 748.

[634]) nisi Urcaliocus gentis nomen est (cf. Hübn. p. 755); Florez trädit .... POMPEIO GAL | VRCAIIOCO cet., ceteri T·POMPHO·GAE | VRCAEIO CO cet.

[635]) cf. II 4061 patris titulum „*Theopompo seviro Aug. primo aedilici iuris in perpetuum*“ et Mommseni notam.

[636]) Strada quidem in Pardines oppido Cataloniae titulum repertum esse dicit, sed errasse videtur Hübnero.

DIANIVM GALERia

C. I. L. II p. 484. — Denia. Plinius *stipendiarium* III 20 dicit. qui si recte haec tradidit ac re vera Dianienses in Galeriam erant adscripti, perfectis demum Agrippae commentariis eam civitatem auctam esse ab Augusto coniciam.

α II 3582 (— Justiniano) „... *Cor]nelio Q. filio Gal. Placido omnibus honoribus in re p. sua functo* — —". 3583 (— Antonio, Palau) „*T. Junio T. f. Gal. Severo Dianensi omnibus honoribus in re p. sua functo* — —". 3584 (— Beuter) „*L. Valerio L. f. Ga[l]. Pro[p]in[q]uo, omnibus honoribus in r. [p.]*[637]) *sua functo, adlecto in V decurias, flamini p. H. c.* — —" ≅ 3585 (— Morand) „*L. Valerio L. f. Gal. Propinquo, flamini p. H. c.* — —" ≅ 4250 (Tarr. — anonym.) „— — [*L.*] *Valerio L.* [*f.*] *Ga[l.] Propinquo Dian[ensi* .....], *flam. Romae divor. et Aug. [p]rovinc. Hisp. citerior*".

γ II 3592 (Morand) „*Q. Sempron[io Q. f.] Gal.* [*M*]*auro* — —".

praeterea hi extra Dianii moenia reperti tituli huc pertinere mihi videntur: II 3596 (Ondara — Bayér) „— — *T. Juni Gal. Achillei decurialis scribae librarii quaestorii trium decuriarum* — — —". 3598 (Ondara — Escolano) „*Q. Sempronio Q. f. G*[*al.*] *Valeriano* — — —". 3606 (prope Olivam — Mayans) „*P. Atellio P. f. Gal. Verecundo* — —". 3604 (id.) „*C. Sempronius C. f. Gal. Severinus* — —". fortasse etiam 3606 (Fuente de Carroz — Diago) „— — *Mini*[*c*]*ius Marci filius Galer. Marcilius* ..... *decurio, omnibus honoribus in re publica sua functus* — — —".

Grotefend II 3596. 3604 ad Lauronem refert.

EDETANORVM CIVITATES GALeria

EDETA quae et LIRIA.

Edetanos Plinius inter gentes Latinas quae Tarracone disceptabant commemorat III 23. adhuc pertinent Edetanorum oppidum Edeta sive Liria (C. I. L. II p. 509. — Liria), Otobesa (?) Damania (cf. C. I. L. II p. 402 ad n. 2960), quod oppidum Plinius quidem III 24 stipendiarium dicit, sed, cum Ptolemaeus II 6, 63 id inter Edetanorum oppida referat, fortasse aut ipse erravit aut ab eo quo usus est auctore inductus est in errorem.

α II 3793 (— Lumiares) „... *M. f. Gal.* ..... *Edetano* [*omn. honoribus ci*]*vitatis s*[*uae func*]*to* .....". 3989 (Jericae — Lumiares) „*C. Fabius C. f. Celsus Gal. Edeta* — —". 4251 (Tarr. — Augustinus) „*M. Valer. M. f. Gal. Propinquo Gratio Cereali Edetano, flam. p. H. c., cui honores civitatis suae resp. ac. genio Lusit.*[638]), *adlecto in equite*(*s*) *a T. imp., praef. fabr. bis*, cet." VII 184 (Lindi — Hübn.) „*L. Sempronii Flavini mil*(*i*)*t*(*i*)*s leg. VIIII* — — *Ispanica Leria civ*(*i*) *Ma*...." nisi *Ispanica Leria*, id quod Hübner coniecit, uxoris nomen est.

β II 3790 (— Accursius) „— — *L. Caecili*///*o L. f. Gal*////// *Cassiano, omnibus honoribus hic functo* — —". 3789 (— Lumiares) „/// *Baeb*[*io*] *M. f. Gal. Bae*[*bi*]*ano Severo IIvir*(*o*), *flam.*".

γ II 3791. 3799. 3807. 3808. 3810. 3811 Liriae reperti omnes Galeriam tribum praebent.

cf. Trigueri opus II* 343 (Castulone rep.) „*Q. Valer. Q. f. Quirin. Aeliano nobiliss. inc.* (num Edetanorum an Castulonensium?) *et fl. Edetanor.* — —".

DAMANIA GALeria

α II 4249 (Tarracone — Hübner) „*M. Valerio M. fil. Gal*(*eria*) *Aniensi Ca-*

---

[637]) „*p*(*ublicam*)" omissum apud Hübnerum, fortasse ex typographi errore.

[638]) haec proxima verba corrupta sunt.

pelliano Damanitano, adlecto in Coloniam Caesaraugustanam ex benefic(io) divi Hadriani, omnib(us) honorib(us) in utraq(ue) re p(ublica) func(to), flam(ini) Rom(ae) divor(um) et Aug(ustorum) p. H. c."[638a]).

OTOBESA[639]) GALeria

α II 829 (Caperae — Accursius) „*L. Domitius T. f. Gal. Vetto Otobesani* — —".

EGARA GALeria

C. I. L. II p. 598. — Tarrása. quod si recte Egarenses in Galeriam convenisse suspicatus sum, oppidum, cuius condicionem Plinius in Tarraconensis conventus oppidis describendis enarrare omisit, cum postea municipium Flavium factum sit (cf. II n. 4494), inter ea oppida, quae Latio vetere utebantur, enumerare non dubito.

α II 4495 (— Hübn.) „*Q. Granio Q. fil. Gal. Optato IIvir(o) Egara(e), tribuno militum* — —".

EMPORIAE gALeria

C. I. L. II p. 615. — Castellon de Ampurias. Plinius III 23 Emporias oppidum c. R. dicere videtur, Livius XXXIIII 9 in eo oppido Hispanos indigenas et Graecos Phocaea advectos habitavisse narrat et sic pergit: *tertium genus Romani coloni ab divo Caesare post devictos Pompei liberos adiecti. nunc in corpus unum confusi omnes Hispanis prius, postremo et Graecis in civitatem Romanam adscitis.* quae, nisi fallor, sic sunt explicanda: Caesar dictator cives aliquot (nam de colonia eo deducta aliunde non constat) a. 709/45 vel 710/44 eo deduxerat aut ibi reliquerat, quibus ut republica sua uterentur, non concessit: filius autem Caesar (*nunc* dicit auctor) omnes incolas ad civitatem Romanam adduxit. cui rei convenit id, quod in titulo quem adferam [*G*]*al*(*eria*) tribus commemorari videtur.

Ephem. E. E. I 146 (— Hübn.) „...*Cor*]*nelio* .. [*G*]*al. Volte*[*ian*]*o* — —".

FLAVIAVGVSTA QVIRina

Quamquam neque de situ neque de statu huius oppidi scriptores rerum aut tituli quidquam narrant (cf. C. I. L. II p. 564 ad n. 4196), tamen originem eius ad Vespasianum referre licebit.

α II 4196 (Tarr. — Hübn.) „*L. Aufidio Masculi f. Celeri*[640]) *Masculino Flaviaugustano flamini designato r. p. s. d. d.*".

GERVNDA GALeria

C. I. L. II p. 614. — Gerona. Plinio est civitas iuris Latini III 23.

α II 4229 (Tarr. — Peutinger, al.) „*C. Mario C. fil.* [*G*]*al.*[641]) *Vero Gerundens., omnib. honor. in re p. sua funct., flam. provinc. Hisp. citer.* — —".

[638a]) de hoc titulo egit Grotefend imp. Rom. trib. descr. p. 17 sq.

[639]) *Otobesam* oppidum Hübner prius (not. ad II 829) eandem atque *Octogesam* Caesaris (*b. civ.* I 61, 4) esse putavit, deinde melius, ut videtur, eandem atque Ἠτόβησα Edetanorum apud Ptolomaeum II 6, 63. cf. notam ad II 3794.

[640]) „post *Celeri* excidit fortasse *n*(*epoti*)." Hübn.

[641]) „PAL Antiquus, Pov(illon), Schott(us), Met(ellus), cod. (Burmanni) Traj(ect.), Ramb(ertus), Pigh(ius), Vict(orius), FAL Strada, GAL Mor(ales). hoc fortasse restituendum." Hübn.; quod Grotefendio quoque (p. 99) placuit. Palatina enim in municipe Romano vix ferri posse videtur. — utcumque autem est, Palatinae certe tribules Gerundenses non fuerunt, de qua, quamquam dubitans, cogitavit Hübner (ad II 4622).

β II 4622 (— Hübn. ex ectypo) „*L. Plotio L. f. Gal. Asprenati aed., IIviro, flamini, tribuno leg. III Gallicae* — —“.

GRALLIA QVIRina

De Gralliensibus nihil aliunde constat, cf. C. I. L. II p. 571 ad n. 4244.

α II 4244 supra in capite de Caesaraugustae oppidi tribu citavi.

IESSO GALeria

C. I. L. II p. 593. — Guisona. inter oppida Latina (male Hübner: oppida c. R.) a Plinio III 23 'nominantur *Jesonienses* (*Jesomenses* cod. Leid., *Gessorienses* vulg. quod miror retineri a Detlefseno)' Hübner l. c.

α II 4463 (Aesone — Pascual) „*C. Julio Gal. Lepido Jesson. p. p., centur. leg. X*[612]*) gem. p. f., γ leg. I adiut., γ leg. X g. p. f.*, [*γ leg.*] *XX V. v.*, [*γ leg. VII ge*]*m. p. f., adlecto in numerum decurion*(*um*) *ab ordine Barcinonensium* — —“. 4610 (Baetulone sched. Bujadesii) „*M. Fabio Gal. Nepot*[*i*] *Jessonienst aed., IIvir. II, fla*[*m*]. *Romae et Augustor.*“.

ILERDA GALeria

C. I. L. II p. 408. — Lerida. municipium c. R. erat Plinio III 24 auctore.

α II 4269 (Tarr. — Accursius, al.; ca. a. 117—138) „*M. Fabio M. f. Gal. Paulino equo publico donato ab imp. Caes. Hadriano Aug. Ilerdenses civi optimo ob plurimas liberalitat. in rem. public. suam* — —“.

β II 3010 (— Peutinger, al.) „*C. Licinio C. f. Gal. Saturnino aed., IIvir., flam.* — —“.

ILICI

α II* 115 Higuerae fortasse opus, de quo ad Hispalim dixi.

ILVGO[613]) ?

C. I. L. II p. 435 sq. — Santisteban del Puerto et Castellar de Santisteban? de oppidi condicione quae fuerit Augusto vivo nihil constat.

γ II 3241 (— Rus Puerta) „*M. Fulvio M. f. Gal. Victori*..... *exornavit impensa sua et d.*“.

ILVRO GALeria

C. I. L. II p. 613. — Mataró. oppidum c. R. dicit Plinius III 22.

α II 2114 (Urgavone — Lain) „*M. Horatius M. f. Ga*[*l*]. *Bodon Ilur. IIvir* — —“. II 4616 (— Hübn.; litteris optimis saeculi secundi) „*L. Marcius Q. f. Gal. Optatus aedil. Tarracone, IIvir Ilurone et IIvir quinquennalis, primus praefectus Asturiae, tribun*(*us*) *milit*(*um*) *legionis secundae Augustae* — — *in Phrygia decessit*“, cui homini lapis Ilurone ut in patria positus esse videtur.

INTERAMNA

de Interamnicis nihil constat (cf. C. I. L. II p. 346). ceterum Interamnicos in Papiria fuisse vix crediderim.

---

[612]) quod Hübner coniecit *leg. X*[*iii*] *gem. p. f.*, refutavit Boissevain l. c. p. 37 not. 1.

[613]) „Ilugonis scriptorum antiquorum nemo meminit. — — — magis cum Ilugone videtur componi posse *Ilucia* Oretanorum oppidum a Livio (XXXV 7, 7) memoratum“. Hübn. p. 436.

α II 2730 (Segoviae — Hübn.) „*Fusco Papiriae Interamnico — —*“, Hübner de Interamnicis conventus Bracaraugustani nescio qua de causa cogitat, equidem hunc titulum male neque diligenter conceptum ut in re dubia prorsus omittam.

de titulo II 512 supra ad Emeritam disserui.

de IVLIOBRIGA conferas quaeso, quae supra ad ASTVRICAM congessi.

LABITOLOSA GALeria

C. I. L. II p. 408. — Puebla de Castro. nomen oppidi, utrum recte traditum sit necne, dubium est. certe quod proposuit Hübner Flavi(o)tolosam, si quidem recte oppidum in Galeria fuisse statuo, reiciendum esse videtur. Juliobrigenses inter Cantabros sc. ut stipendiarios Plinius III 27 memorat; cf. Hübnerum C. I. L. II p. 397 ad n. 2916.

α II 3008 (Puebla de Castro — anon.[644]) „*M. Clodio M. f. Gal. Flacco, [i]Iviro bis, flamini, tribuno militum leg. [i]II[i] Flaviae viro pr[a]estantissimo, civi optimo ob plurima erga rem p. suam merita cives Labitolosani*[645] *et incolae.*“

LAMINIVM

C. I. L. II p. 433. — Fuenllana. Plinio III 25 est oppidum stipendiarium. postea municipium factum est Flavium.

externi tantum hominis titulus prope Laminium repertus est II 3230 (Alhambrae — Strada) „*P. Licinio P. f. Gal. Maximo praefecto cohortis II Gallorum equitatae in Dacia, tribuno militum leg. VII Claudiae piae fidelis — —*“.

LANCIA QVIRIna

De Lanciis variis Hübner C. I. L. II p. 83. 95 disputavit.

α II 4223 (Tarr. — Hübn.) „*L. Junio Bl[aesi] fil. Quiri[na] Maroni Aem[ilio] Paterno Lancien[si] omnib. in re publica sua honorib. functo IIvir(o) bis, sacerd. Rom. et Aug. convent. Asturum, adlecto in quinq. decuri[as le]gitume Romae iudicantium, flamini, augustali p. H. c. — —*“.

LAVRO[646])

Lauronem nonnulli, male, ut quidem Hübnero videtur, ubi nunc est Villajoyosa, sitam fuisse coniecerunt.

tituli II 3596. 3604 quos Grotefend affert, Dianienses sunt.

LIBISOSA GALeria

C. I. L. II p. 434. — Lezuza. colonia *cognomine Foroaugustana* Plin. III 25, cui *ius Italiae datum* erat. ad Augustum refert Zumpt comm. epigr. I 367.

---

[644]) Grotefend Gruteri erroribus pellectus titulum damnavit, Hübner iis refutatis optime defendit.

[645]) „Labitolosae oppidi memoria sola servata est in titulo qui sequitur [est 3006] ex quo fuisse omnino in regione illa, ubi titulus inventus est, oppidum eius nominis vel similis dubium non est. nomen autem ipsum utrum recte traditum sit necne potest dubitari. pro *Labitolosa* enim erit fortasse, qui coniecerit potius in lapide *Flavitolosa — —*, ut imperatoris nomen iunctum sit nomini patrio“ (Hübn. p. 408). sed oppidum Flavium in Quirina, non in Galeria esse debuit; itaque *Flavitolosae* nomen vel simile huic oppido fuisse mihi non videtur.

[646]) confer Hübneri verba p. 246. 482 sq.

α II 4254 (Tarr. — Hübn.; post a. 138) „— — *C. Vibio C. f. Gal. Porciano Quintio Italiciano Libisosano, equo p. donato a divo Hadriano, omnib. honorib. in re publica sua functo, flam. p. H. c.*“.

accedunt ficti II* 313 (— Scharlakius) „— — *C. Alli C. f. Victoris Lem. contra Ilergetas ab acervo facto victi trib. milit. leg. XIX* — —“. 313* (Ligorius) „*L. Mitidio L. f. Pal. Capitone eq. pub. Rom. curat. colonia Foro Austa Julia adlecto in ordin. decurion. civi foro Aust. auguri et VI vir. Aug. et IIvir. iur. dic.* — —“.

LIMICI QVIRina

C. I. L. p. 350. — prope Jinzo de Limia. Plinius III 28 Limicos inter Bracarensis conventus *civitates* sc. stipendiarias enumerat.

α II 4215 (Tarr. — Povillon) „— — *M. Flavio M. f. Quir. Sabino Limico IIvir., sacerdoti convent. Bracari, flamini p. H. c.*“ testis solus est Quirinae eoque debilior, quod Flavii hominis ob aliam quoque causam tribus illa esse potuit. titulum II 2545 Iriensi, quem Grotefend male supplevit, ut Limicorum tribus esset Sergia, optime, opinor, restituit Hübner in commentariolo ad hunc titulum.

LVCVS·AVGVSTI GALeria

C. I. L. II p. 359. — Lugo. de oppidi condicione non constat.

α VIII 3226 = Renier 1125 (Lambaesi — Mare, Renier) „*T. Riburrinus Gal. Fuscus Lugo*[647]) *mil. leg. VII g.* [*f.*] — —“. VIII 3268 = Renier 1257 (id.) „— — *L. Valerius Gal. Rufinus*[648]) [*L*]*u*[*co Aug.*][649]) *mil. leg. VII g. f.* — —“. Henzen 5225 (Excisi Nitiobrigum) „*Valerius Gal. Voltutus Luco miles cohortis I classicae* — —“, ubi Henzen male de Luco Augusti Vocontiorum cogitat.

quartum titulum II 2638[650]) Grotefendium male attulisse optime ostendit Hübner.

MENTESA BASTITANORVM GALeria?

C. I. L. II p. 456. — La Guardia. *Mentesani qui et Bastuli* Plinio III 25 stipendiarii sunt. quod si recte exhibuit ex Agrippae commentariis, conicias necesse est Augustum iis conscriptis demum oppidum auxisse. etenim in titulo II n. 3379 qui inter a. 37 et 41 positus est et in altero II n. 3378, quem facile ante Vespasianum positum suspiceris, Mentesanorum ordinis mentio fit. accedit quod in Galeria Mentesani censi esse videntur.

in altero versu tituli Mentesani II 3380, qui IIIIviro positus est, pessime traditum GAL(eriae) tribus vestigia apparent. huc etiam fortasse pertinet II 3361, quem inter Aurgitanos supra citavi[651]).

OCELLODVRVM

Grotefend huc Zamorensem titulum II 2628 in quo Quirinae tribus mentio fit pertinere censuit.

---

[647]) LVGO quod traditur a Reniero ita suppletum est, ut *Lugo*(*vallo*) esset; Grotefend eumque secutus Wilmanns recte *Lu*(*c*)*o* scil. Augusti Gallaeciae esse putant“.

[648]) Mare pro GAL·RVFINVS legit CARVTINVS.

[649]) cf. notam 601.

[650]) cf. not. 606; titulum ipsum in capite de Asturicae tribu citavi.

[651]) titulum nunc quamquam optimi et plurimi auctores Jaënae repertum esse tradunt, tamen et propter tribum et quod Jaenam quae nunc est ac Mentesam eodem loco sitas putarunt et saepissime confuderunt ii qui pridem titulos Hispanos descripserunt, Mentesanum non Aurgitanum putaverim.

OSCA

C. I. L. II p. 407. — Huesca. Plinius municipium c. R. dicit III 24.

Oscae oppido, quod iam Augusti aetate civium Romanorum erat, Quirina tribus, de qua titulo urbano VI 2629 nisus cogitare possis, esse non potuit. Oscae in Hispania Cattaneus repertos esse dicit II 3003 „— — *P. Atellius Ser. Paulinus* — —“ et 3004 „— [..] *Manlio Q. f. Quir. Paeto* — —“.

OSICERDA GALeria

‘Osicerdenses (*Ossigerdenses* cod. Leid.) fuerunt cives Latini conventus Caesaraugustani (Plinius III 4) inter Sedetanos (non Edetanos, cf. supra p. 509) secundum Ptolemaeum (II 6, 63); situs oppidi ignoratur.’ haec Hübner in calce commentarioli ad titulum Tarraconensem II 4241 exponit.

β II 4267 (Tarr. — Hübn.) „*L. Cornelio Q. f. Gal. Romano flamini, IIvir. Osicerd. et IIvir. coloniae Tarraconens.* — —“.

de PALANTIA supra in capite de Asturiae tribu egi.

POMPAELO

C. I. L. II p. 401. — Pamplona. Plinius Pompaelonenses stipendiarios dicit III 24. Pompeius ille, qui est in titulo II n. 4234, Pompaelone quidem natus esse, sed cum in alio oppido, Tarracone scil., tum ante Vespasiani tempora[652]) ad civitatem pervenisse videtur itaque ex illo titulo Pompaelonensium tribus non evincitur.

α II 4234 (Tarr. — Pons) „*Cn. Pompeio Cn. fil. Gal. Pompaelonensi IIvir., flam. p. H. c.*“. praeterea externi hominis, L. Pompei [L.] f. Ani. Primiani, quocum anno p. C. 57[654]) hospitium civitas Pompaelonensis renovavit, titulus Aniensem exhibens, inventus est II 2958.

SAETABIS GALeria

C. I. L. II p. 488. — Játiva. Plinius III 25 *oppidanos Latii veteris Saetabitanos qui Augustani* dicit.

α II 3624 (— Hübn.) „*M. Grani[o .. f.] Gal. Syne[roti?] cui omnes [hono]res ob merita multa*“ (trad. *uiia*) *a municipibus suis oblati sunt* — —“. 4213 (Tarr. — Augustinus) „— — *Q, Fab[io .. fil.] Gal. M..... Saet[abitano] omni[b. honorib.] in re p. s[ua functo], equo p. d[onato ab] Hadrian[o Aug., allecto] in quinq. d[ecurias] ab eodem, p[raef. cohor]tis primae ..... flam. [p. H. c.]*“.

β II 3620 (— Hübn.; litteris optimis) „*Q. Junio Q. f. Gal. Justo IIviro, flamini Divi Aug.*“. 3623 (id.) „*L. Fulvio L. f. Gal. Marciano IIvir., flamini Romae et Aug.* — —“.

γ II 3621 (id.) „*Q. Junio Q. f. Gal. Aenibeli.*“. 3629 (— Boix Valentinus, lectio minime certa) „*L. Caecilius Gal. Martius*“. 3643 (— Strada) „..*V]aler[io] M. f. Gal. Mariano* — —“. 3632 (id.) „*C. Cornelio T. f. Gal. Festo* — —“. 3653 (— Villanueva) „*T. Licinius Gal. Priscus* — —“. 3655 (Justiniano) „*M. Clodio M. f. Gal. Celeri f. ex d. d. Saetabi. Augustanorum.*“

[652/3]) homo iste qui ipse aut per patrem a Pompeio nomen accepisse videtur Hübnero, cognomine caret.

[654]) et quidem antequam Pompaelō Latii ius adepta est.

SAGVNTVM GALeria

C. I. L. II p. 511 sq. — Murviedro. P. Scipio Saguntum cum restituisset, quonam in iure reliquerit, non liquet. Augusti certe aetate municipium civium Romanorum erat, cf. Plin. III 20. C. I. L. II n. 3827. 3855 cet.

α II 4201 (Tarr. — Strada, ca. a. 117—138) „*Q. Caecilio Gal. Rufino Q. Caecili Valeriani f. Saguntino ob legationem qua gratuita aput maximum princ. Hadrianum Aug. Romae funct. est, p. H. c.*“ 4214 (— Augustinus) „*M. Fabio M. f. Gal. Maximo Saguntino, flam. p. H. c. — —*“.

β II 3853 (— Hübn.) „*M. Baebio M. f. Gal. Crispo aed, pontif., Salio conlusores*“ ∼ 3854 (— Lumiares) „*Cn. Baebio Cn. f. Gal. Gemino pontifici, aed., Salio d.* [*d.*]“ ≅ 3855 (id.) „*Cn. Baebio Cn. f.* [*G*]*al.*[655]) *Gemino municipes Sa*[*gunt.*]“ ∼ 3856 (id.) „*P. Baebio L. f. Gal. Maximo Juliano aed., flam. — —*“. 3857 (id.) „*Q. Caec*[*ilio*] *Q. f. Gal..... aedil*[*i .....*] *pon*[*tifici*], *equo* [*publico exornato .....*]. 3858 (id.) „*M. Calpurnio M. f. Gal. Luperco aed., IIvir., pontifici — —*“. 3859 (id.) „*Q. Fabio Cn. f. Gal. Gemino pontif., Salio d. d.*“. 3860 (id.) „*C. Licinio Q. f. Gal. Campano aedili, IIviro, flamini ex d. d.*“. 3861 (id.) „..... *f. G*[*al*]. ..... *L. Lucili ..... IIvir. — —*“. 3864 (— Hübn.) „*Q. Varvio Q. f. Gal. Cereali aed., IIvir, flam. bis, salior. mag., quaestori — —*“. 3865 (— Hübn.) „*C. Voconio C. f. Gal. Placido aed., IIviro II, flamini II, quaestori, saliorum magistro*“ quem titulum Hübner addito fragmento 3865[a] in quo, qui titulum illum posuit, significari videtur, „*Voconius Romanus patri optimo*“ Plinii fere iunioris aetate (cf. eius epist. II 13, 2 sqq., al.) positum censet. eiusdem hominis titulus est 3866 (Sag. — Hübn.) „— — *C. Licinius C. f. Gal. Marinus Voconius Romanus — —*“. 4028 (Mascarell-Lumiares) „*M. Tettienus M. f. Gal. Pollio aed., IIvir, flamen, aug.*[656]), *quaestor*[657]) — —.

γ II 3839. 3877. 3883 ≃ 3884 [≃ 3882[658])]. 3904. 4022 (Villar rep.). 4035 (Ondae rep.).

δ II 3845 ≃ 3850 (saeculi primi exeuntis vel secundi ineuntis litteris). 3851.

ε II 3840.

Urbani ut videtur[659]) hominis est II 3837 (— Peutinger, ca. a. 14—37) „*Paullo Aemilio Paulli f. Pal. Regillo XVoir. sacris faciendis, praefecto Urb. iuri dicundo, quaestori Ti. Caesaris Aug., patrono*“. fictus est II* 377 (— Ligor.) „— — *L. Turbius L. f. Quir. Vetulenus mil., veteranus, praef. fabr. leg. X Aug. — —*“.

SALARIA

C. I. L. II p. 710. cf. p. 448. — Ubeda la vieja. coloniam Augusti coniecit esse Zumpt comm. epigr. I 367, cf. Plin. III 25 et C. I. L. II n. 5093. quod si Augustus oppidum condidit, Sergiam tribum, quamquam a principis illius consiliis haudquaquam abhorret, tamen ei convenire negem.

II 3329 (Tugiae — Hübn.)[660]) „*L. Post*[*u*]*mius Q. f. Serg. Fabull*[*us fl*]*am*[*en*] *August*[*o*]*rum provinc. His*[*paniae cit., tri*]*b. m*[*il.*] *leg. VII, IIvir coloniae Sa*[*l*]*ariae — —*“.

---

[655]) CAL traditum est.

[656]) cf. Hübneri notam ad hunc titulum.

[657]) magistratus Saguntinos esse aedilitas demonstrat primo loco posita“ Hübn.

[658]) supplevit Hübner; fortasse eadem inscriptio ter repetita.

[659]) cf. Hübneri notam ad hunc titulum.

[660]) „litterarum forma et legio VII cognomine carens titulum saeculo primo tribuendum esse indicant“. Hübn.

SEGOBRIGA GALeria

Segobriga, aliud atque id quod Plin. III 25 commemorat oppidum, fortasse ubi nunc Segorve est, sita erat (C. I. L. II p. 528). quod oppidum ideo Augusto vivo non sua re publica fortasse usa et sive in Saguntinorum sive in Edetanorum mavis pertica fuisse mihi videtur.

α II 4220 (Tarr. — Siederus, al.) „*L. Grattio C. f. Gal. Glauco Segobrigensi, flam. p. H. c.* — —". 4222 (Tarr. — Posada) „*C. Julio C. f. Gal. Pilae Segobri-[g]ensi, flamini Romae divorum et August. prov. Hisp. citer.* — —". VI 2454 (Romae — Henzen) „— — *C. Aeli C. f. Gal. Aeliani Sego[briga] coh. II pr., evocato Augus[ti]* — —".

β II 4191 (Tarr. — Peutinger) „*L. Annio L. f. Gal. Cantabro, flam. Romae et divorum August. p. H. c., omnibus honoribus gestis Segobrigae, decreto ordinis pecunia publicae Segobrigenses*".

γ II 3992 (Jericae — Lumiares) „*L. Aemilio L. f. Gal. Aemiliano* — —". 3999 (id.) „— — *G. V(alerio) G. f. Gal. Rufino* — —". 4006 (Vivel — Lumiares) „*M. Aemilius M. f. G(aleria) Potitus* — —". 4011 (id.) „*M. Porcius* [*M. fil.*] *Gal. Rufin[us* ...] *M. Porcius M.* [*f. Gal.*] *Rufus* — —".

Titulum II* 381 (Segobr.) „*M. Valeri* .... *M. f. Gal.* ..... *Reburrus Segobriga ed., IIIIvir*" finxit Trigueros.

SEGONTIA QVIRina

C. I. L. II p. 389. — Siguenza. Plinius III 27 oppidum in Cluniensis conventus stipendiariis habet. id autem quaeso teneas, ne nimiam testibus, quos producam, fidem habeas, quod Plinius haec adiecit: (*Segontiae et Uxamae*) *nomina crebro aliis in locis usurpantur.*

α II 4195 (Tarr. — Hübn.) „*C. Atilio C. f. Quir. Crasso Segontino, omnib. honor. in re pub. sua functo, flam. prov. Hisp. citer.* — —". ad hoc vel ad Baeticae aut Tarraconensis oppidum Segoviam pertinet III 6419 (Knin Dalm. — Momms. [661]) „*M. Vallius M. f. Quir. Maurinus Seg. mil. leg. XI C. p. f.* — —".

SEGOVIA

C. I. L. II p. 379. — Segovia. oppidum stipendiarium Plin. III 27.

huc fortasse III 6419 quem titulum iam ad Baeticae Segoviae tribum definiendam et ad Segontiam citavi pertinet, vix autem II 1166.

SIGARRA GALeria

C. I. L. II p. 597. — Prats del Rey. in titulo II 4479 municipium dicitur, scriptores antiqui omiserunt.

α C. Vibius Latro, qui patri „*C. Vibio Luperco IIIIvir(o) municipi Sigarrens.*" titulum II 4479 posuit (cf. 4480), Galeriae fuit, id quod 4253 (Tarr. — Augustinus) docet „*C. Vibio C. f. Gal. Latroni q., IIvir., item IIvir. quinq. col. Tarrac., flam. p. H. c.* — —".

γ II 4181 (Prats del Rey — Mirambell) „*C. Annius C. f. Gal. Proculus* — —". 4483 (id.) „*C. Licinio C. f. Gal. Siloni* — —".

---

[661]) inter annos 42 — 69; corrigas quaeso inde quae perperam p. 150, not. 555 scripsi.

TARRACO GALeria

C. I. L. II p. 538 sq. Hermes I 77 — 127, cf. Zumpt. comm. epigr. I 312 sq. — Tarragona. Hübner locum iam antiquitus munitum, deinde a Romanis novis maximisque operibus (*Scipionum opus* dicit Plin. III 21) auctum et a civibus Romanis habitatum esse conicit. dignitatis autem, quae erat coloniae Juliae Victricis Triumphalis (Plin. l. c.), originem ad Caesarem patrem potius quam ad filium referre studet, quamquam quaedam suae coniecturae adversari ipse fatetur. Galeriam, in quam tribum relati sunt Tarraconenses, equidem ad Scipionum aetatem, si quidem tum oppidum civium Romanorum fuisse recte (?) contendit Hübner vel, si in ea re ille falsus est, ad Octavianum pertinere censeo, quoniam tribum illam quam dixi nusquam a Caesare dictatore civibus novis concessam esse video.

α II 4193 (— Augustinus) „*Cn. Anto[nio] Cn. f. G[al.] Avito Tar[rac.] flami[ni] pro[v. Hisp. citer. p. H. c.]*“. 4212 (— Hübn.; p. a. 81) „*C. Egnatuleio C. fil. Gal. Senecae Tarr. aed., q̄., IIvir, flm. divi Titi, equo pub. donato, praef. coh. IIII Thrac. eq., flamini p. H. c. — —*“. 4488 (Aquis Calidis — Marca) „*— — L. Minicius Apronianus Gal. Tarrac. — —*“ ≅ 4274 (prope Tarr. — Albiñana; post a. 117) „*L. Minicio L. fil. Gal. Aproniano aedil., q., IIvir. et q. q. co[l]. J. U. T. T., f[l]am[ini] divi Traian[i Pa]rth[i]c. — —*“ (≅ 4071, in quo titulo tribus abest). Pompeium illum Galeriae tribulem, cuius titulum II 4234 supra s. v. POMPAELO attuli, Tarraconensem civem esse suspicor.

β II 4279 (Tarr. — Hübn.; litteris optimis saeculi primi medii) „*M. Voconio M. f. Gal. Vacculae aedili, flamini* (scil. coloniae Tarraconensis) *divi Aug., quaest. — —*“. 4139 (id.) „*Q. Caecilio L. f. Gal. Frontoni quaest., IIvir., procurat Aug. — —*“. 4194 (— Peutinger) „*L. An[to]nio L. f. Gal. Saturnino aed., IIvir., flam. p. H. c. — —*“. 4217 (post a. 54) ex Hübneri coniectura. 4224 (— Hübn.) „*P. Licinio L. f. Gal. Laevino aed., q., flamini Romae et Aug., IIvir., praef. chor. novae tironum orae maritumae — —*“. 4264 (— Strada) „*L. Caecinae G. f. Gal. Severo. IIvir., q., flamin., praef. cohort. I ⟨et⟩ orae marit., L. Valerius Latinus Barcinonen(sis)*“. 4266 (— Hübn.) „*L. Cornelio C. f. Gal. Celso IIvir., praefecto orae maritumae cohortis I et II— —*“.

β II 4216 (— Hübn.) „*L. Fonteio M. fil. Gal. Materno Novatiano aedilic. honor. ab ordin.* (sc. Tarraconensi) *don., IIviro, qua[est]ori, fl[am.] p. H. c., ex[ornato] equo pu[blico] — —*“. II 4253 ad Sigarram rettuli. Tarraconis et alterius cuiusdam civium Romanorum oppidi magistratus hi fuerunt: Iluronis et Tarraconensis II 4616, Osicerdae et Tarraconis II 4267[662]).

adlectus dicitur II 4262[663]) (— Augustinus) „*Q. Anthracio Q. f. Velina Ingenuo adlecto in ordine Tarracon., aedil., IIviro — —*“. ornamentis aediliciis ornatum Sergiae tribulem habes II 4268. adlecti fortasse ii quoque sunt quibus tituli positi sunt 4238 (— Hübn.; „*M. Porcio M. f. Aniens. Apro, IIviro, praef. fabr., trib. milit. leg. VI ferrat., proc. August. ab alimentis, flamini p. H. c. — —*“) et 4199 (— Strada; „*L. Caecilio L. f. Quirin. Caeciliano duoviro ter, flamini divor. et Augustorum provinciae Hispaniae citerioris — —*“).

flaminum prov. Hisp. citer., quorum patriae diserte non significatae sunt, enumerabo titulos: II 4188[664]). 4225. 4228. 4243 Galeriam, II 4206. 4235. 4239 Aniensem, 4202 Quirinam, 4219[665]) Tromentinam, 4259 Polliam indicantes.

neque e L. Numisii Montani eiusque fratris, qui Hadriani fere aetate (cf. n. 4275) vixerunt, titulis Tarracone repertis et ab Hübnero descriptis ad Tarraconensium tribum

---

[662]) ad ea oppido potius quam ad Tarraconem pertinere videntur.

[663]) hominis fortasse ex Balearibus oriundi.

[664]) ad Aesonem supra citavi.

[665]) eiusdem hominis titulus Tarracone exstat, cf. notam 615.

constituendam quicquam colligi potest: II 4231 „*L. Numisio L. f. Pal. Montano Tarrac. omnib. honoribus in re p. sua functo, flamini p. H. c.* — —“ ≋ 4275 „*L. Numisio L. fil. Pal. Montano aed., q., IIvir., item q. q., IIvir., equo publ. donato ab imp. Hadriano Aug., iudici decur. I* — —“ ∼ 4232 „*L. Numisio L. fil. Pal. Oviniano Tarrac. omnib. honorib. in re p. sua funct., tribuno c(o)hort(is) I Macedonicae, flam. p. H. c.* — —“.

γ Galeriae testimonia: 4110 (Hadriani aetate vel post) 4138. 4336. 4355.

accedunt Quirinae testes 4126. 4140. 4439*, Sergiae 4282 L. Licinii Surae, quem Borghesi (*oeuvres* V p. 35) eundem putat atque legatum illum et amicum Traiani, 4438? Polliae 4121 [≅ 4122] Q. Hedii Rufi Lolliani Gentiani cos., qui Severi et Antonini Augustorum aetate vixit, Scaptiae I 1483 = II 4371 (litteris satis antiquis) hominis ut videtur cognomine carentis, Velinae 4343[666]), Arnensis 4120[667]), 4141.

titulum Barcinonensem II 4514 Grotefend male ad Tarraconem pertinere censuit.

ficti sunt II* 393 Cor(neliae) tribulem Ciceronem oratorem summum praedicans, *403 (— a Hernandezio fictum?) „*C. Annius L. f. Quir.* — —“.

*TOLETVM

α II 302 (Valeriae — finxit Higuera) „*Gn. Pompeio Gn. Pomp. f. Pap. Peregrino Fausto civi col. Tolet. cos.* — — —“. *310 (Lamini — finxit Higuera) „*L. Terentio Gn. Pomp. f. Pap. Bassino Toletano quaestori q. q. aedili primo flamini perpetuo patronoq. munic(ipii) Laminitani* — — —“.

TRITIVM MAGALLVM QVIRina

C. I. L. II p. 394. — Tricio. erat civitas stipendiaria (Plin. III 27).

α II 4227 (Tarr. — Hübn.) „*Tito Mamilio Silonis fil. Quir. Praesenti Tritiens. Magall. omnib. honorib. in r. p. sua functo, decuriali allecto Italicam excusato a divo Pio, flamini p. H. c., p. H. c.*“.

VALENTIA

C. I. L. II p. 500 sq. — Valencia. cf. Plinium III 20. ‘ante Caesarem iam Augustumque coloniam fuisse inde concludendum, quod cognomina Juliae Augustaeve nunquam habuit.’ Hübner l. c.

Valentiae duo tituli reperti sunt Galeriam exhibentes II 3729 (— Strada) „— — *L. Antonius L. f. Gal. Sabinus* — —“. 3783 (Benaguazil — Diago) „*M. Cornelio M. f. Gal. Nigrino Curiatio Materno cos.*“ (anni fortasse 185[667a]) *leg. Aug. pr. pr. provinc. Moesiae, [item pr]ovinc. Syriae*“[668]). ex quibus titulis, nisi gravioribus testimoniis Galeria comprobetur, adiuti nihil de Valentinorum tribu quaenam fuerit statuere possumus. Grotefend Carnuntinum titulum III 4486 (descr. Momms.) citavit „*C. Valerius C. f. Fab. Silvinus Val. mil. leg.* — —“, quem et quod Fabiae tribus in Hispania vel paucissima (cf. Hübn. II p. 757) vestigia reperiuntur et quod Apuliam post bellum Marsicum in Fabiam receptam esse supra demonstravi, ad Calabriae[669]) Valentiam potius pertinere censuerim. accedit alius titulus Polliae testis Mogontiacus Bramb. 1170 (—

---

[666]) „propter nomen Caecilii et tribum Velinam hominum oriundum essse putaverim Palma insulae maioris.“ Hübn. adn.

[667]) Italia videtur oriundus esse ille Gargilius Macer.

[667a]) cf. Klein. *fast. consul.* p. 83.

[668]) trad. ET·CVNC·SYRIAE, cf. Hübneri notam.

[669]) quod oppidum X milia a Brundusio situm (cf. itin. Hierosol.) *Valentium* apud Melam II 4, 7, *Balentium* in tab. Peut. dictum est, Plinio III 101 satis (cf. Beloch. *ital. Bund* p. 17) ut videtur corrupto loco *Balesium* est.

Lersch) „.....*Polia Valentia mil. leg. IIII Mac.* — —". sed quaerendum utrum ad Narbonensis[670]) an ad Tarraconensis provinciae Valentiam referendus sit hic miles legionis quartae Macedonicae, in quam Narbonenses et Hispanos potissimum conscriptos esse satis constat[671]). Boissevain ob exiguum numerum stipendiorum[672]) huius militis (sunt octo) Valentiam provinciae Narbonensis intellegendum suspicatur.

VALERIA GALeria

C. I. L. II p. 427 sq. — Valera de arriba. Plinius III 25 cives Latinos fuisse testatur[673]).

α II 3124 (Sahelices – Fernandez) „*Titus Valerius Kapti* (?) *filius Gal. Valeriensis* — —".

VERGILIA QVIRina

'Vergilienses inter stipendiarios conventus Carthaginiensis a Plinio (III 25) nominantur; a Ptolemaeo (II 6, 61) Bastitanis tribuuntur. ubi habitaverint, ignoratur.' Hübner C. I. L. II p. 566 ad n. 4207.

α II 4207 (Tarracone — Augustinus) „*p. H. c. M. Cornelio Marcio M. f. Quir. Severo Vergiliens. omnib. honor. in r. p. s. funct., flam. p. H. c.*".

VIVATIA

C. I. L. II p. 449 sq. — Baëza. Plinio est civitas stipendiaria III 25. ex titulis municipii Flavii dignitatem iusque Latinum accepisse Vivatiam cognovimus.

α E. E. II 301 (— male descr. Soromenho) si quidem ad Vivatiam pertinet Quirinam tribum recte fortasse Hübner supplevit.

VRCALIOCVS

'gentis nomen' Hübner C. I. L. II p. 755.

gentis cuiusdam homo ille Hübnero fuisse videtur, cui Cluniae coniunx titulum II 2800 posuit, supra in capite de Cluniae oppidi tribu citatum.

VXAMA

C. I. L. II p. 387. — Osma. Plinio teste III 27 civitas est stipendiaria. tene autem quae addit Uxamae nomen *crebro aliis in locis* usurpari, ita, ut de Cluniensis conventus Uxamensi homine in titulo II 2403 cogitemus necesse non sit, praesertim cum oppido stipendiario minime tribus conveniat Galeria.

α II 2403 (Caldas de Vizella — Hübn.) „*C. Pompeius Gal. Ca[t]uronis f. [R]e[ct]ugenus Uxamensis* — —".

Sequuntur quos consulto a reliquis Tarraconensibus titulis seposui, lapides in Balearibus et Pithyusis reperti quia utpote mari interposito vix cum illis confundi potuerunt.

BOCCHORVS

Bocchorus in Balearium insula maiore: Plinio auctore III 77 *foederatum fuit.*

---

[670]) de qua cf. Herzog *hist. Gall. Narb.* p. 142.

[671]) Hispanorum militum legionis IIII Mac., qui in castello Mattiacorum sepulti sunt, viginti unum titulos collegit Boissevain *de re milit. prov. Hisp.* p. 94 sq,

[672]) „milites Hispani omnes magnum stipendiorum numerum (in leg. IIII Mac. meruerunt; ceteri multo minorem." Boissevain p. 95.

ex *M. Atilii M. f. Gal. Verni* tribu quem a. p. C. 6 „*senatus populusque Bocchoritanus — — patronum cooptaverunt*“ (II n. 3695) cave ne quid de tribu Bocchoritanorum, qui tum cives Romani vel Latini non erant, colligas.

EBVSVS QVIRina

Ebusus in Pityusis, ubi nunc est Iviza, civitas foederata fuit (Plin. III 76). postea autem municipium Flavium factum est; cf. Hübner. C. I. L. II p. 492.

β II 3662 (— Ramis) „*L. Oculatio L. f. Quir. Recto, aedili, IIvir., flamini L. Oculatius L. f. Quir. Rectus f.* — —“ ≅ 3656 (— Aranáz) „— — *L. Oculatius Quir. Re[ct]us — — L. Oculatius Quir. Re[ct]us* [*f.*] — —“.

γ 3661 (id.) „*C. Julio C. f. Gal. Tironi Gaetulico, quaest. urb., tr. pl., praetori, amico optimo L. Sempronius L. f. Quir.* [*S*]*enecio*“.

GVIVNTVM QVIRina

si quidem Balearium oppidum fuisse recte puto, Quirinae fuit; cf. II 4218 titulum supra ad PALMAM citatum.

IAMO QVIRINA (?)

α II 3711 in quo Jamonis oppidi nomen per Metelli solam quamquam non spernendam fidem stat. cf. quae ad Magonem disserui.

MAGO QVIRINA

Mago (nunc Mahon) in Balearium insula minore: a Plinio civitas (stipendiaria) dicitur (III 77), postea municipium Flavium factum est (C. I. L. II p. 498).

β II 3709 (— Pigh. cod.) „*Q. Cornelio Q. f. Quirina Secundo aedili, IIviro municipi Mag., flam. divor. et Aug.* — —“. 3710 (— Armstrong) „*L. Fabio L. f. Quir. Fabullo aed., IIvir. III, flamini divor. Aug. r. p. Mag.* — —“. 3711 (— Pigh. cod.) „... *Maecius Maecianus Quirina Montanus aedilicius, ter IIviratu in insula functus, etiam flaminatu provinciae Hispaniae citerioris ob aeternitatem honorum suorum memoriae* — —“. Metellus cui auctor huius tituli est Ant. Augustinus ex Hermangolio IAMONTANVS pro MONTANVS tradit, ita ut de Jamone (?) oppido cogitandum esset.

PALMA VELINA

Palma (nunc quoque Palma) in insula Balearium maiore: oppidum c. R. a Plinio III 76 vocatur; cf. C. I. L. II p. 494.

α II 4197 (Tarr. — Hübn.) „*L. Aufidio Q. f. Velina Secundo Palmensi omnib. honor. in re public. sua functo, flam. p. H. c.* — —“. 4205 (— Posado) „*L. Clodio M. f. Vel. Ingenuo Pa*[*l*]*mensi*[673]) *omnibus honoribus in re publica sua perfunct.*, [*p*]*ra*[*ef.*] *fabrum, flamini Romae divor. et August. p. H. c.* — —“. — Tarraconensis tituli II 4343 hominem (— Hübn.) „*Q. Caecilio Q.* [*f.*] *Velina Seran*[*o .... ..*]“ propter Caecilii nomen et Velinam tribum Palmensem potius esse putat Hübner. addendus mihi videtur II 4262, quem inter adlectos in ordinem Tarraconensem citavi.

β II 3669 (— Hübn.) „*C. Aburio* [.. *f.*] *Vel. Monta*[*no*] *Julio Gra*[*to*] *pontif.* — —“.

homo cui titulus positus est II 4218 (Tarr. — Hübn.) „*Cn. Gavio Cn. Gavi Severi*

---

[673]) trad. PAIMENSI.

filio Quir. Amethysto Balearico Palmensi et Guiuntano omnibus honoribus in rebus publicis suis functo, [flamini p. H. c. — —]“ Palmensis origine esse non potest[674]).

POLLENTIA VELINA

Pollentiam (nunc Pollenza et Alcudia), in Balearium insula maiore, oppidum civium Romanorum Plinius dicit III 76. — C. I. L. II 496.

β II 3696 (— Hübn.) „*Q. Caecilio Q. f. Velina Catullo aedili, IIviro IIII*[675]) *Romae et Aug. — — —*“. 3697 (id.) „*L. Dentilio L. fil. Vel. Modesto aedili, IIvir(o), flamini — —*“. 3698 (— Bovér) „*L. Vibio L. fil. Vel. Nigellioni aedil., IIviro bis — —*“.

Accedunt tituli incertae qui per Tarraconensem provinciam inventi sunt, originis:

ALBARRACIN conventus Carthaginiensis.

β II 3174 (prope Albarracin in Ruvielos de Mora — Zurita) „*C. Mario C. f. Gal. Mariano aedil., f[l]am., IIvir. — —*“ ∼ γ II 3172 (Calomarde — Zurita) „*L. Terentio L. f. G(aleria) Crescenti, — — L. Terentio L. f. Gal. Firmo, L. Terent(io) L. f. Gal. Firmano — —*“.

CABEZA DEL GRIEGO conv. Carthaginiensis; cf. II p. 419.

γ II 3126 „*Gal(eriam)*“ prabet.

CANTABRORVM et *VARDVLORVM* ager conv. Cluniensis.

γ II 2928. 2929. 2930 habent omnes „*Quir(inam)*“.

GUARROMAN conv. Carthaginiensis.

γ II 3263 „*Gal(eria)*“.

MEDINACELI conv. Cluniensis.

γ E. E. II 321 „*Quir(ina)*“.

SADAVA conv. Caesaraugustani.

γ II 2973 bis „*Quirina*“. in 2975 „*Serg(ia)*“ matris nomen potius quam filii tribus esse videtur.

SACEDON conv. Carthaginiensis.

γ II 3165* (— Fuero) „*T. Valerio M. f. Gal. Clementi equiti Romano — —*“.

VILLAJOYOSA conv. Carthaginiensis.

β II 3571 (— Lumiares) „*Q. Manlio Q. f. Quir. [C]elsino IIvir. III, flamini IIII — —*“.

VILLAMANTA conv. Carthaginiensis.

γ II 3084 (— Florez) „..... *L. Aesymacho Quirina — —*“.

ZAMORA conv. Asturum.

γ II 2628 „*Quir(ina)*“.

---

utrum in titulo urbano VI 2498 (vidit Detlefsen) „*C. Manili C. f. Gal. Hispani militis coh. III pr.*“ Hispani nomen originis significatio sit necne, vix diudicari potest. tituli Lindi reperti et Hübnero visi VII 184 „*L. Sempronii Flavini milts. leg. VIIII — — — Ispanica I.eria civ. Ma.*“ verba extrema Mommsen solvisse videtur male „*Ispani Galeria civi Ma....*; cf. quae ad Liriam Edetanorum adnotavi.

---

[674]) Gavius Severus fuit Balearicus ac quidem Guiuntanus, qui cum postea in Palmensem ordinem adlectus esset, in duabus (non tribus) rebus publicis suis honores consecutus est.

[675]) „IIII in lapide clare legitur, non II·FL, ut putaveris, ut flaminis dignitas videatur excidisse.“ Hübn.

Hispania Tarraconensis *praeter contributas aliis CCCXIII continet oppida CLXXVIIII, in iis colonias XII, oppida civium Romanorum XIII, Latinorum veterum XVIII, foederatum unum, stipendiaria CXXXV*[676]).

A. Stipendiariorum oppidorum haec tantum commemoro, quorum de tribu constat:

Aeso	in Quirina censa		
[Aquae Flaviae]			
[Asturica Augusta]			
[Aurgi]		Consabura	Sergia ?
Barbesula municipium			
Bracaraugusta			
[Calubriga]		Abobriga	Galeria ?
Complutum		Dianium	
[Flaviaugusta ?]		Mentesa Bastitanorum	
[Grallia]		Pompaelo	
Ilipula minor		Uxama	
Juliobriga			
Lancia			
Limici			
Mago			
Numantia			
Segontia			
Segovia ?			
Tritium			
Vergilia			

Sergiam ante Caesarem dictatorem, Pomptinam a Galba datam esse infra docebo. quod autem paucis nec nimis tutis testibus oppida aliquot, quae stipendiaria dicit Plinius, ad Galeriam referuntur, id nisi fallor inde explicandum est, quod aut Augustus Agrippa mortuo oppida illa auxit beneficiis aut falsus est Plinius, nisi forte nos testibus, quos dixi, ipsi fallimur.

Foedere antiquitus donatum fuit

oppidum Tarragensium in ?

B. Oppida Latina et civium Romanorum XXXI (= XVIII + XIII); innotuerunt haec XXVII:

Ausa	in Galeria
Baetulo	Poblilia (??)
Bisgargitani	.
Blandae	.
Calagurris Nassica	Galeria
Cascantenses	.
Castulo	Galeria
Cerret August.	.
Cerret Julium	.
[Clunia]	Galeria

[676]) Plin. IIII 113 — 118. D. Detlefsen *Philol.* XXXVI (1877) p. 111 — 128. Marquardt *Staatsverw.* I² 257.

Dertosa	Galeria
Edeta[676a])	Galeria
[Egara]	Galeria
Emporiae	Galeria
Ergaviscenses	.
Gerunda	Galeria
Graccuritani	.
Jesso	Galeria
Ilerda	Galeria
Iluro	Galeria
[Labitolosa?]	Galeria
Leonicenses	.
Lucentum	.
[Lucus Augusti]	Galeria
Osca	.
Ossicerdenses	Galeria
Saetabis	Galeria
Saguntum	Galeria
[Sigarra]	Galeria
Teari Julienses	.
Turiaso	.
Valeria	Galeria

Palma, Pollentia } in Balearibus in Velina

ante Caesarem iam c. R. municipia erant.

C. Coloniae c. R. XII.

Rei publicae liberae aetate (cf. p. 187) ex mea sententia

Karthago Nova, Salaria } in Sergia

conditae sunt.

Ad Caesarem refero

Acci in Pupinia

Saldubam (i. e. Caesaraugustam) in Aniensi

Ad Augustam referendae sunt:

Barcino, Bilbilis, Libisosa, Tarraco[677]), Valentia } in Galeria

Ilici et Celsae tribus non innotuit, neque ea Flaviobrigae tribus diserte commemoratur, quae tamen quin in Quirina fuerit haud dubitare licet.

[676a]) accedunt Damania et Otobesa, cf. p. 172 sq. atque Segobriga, cf. p. 179.

[677]) cf. quae ad Tarraconem dixi p. 180.

Superest, ut quaedam de Sergiae tribus per Hispanias vestigiis addam. censa in ea sunt:

	per Baeticam	Tarraconensem	Lusitaniam
coloniae c. R.	Hasta Hispalis Tucci Ucubi	Karthago Nova Salaria 	Norba
municipia c. R.	Italica	Consabura	

Cum maior civitatium quas dixi pars iam rei publicae liberae aetate, Karthaginem dico Italicam Salariam Hastam Tuccos, civitate uterentur Romana, de reliquis quoque idem pro certo habere licebit. unde factum esse puto, quod in antiquis iam titulis ante Caesarem exaratis Sergia tribus saepius commemoratur.

In Hispaniis igitur

1. rei publicae liberae aetate coloniae aliquot et municipia c. R.[678]) vel oppida Latina, quibus socii regerentur, constituta sunt, sita et in insulis Balearibus et ad maris interni oras infra Baleares et ad Baetim et ad Anam flumina. oppida c. R. per ea tempora condita in **Papiriam** et **Velinam** et maxima ex parte in **Sergiam** concesserunt, ita ut Papiriam et Velinam (ac fortasse Galeriam[679]) antea, at raro, postea et saepius Sergiam civibus novis datam esse conicias. ut oppida Latina tributim essent discripta, tantum aberat, ut ne illud quidem tunc lege provisum esset, ut municipes eorum oppidorum, si cives fierent, in certem quandam eandemque inirent tribum.

2. Caesari dictatori, ut multa in Hispania conderet oppida, non suppetebat aetas. quae autem constituit municipia aut colonias eaque omnia in Hispania ulteriore in tribus, quas tunc melioris notae fuisse contendo, **Aniensem Papiriam Pupiniam** rettulit. de aliis tribubus a Caesare datis nihil adhuc compertum est. oppida Latina ne ea quidem aetate in tribus recepta erant.

---

[678]) cf. Hübnerum C. I. L. II p. 539. oppida c. R. rei p. liberae aetate complura fuisse cum aliunde constet, tum diserte *belli Hispan.* scriptor 7, 4 declarat: *una* (sc. *legio vernacula Pompei*) *facta ex coloniis quae fuerunt in his regionibus* (sc. *Hispaniae citerioris*). quod si in citeriore provincia aliquot erant coloniae, in ulteriore eas omnino non defuisse patet.

[679]) sc. in Tarracone oppido, si recte (?) ad eam aetatem hunc titulum rettulit Hübner.

3. Caesar filius Hispaniis pacatis πόλεις ἔν τε τῇ Γαλατίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ συχνὰς ἀπῴκισε multasque ex iis auxit beneficiis[680]). omnia vero totius paeninsulae oppida etc. R., quae ipse constituit, et Latina, quae aut ab ipso constituta aut iam antea erant condita, in **Galeriam** rettulit, utpote unam ex octo minoris notae tribubus. — Unde factum est, ut ante Caesarem filium Galeriae in Hispania reperiantur vestigia nulla[681]). Oppida autem libera aut foederata in tribus non recipiebantur.

4. Qui sequebantur Augustum principes, nihil in Hispania mutavisse videntur. Claudius in **Quirinam**, Serv. Sulpicius Galba in **Pomptinam**, quam suae ipsius domus fuisse tribum conicere licet, non quidem oppida, at singulos homines rettulit.

5. Reliqua oppida, quae tunc aut stipendiaria aut libera aut foederata remanserant, Vespasianus et Titus censores a. 75 p. Chr. Latio vel civitate donarunt[682]) et in **Quirinam** receperunt omnia. Quirinae tribus igitur inde demum in Hispaniis reperiuntur exempla, nisi unum exceperis fortuitum II 159 utpote hominis a Claudio imperatore civitate et tribu viritim Quirina donati.

§. 8. De Galliae Narbonensis oppidis tributim discriptis.

Galliae Comatae regiones *paullatim*, ut Ammiani Marcellini utar verbis[683]), *levi sudore sub imperium venere Romanum* et brevi tempore Romanos adamaverunt mores[684]). anno 636/118 Narbo Martius colonia deducta et in Papiriam relata est[685]). C. Julius Caesar Massiliam, quae acerrime ei restiterat, maiore agri parte multavit, in quo has condidit colonias:

---

[680]) Cass. Dio LIIII 23, 7 sq.

[681]) si modo Tarraconem, cuius tituli antiquissimi non exstant, ab Augusto demum conditam recte coniecerim. — quam acri iudicio in oppidis constituendis muniendisque usus sit Augustus, Hübner C. I. L. II p. 82 his verbis docet de Lusitaniae oppidis disputans: „ceterum illud addo coloniis Lusitanis quinque..... optime totam provinciam regi atque defendi; unde qui eas condidit sive is fuit Caesar sive Augustus sive eius nomine M. Agrippa, eum rei militaris apprime gnarum fuisse perspicient, si qui oculos tantum coniecerint in tabulam geographicam."

[682]) *universae Hispaniae Vespasianus imperator Augustus iactatum procellis rei publicae Latium tribuit.* Plin. *nat. hist.* III 30. Marquardt *Staatsverw.* I² 258 alia contulit testimonia.

[683]) XV 12, 5.

[684]) cf. Plin. III 31 *agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda breviterque Italia verius quam provincia.* cf. Herzog *hist. Gall. Narb.* p. 109 sq. Hirschfeld *Lyon in der Römerzeit* 1878.

[685]) cf. p. 56.

	Baeterras	in	Pupinia
	Arelate		Teretina
	Forum Julii		Aniensi[686];
condidit praeterea	Arausionem		?[687]

et multas civitates Latii iure donavit, Nemausum et Cabellionem in Massiliensium agro sitas, praeterea Antipolim, Avenionem, Albam Helviorum, Glanum Livii, Aquas Sextias, alias[688]. Caesar igitur aeque atque in Gallia Transpadana et per Hispanias suos ut ita dicam cives in tribus illas XXIII sortis melioris recepit.

Caesaris filius, et cum triumvir esset et cum in Gallia Narbonensi a. 738/16—741/13 commoraretur, novas c. R. colonias deduxit[689], reliquas civitates Latii iure donavit, omniaque totius provinciae oppida Latina[690] atque colonias novas c. R. in Voltiniam[691] utpote unam ex octo tribubus notae minoris contulit. In Plinii indicibus[692], quos ex Agrippae commentariis profectos dixi[693], oppidorum quae illa aetate erat forma depingitur[694].

A. Coloniae c. R.[695] praeter eas, quas supra Caesaris dictatoris fuisse dixi:

	Aquae Sextiae	in	Voltinia
	Carcaso		Voltinia

---

[686]) Forum Julii male Grotefend l. c. p. 118 in Voltinia censum esse dicit; Herzog *histor. Galliae Narbon.* p. 165 not. 30, num Voltinia an Aniensi censa fuerit dubitat. tituli, qui postea sunt reperti, Aniensem Juliensium fuisse satis demonstrant cf. Bramb. 1159 „*M. Julius Marci f. Aniensis Foro Juli Macrinus, miles leg. IIII Mac.* — —". 1161 „*L. Lic[i]nius L. f. An. Verus Foro Juli, mil. leg. IIII Mac.* — —", al. cf. quos titulos Grotefend l. c. p. 56 contulit errore perductus ad Venetiae Forum Julii.

[687]) cf. Herzog l. c. p. 82 sqq.

[688]) cf. Marquardt *Staatsverw.* I² 264.

[689]) *res gestae divi Aug.* 5, 36. Cass. Dio LIIII 23.

[690]) quae res si non ita se habet, quo modo quaeso factum est, ut Nemausus et Cabellio, quae oppida Caesar Latii iure donaverat, in tribu Voltinia a Caesare plane aliena censebantur? atque inde quoque evincitur Augustum primum oppida Latina in tribus Romanas recepisse.

[691]) quae in hoc capite proposui, ex parte iam Herzog cognovit, qui de iis l. c. p. 165 haec disputavit: „quae tribuum varietas (in Gallia Narbonensi scil.) quibus causis sit statuta, non potest erui. at una eademque tribus Voltinia omnibus indigenis attributa novum praebet argumentum, haec oppida uno eodemque tempore Latii iure esse donata".

[692]) *nat. hist.* III 31—37.

[693]) cf. Marquardt l. c. I² 266, not. 4.

[694]) cf. Herzog l. c. p. 152 sq.

[695]) in coloniarum indicem Carcasonem (Marquardt l. c. 265), Aquas Sextias (l. c. 266), Ruscinonem (ibd.), Nemausum (Mommsen *res gestae divi Aug.* p. 82) recepi, quamquam in commentariis Plinianis inter Latina relata sunt oppida; ille enim Agrippam (a. 741/13 mortuum) secutus oppida, quae Augustus inter annos 738/17 et 741/13 condidit, non enumeravit.

Nemausus	Voltinia
Ruscino	Voltinia
Valentia	.
Vienna	Voltinia

B. Oppida Latina:

[Aeria]	[Comacina]
Alba Helviorum	Dea Augusta[696])
Alebece Reiorum Apollinarium	[Forum Voconii]
[Anatilia]	[Glanum Livii]
Antipolis	[Loteva]
Apta Julia	Lucus Augusti
Avenio	[Piscenae]
[Augusta Tricastinorum]	[Ruteni]
[Bormanni]	[Samnagenses]
Cabellio	Tarusconienses
[Cambolectri Atlantici]	[Tasconi]
[Carpentorate]	Tolosa
[Cenicenses]	Vasio
[Cessero]	[Umbranici]

Quae nomina uncis non inclusi, ea in Voltinia censa esse constat[697]); reliquorum tribus, quam et ipsam Voltiniam fuisse noli dubitare, diserte non est tradita.

C. Foederata libera immunis civitas Massilia[698]).

§. 9. De Dalmatiae oppidis tributim discriptis.

Romani Dalmatiae[699]) parte aliqua eodem quo Macedonia tempore potiti sunt Genthio Illyrici rege devicto et continuis bellis gestis eas regiones munire et excolere incolasque ad cultus civiles studebant deducere. atque ita mox effloruit ora maritima, ut eo tempore, quo Caesaris legati cum Pompei legionibus in iis regionibus bellabant, armis opibusque valeret; pars interior autem et inculta mansit et vix pacata est[700]). oppida maritima, quorum tribus nobis innotuerunt[701]), haec sunt:

---

[696]) Deam Plinius l. c. omisit.

[697]) de oppidis illis cf. Grotefend l. c. p. 116—122.

[698]) quam non a Caesare dictatore civitate donatam esse Herzog l. c. p. 163. 170 sq. demonstrat. Massilia quoniam libera erat non potuit in ulla tribu censeri (male igitur Grotefend l. c. p. 119 de eo oppido disputavit).

[699]) cf. Mommsen C. I. L. III p. 278 sqq. Marquardt I² 295 sqq. Zippel *die röm. Herrschaft in Illyrien bis auf Augustus.* 1878.

[700]) cf. Strab. VIII 5, 11 τὸν μὲν οὖν παράπλουν ἅπαντα τὸν Ἰλλυρικὸν σφόδρα εὐλίμενον εἶναι συμβαίνει.....· ἀλεεινοὶ δὲ καὶ χρηστόκαρποι ὁμοίως· ἐλαιόφυτοι γὰρ καὶ εὐάμπελοι πλὴν εἴ τί που σπάνιον ἐκτετράχυνται τελέως. τοσαύτη δ' οὖσα ὀλιγωρεῖτο πρότερον (igitur Strabonis i. e. Augusti aetate multi aestimabatur et colebatur) ἡ Ἰλλυρικὴ παραλία, τάχα μὲν καὶ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἀρετῆς, τὸ μέντοι πλέον διὰ τὴν ἀγριότητα τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ ληστικὸν ἔθος. ἡ δ' ὑπερκειμένη ταύτης πᾶσα ὀρεινὴ καὶ ψυχρὰ καὶ νιφόβολός ἐστιν κτλ.

[701]) cf. Grotefend. *imp. Rom. trib. descr.* p. 135—137. de Illyrici finibus dixi supra p. 81 sqq.

ACRVVIVM SERGia

C. I. L. III p. 284. — Cattaro. municipium c. R. est Plinio III 144.

β III 1711 (Catt.) „*C. Clodio C. f. Serg. Vitellino Ilvir(o) i. d., iudic(i) ex V dec(uriis), equo publ.* — —“.

γ III 1710 (Catt.) „*Sex. Cipio C. fil. Serg. Firminiano* — —“.

AEQVVM TROMENTINA [702])

C. I. L. III p. 360. — Citluk prope Sign. colonia est *Claudia*, fuit igitur iam antea aut colonia aut oppidum civium Romanorum.

α XI 23 (Ravennae) „*T. Plotius Tromentina Rufinus Aequo vet. leg. II adiut. p.f.*[703]) — —“. Bramb. 1142 (Moguntiaci) „*Q. Attius Q. f. Tro. Rufus Aequ(o) mil. leg. I adi.*[704]) — —“. 1144 (Mogunt.) „[*C. Fuf*]*idius* [*C.f.*] *Trom.* [*Cle*]*mens* [*Aequ*]*o mil.* [*leg.*] *I adi.*[704]) — —“. 1145 (Mogunt.) „*M. Marius M. f. Tro. Vegetus Aeq(uo) mil. leg. I adi.*[704]) — —“. 1147 (Mogunt.) „*C. Vibius C. f. Trom. Severus Aequo mil. leg. I adi.*[704]) — —“.

qui tituli in Aequo oppido ipso reperti sunt non quam exspectes Tromentinam prae se ferunt, sed aut

Sergiam β III 2730 (Sign) „*Libero Aug. sacrum, L. Aebutius L. f. Ser. Celer aed. Ilvir i. d.* — —“, aut

Aniensem β III 2733 (Sign) „*Sex. Ju*[*lius .. f.*] *Ani. Silva*[*nus* ....], *summus c*[*urator c. R.*] *suffragio* [*veteranor(um)?*] *leg. VII C. p. f., aed.* [*ab*] *ordine primus* [*factus*], *IIIIvir i. d., pont.* — —“[705]), aut

Voltiniam Eph. ep. IIII 358 (Ervace) „*M. Varenus M. f. Vol. Valens, veter. leg. VII C. p. f.* — —“.

ARBA SERGia

C. I. L. III p. 397. — Arbe.

γ III 3005 (Arbae; servata est inscriptio in Manutii Vaticano, sed tam male, ut vix legatur) „— — *T. Prus*[*i*]*us T. f. Se*[*r*]. *Op*[*tatus*] — —“[706]). bulletino Dalmato II (1879) n. 24 „— — *P. Octavio C. f. Serg. Crat*..... — —“.

BVRNVM SERGia

C. I. L. III p. 367. — Archi Romani s. Supljaja cerkva prope Ivosevci.

Sergiam tribum titulus Sex. Vinicii Faustini C. Julii C. fil. Serg. Severi consulis III 2830 (inter a. 133?—138 Kistagne pos.) exhibet,

Voltiniam 2838 (Šupljazercva) „*Q. Naevius C.* [*f.*] *Vol.*[707]) *Ponticus signif*(*er*).“

CORINIVM SERGia

C. I. L. III p. 373. — Karin. Plinius.

δ III 2884 (Kruševo) „*T. Caninius T.* [*f.*] *Ser. Maxim*(*us*), *vet. coh. VI pr.*

---

[702]) Claudia tituli Argentorensis Bramb. 1893 cognomen, non tribus Aequi oppidi est.

[703]) post annum 69 cf. Pfitzner p. 62.

[704]) haec legio inde ab a. 70 fere usque ad a. 86 et inter annos 91 et bellum Dacicum alterum Traiani in Germania superiore tetendit, cf. W. Pfitzner *Gesch. der Kaiserleg.* p. 219.

[705]) Hispanum hominem illum esse crediderim.

[706]) trad. T·PRVSTIVS·T·F·SEDOP/////, cet.

[707]) trad. IVOL

— —". 2885 (Corin.; a. 42—69) „*C. Julio C. f.* [*Se*]*r.* [*Agr*]*ippae*, [*m*(*ilitis*)] *leg. VII p. f.*, [*o*] *Agrippae p*(*atris*)[708] — —".

DELMINIVM SERGia

C. I. L. III p. 358. — Gardun prope Trigl.

Delminii reperti sunt tituli militum complures inde oriundorum:

III	2706	dom. Benevento	trib. Stellatina	a. 245	
	2708[709])	?	Fabia (bis)	ante	42
	2709[710])	Laranda	Sergia	ante	42
	2710[711])	Pessinunte	Velina	ante	42
	2711	Eporedia	Pollia	ante	42
	2714 = Eph. IIII 345	Clistinna	Ultinia	ante	42
	2715	?	Teretina (?)[712])	42	–68
	2716	Foro Cornelii	Pollia	ante	42
	2717	Philippis	Pollia	ante a.	42
Eph.	IIII 347[713])	Conana Pisidiae	Sergiae	ante a.	42
	348	Amblada Pisidiae	Cornelia	ante a.	42
	349	Au[g. Praetoria]	Sergia	ante a.	42
	351	Durrachio	Aemilia	ante a.	42
	352	Aese Umbriae	[P]ol(lia)	ante a.	42
	354	[?]	Voltinia	?	

quibus ex oppidis ante a. 42 Laranda n. 2709, Conana n. 347, Amblada n. 348 nondum civium Romanorum erant oppida, neque ante Caracallae edictum id beneficium consecuta sunt[714]): ex reliquis oppidis qui in his titulis commemorantur homines iis quibus conveniebat tribubus ornati sunt. homines igitur in titulis quos modo dixi indicati singillatim civitate donati sunt. Conanensis et Larandensis, si non ob eam potissimum causam quod in Dalmatia cives facti sunt, in Sergiam venerint, mirer vel maxime. cur vero Ambladensis in Cornelia census sit, mihi non liquet.

EPIDAVRVM TROMentina

C. I. L. III p. 287. — coloniam dicit Plinius III 144. quod oppidum cum alii ibi fere situm fuisse statuant, ubi nunc est Prevlaka prope Castellum novum (Castelnuovo) ad sinus Cattarensis fauces, alii ad Ragusam veterem (Ragusa vecchia) referant, utrique certis quibusdam nec facile refellendis nisi argumentis, et titulos Ragusae et unicum Prevlakae repertos hoc loco simul afferam[715]):

---

[708]) trad. C·IVLIO·C·F | NRC-CIIPPAE | LEG·VII·P·F | O·AGRIPPAE·P, cet.

[709]) certe „*L. Allius L. f. Fab., signifer leg. XI — —, L. Statienus L. f. Fabia Catulus — —*" non Delminio oriundi sunt.

[710]) „*T. Ancharenus T. f. Ser., dom. Laranda, mil. leg. VII — —.*"

[711]) „*Cn. Domitius Cn. f. Vel. Pessinunte, — — veteran. ex leg. VII*".

[712]) trad. TRERNAHENSIS, ubi Mommsen *Teretinam* subesse suspicatur.

[713]) *Q. Baebius Q. f. Serg. Conan. miles leg. VII — —.*

[714]) Amblada Caracallae etiam aetate numos flandos curavit titulo ornatos Ἀμβλαδέων Λακεδαίμων. ἐλευθ. (cf. Grotefend. in Pauly *real. encycl.* I² p. 846); Conana Antoninorum aetate numos cusit (ibd. II p. 581); de Laranda nihil constat.

[715]) certe utcumque res se habet, Tiberii imperatoris aetate Epidaurus iam ibi sita fuit, quem locum postea Ragusa vetus (vecchia) obtinuit, cf. C. I. L. III n. 1741 (post a. 14 p. Chr. pos.), quem titulum Ragusae repertum esse multi consentiunt auctores.

1) Prevlakae: Sergia; β III 1738 „*C. Egnatio C. f. Serg. Marcello dec.* — —“.

2) Ragusae: Tromentina; β III 1748 „*M. Pomentino M. f. Trom. Turboni IIvi(ro) i. d.* — —“. in alio quoque titulo ab Hoernesio edendo Tromentina tribus magistratus cuiusdam dicitur. addo III n. 1745 „*P. Aelio P. f. Tro. Osilliano* — — —, *huic universus ordo decurionatus honorem et locum statuae decrevit*“.

γ III 1755 „*P. Marcio P. f. Trom. Messiano*“. mentio denique facienda est tituli mutili 1752, in quo v. 1 *Serg(iae)* nomen latere coniecit Mommsen[716]).

IADER SERGIA

C. I. L. III p. 374 sq. — Zara. Hirtius Jadestinos narrat 'in bello Pompeiano a parte Caesaris stetisse et singulari studio pro eo dimicasse; quocum coniunctum videtur esse quod mox pariter ac Salonitani ius coloniae ab Augusto acceperunt. nam ab eo deductam esse coloniam inde constat, quod is in titulo n. 2907 appellatur *imp. Caesar divi f. Augustus, parens coloniae*' (Mommsen).

α III 1200 (Apuli, post a. 107 vel potius post Pium)[717]) „*d(is) m(anibus)* SL·VIAE////ᴖS *Ser(gia) Victor Jad(era) equ(es) leg. XIII g(eminae)*[718]) — —“. VI 221 (Romae, a. 113) „— — γ[719]) *C. Juli C. f.* [*Se*]*rg. Rufi Jader(a)* — —“. Bramb. 1141 (Mogontiaci, inter annos fere 70—106)[720]) „*L. Appuleius L. f. Sergia Jadestinus Jader(a), mil(es) leg. I adiut.* — —“.

β III 2930 (Jad.) „*M. Titio M.* [*f.*] *Ser. Marino decuri*[*oni*] — —“. Eph. IIII 379 (Jad.) „...[*Ap*]*puleio C. f. Serg. Balbino, pontifici, equum publicum habenti, annor. XXI* — —“.

γ III 2922[721]) (Jad.) „— — *Q. Laepici Q. f. Serg. Bassi* — —“. 2957 (prope Jader) „*L. Roscius L. f. Ser. Genialis* — —“. 2960 (Jad.) „— — *M. Julio T. f. Ser. Asprenat.* — —“.

β III 2920 (Jadera Veronam adlatus) „*Q. Asisieno Q. f. Tro. Agrippae aed., IIviro, pontifici ex aere conlato decuriones et pleps*“. 2932 (ibd.)[722]) „*C. Vettidio C. f. Tro. Maximo, equom publicum habenti, pontifici, IIviro, IIviro quinq., patrono colon.* — —“.

δ III 2916 (Jad.) „*L. Geminio L. f. Tro. Montano, praef. cho. I Sebastenorum* — —“. 2917 (Jaderae, Traiani aetate) „*Q. Raecio Q. f. Cla. Rufo, p. p. leg. XII fulm., trecenario, donis don. ab imper. Vespasian(o) et Tito imp. bell. Jud., ab imp. Trai(ano) bell(o) Dacic(o), princ(ipi) praet(orii)*“.

titulus III 6364 (Ljubuški) „*L. Herennius* [*L. f.*][723]) *Pap.* MVL·IADE· *vet(e)r(anus) leg. VIII* — —“ non huc pertinet[724]); positus est ante a. 10 p. Chr.

---

[716])



descr. Sabljar.

[717]) cf. Mommsen C. I. L. III p. 160.

[718]) quae in fine exarantur: XIII·CS | INGENVISIVR, incerta sunt.

[719]) est centuria vigilum.

[720]) cf. notam 704.

[721]) in arcu marmoreo amplissimo incisa est haec inscriptio.

[722]) satis vetustum hunc esse titulum verborum formae edocent.

[723]) traditur I·E.

[724]) cf. Mommsen ad h. l. O. Hirschfeld magister mecum communicavit se collato titulo Arch. epigr. Mitth. III p. 38 (Ljubuški) „*L. Domitius L. f. Ann.* (?) *Aquila*

III 2876 (quem Jaderae repertum esse male, ut videtur[725]), Venetus Antiquus refert) „*M. Papisius M. f. Cla. Maximus — — M. Papisio M. f. Cla. Nigro — —*“ ad Nedinum pertinet.

ISSA SERgia

C. I. L. III p. 393. — Lissa. Issaei inde a primis in Illyricas gentes Romanorum studiis in amicitiam Romanorum pervenerunt eamque et industria et fide sibi conservarunt. qua re a Romanis libertatis, mox immunitatis, denique civitatis honore sunt donati, ita ut Plinius III 152 Issam oppidum civium Romanorum dicere potuerit.

β III 2074 (Salonae) „*C. Albucio C. f. Trom. Menippo, dec. Salon(is), aedil., marit(o) et C. Albuc(io) C. f. Tr(omentina) Procilliano, dec. Sal(onis) et Iss(a), aedil. — — et C. Alb(ucio) C. f. Ser. Menipp(o), dec. Iss(a) — — fil[i]s — —*“ ubi Menippus maior et Procillianus Salonitani sunt municipes, Menippus iunior Issensis.

γ III 3079 (Issae) „*L. Servili | P. f.' Ser.* PAITASIVS.. | *[h .s. e.]*“ huc fortasse pertinet, nisi forte v. 3 *Baetasius* recte Mommsen legit patriamque defuncti eo vocabulo indicatam esse existimat. — tituli I 605 = III 3078 (Iss.) „*Q. Numerius Q. f. Vel. Rufus, leg., patron. — —*“ nulla in hac re est auctoritas utpote iam anno 697/57 positi.

LISSVS

C. I. L. III p. 283. — Lisso. satis vetustum neque exiguum oppidum (cf. Caes. *b. c.* III 29, 1)[726] Plinius III 144 civium Romanorum esse dicit.

de Lissi tribu ex titulo III 1704 (Liss.) „*L. Gavi Arnn.*[727]), *aug(ur), IIvir quinq. — —*“ quicquam statuere nolim.

NARONA TROmentina

C. I. L. III p. 291. — Viddo. 'Naronam emporium ad fluvium Naronem novit iam antiquissimus harum partium periegeta Scylax qui dicitur et antiqui commercii Graecorum cum earum incolis indicium habetur praeterea apud Strabonem. Romanos quoque negotiatores hic mature constitisse inde apparet, quod in hoc solo Dalmatiae loco tituli Latini inventi sunt scripti libera etiamtum republica Romana. ius dixisse ibi vel maxime magistratus Romanos inde colligitur quod Varro scribit Naronam ventitasse civitates LXXXIX. ..... rei publicae condicionem tum eam non habuisse idem titulus (sc. n 1820) patefacit, ... fuit igitur Narona eo tempore vicus quidem, sed municipii instar, ut ait Tacitus de Aventico tractans, eundemque locum obtinuit in Illyrico, quem in Carnia eodem tempore tenuit Nauportus vicus rectus a suis magistris. deinde pacato Illyrico et prolatis finibus imperii Narona colonia

---

vet. leg. VIII domo Myliade et Cn. Domitio [L. f.] A[ni]. ..ovicino mi[l. le]g. V[II, s]tip. XX, h(onesta) m(issione) [m(isso)] .....“ *Muliade* legere, ut idem sit, quod *Milyade* (*Mylias*, cf. Forbiger *geogr.* II 248. 323. 330).

[725]) „aut corruptus est aut explicationis incertae“ Mommsen.

[726]) quo facto conventus civium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis antea Caesar attribuerat muniendumque curaverat, Antonium recepit omnibusque rebus iuvit.

[727]) „ARNN· aut patris nomen tribusque aut cognomen“ Mommsen.

facta est testibus Plinio (III 142) et Ptolemaeo fortasse ab ipso Augusto [?]'. haec Mommsen l. c.

Tromentinam exhibent β (?) III 1868 (Citluk) „*T. Mevio T. f. Tro. Celso ael. III.....luperc.*“ et γ III 1851 (ibd.) „*C. Feres .....C. f. Tro..... —*“. reliqui lapides externorum hominum sunt, exhibentes

Aniensem (?) β III 1822 (Nar.) „*A. Annaeo A. f. An. Flacco, flamini, Augustali, IIIIvir(o) II quin[q].*, *IIIIvir(o) i. dic., praef. i. d. ex dec. dec., pontif. — —*“ nisi pro *An(ienſi)* legendum potius est *A(uli) n(epoti)*;

Palatinam III 1813 (Naronae, ante a. 42 p. Chr.) „*M. Heredius M. f. Pal. veteranus leg. VII*“. 1815 (ibd.) „*Cn. Magius Cn. f. Palat. veteranus s.*“;

Romuliam Eph. IIII 247 (Nar.) „*T. Pullicus Rufi f. Rom., C. Pullicus T. f. Rom. — —*“[728]);

Velinam hominis ut videtur Pessinunte oriundi, id quod ex avunculi eius Pessinunte oriundi atque in eadem tribu censi nomine conicere licet III 1818 (Citluk; pos. ante a. 42 p. Chr.) „*L. Riccius L. f. Vel. Pessinunte — — vet(erano) — —, C. Atilius L. f. Vel., veter. leg. VII, avunculo suo — —*“.

NOVAE

C. I. L. III p. 302. — Runovich.

titulo Novis reperto III 1910, certe post a. 69 posito, cuius verba haec sunt: „*J(ovi) o(ptimo) m(aximo) et g(enio) m(unicipii) n(ostri) G. Vibius Pom(ptina) J[a]nu[a]rius, b(ene)f(iciarius) cos. leg. I adi(utricis) v. s. l. m. IIviris QQ. Aurr. Maximo et Anneo*[729])“ de Novarum tribu non edocemur. immo hic homo a Galba imperatore in civitatem et tribum adscitus mihi esse videtur; certe princeps ille legionem primam adiutricem ex classiariis (cf. Mommsen C. I. L. III p. 907, Boissevain. res mil. Hisp. p. 22 sqq.), inprimis e Dalmatia et Hispania oriundis (Grotefend in Paulyi real. encycl. IIII p. 869) conscripsit, quos civitate donavit (Boissevain l. c. p. 27) et in tribu Pomptina, quae ipsius fuisse videtur, censuit; cf. ea quae supra p. 103 sqq. exposui.

RISINIVM SERGIA

C. I. L. III p. 285. — Risano. oppidum fuit civium Romanorum secundum Plinium III 144.

β III 1717 (Ris.; post a. 780/37; titulus maximas ac pulcherrimas litteras habet) „*Q. Manlius Q. f. Serg. Rufus dec(urio), iudex ex quinq(ue) decuriis, equo publico — —*“.

γ III 1730 (Perasto prope Risinium) „*M. P[l]ae[torius] M. f. Se[rg]ia — —*“[730]). 1732 (Ris.) „.. *Statio .. f. Serg. Valenti... — —*“ ∼ δ 6359 (Zarine prope Risinium, anni 116 vel 117[731])) „*C. Statius C. f. Serg. Celsus evoc. Aug., donis donatus bis corona aurea torquibus phaleris armillis ob triumphos belli Dacici ab imp. Caesare*

---

[728]) „de gentilibus formae Histricae in *-cus* dixi vol. V p. 44. Dalmatia hic homo non fuit, cum tribus Romilia ibi non inveniatur“ Mommsen.

[729]) Zanetti qui minima cura in describendo hoc titulo usus est, exhibet G·VIB·POMI, Paulovich homo diligentissimus C·VIB//POM, ita ut aut *G. Vib[ius] Pom(ptina)* aut *G. Vib(ius) [Tr]om(entina?)*, quae tribus Dalmaticis oppidis melius convenerit, legas.

[730]) traditur M·PIAE
M·F·SEBCIA
H·I·S·E cet.; supplevit Mommsen.

[731]) cf. Wilmanns *ex. inscr. Lat.* n. 1585.

Nerva Traiano Aug. Germ. Dac. Parthico optimo, ⁷ *leg. VII geminae in Hispania* — —" ~ γ 6360 (Ris.) „*C. Statio C. f. Ser. Restituto an. XV m. VI h. VI et s(emi) h(oram vixit)* — —".

SALONAE TROmentina

C. I. L. III p. 304. — Salona. 'in rebus quae in Illyrico gesta sunt tam pace quam bello Salonarum semper primariae partes fuerunt..... factum est ... maxime propter portum Salonitanum omnium huius orae frequentissimum, ut cives Romani in Illyrico consistentes ipsa aetate liberae rei publicae conventum ibi haberent [Caesar *bell. civ.* III 9]; unde iam tempore bellorum inter Caesarem et Pompeium gestorum oppidum fuit civium Romanorum (Hirtius *bell. Alex.* 43), quod a. 706 Caesariani adversus Pompeianos acri studio defenderunt'. (Mommsen l. c.) Octavianus ante a. 727/27, quo Augustus appellatus est, in coloniae Juliae Martiae (Plin. III 141) ius et honores municipium provexit.

β III 2026 (Salonis) „*T. Flavio T. fil. Tro. Agricolae, decur. col. Sal., aedili IIvir(o) iure dic., dec. col. Aequitatis, IIvir(o) q̄q̄., disp(unctori) municipi Riditar.. praef. et patron. coll. fabr.* — —, *curatori reipub. Splonistarum, trib. leg. X g. p. f.*" 2074 (Salonis) „*C. Albucio C. f. Trom. Menippo dec. Salon., aedil., marit(o) et C. Albuc. C. f. Tr(omentina) Prociliano, dec. Sal. et Jss., aedil.* — — —". de quo conferas quaeso quae supra, ubi Issae mentionem feci, disputavi.

III 1942 (gradina di Mossor sub Clissa prope Salonas) „*J. o. m. sacrum, L. Egnatius L. f. Cn. nep. Cn. pronep. Tro. Clemens, decurio, augur*". 2075 (Salonis) „— — *L. Antonio L. f. Tro. Firmo, aed., IIIIvir. i. d., praef. fabr., proc. Aug.* — —". 2083 (ibid.) „— — *Q. Nassius Q. f. Tro. Certus Draco, aedilis, IIIIvir i. d.* — —".

γ III 2097 (Salonis) „*C. Julius Sceptus Admeti Aug. lib.* [*l*]*ib. IIIIII Augustal.* — — *C. Julio C. f. Tro. Admeto f., C. Julio C. f. Tro. Aquilae f., L. Julio C. f. Tro. Scepto f., Juliae C. f. Tro. Admetidi f.* — —[732]). 2125 (ibid.) „*L. Julius C. f. Tro. Clemens, negotiator* — — *C. Julio C. f. Tro. Maximo patri* — —, *L. Julio L. f. Tro. Maximo filio* — —". 2447 cf. p. 1031 (ex insula Surinte prope Salonas) „*M. Octavio M. f. Trom.....*". 2470 (Salonis) „*L. Plotio L. filio T(romentina) Basso*[733]).

δ III 2018 (Salonis, inter annos fere 14 et 37) „[...*Cor*]*nelio C. f. Tro. N*[... ... *praef. fab*]*r. bis, trib. mil. bis leg.* [....., *corona*] *aurea et hasta pura a* [*Ti. Caesare di*]*vi Augusti f. Augusto do*[*nato*]".

reliqui tituli aut Sergiam praebent tribum in hominibus ex aliis, ni fallor, Dalmatiae oppidis oriundis β III 1978 (Salonis; post a. 98) „*Divo Nervae L. Vettius L. f. Serg. Catulus, IIvir i. d. ex pecu. honor. IIvir. sui, l. d. p. d. d.*". 2079 (ibid.) „*C. Clodio C. f. Serg. Fadieno, IIIIvir. iur. d.* — —". 3158 (Salonis?[734]), inter annos fere 14—37) „*Jano patri Aug. sacrum, C. Julius C. f. Ser. Aetor, aed., donatus ab Ti. Caes. Aug. f. Augusto torq. maiore bello Dalmatico ob honorem IIviratus* — —".

---

[732]) feminae tribum Mommsen apud Henzen n. 6424 notat. cf. Grotefend. *imp. Rom.* p. 13 sq.

[733]) quod tradidit Carrara, Mommsen male, ni fallor, ita corrigere studuit *L. Plotio L. fil. Pol. Basso;* immo tribus nomen singulari littera T scriptum videtur.

[734]) „de origine Salonitana etsi constat diserto testimonio nullo, tamen recte videtur Salonas revocasse Furlanettius et propter lapidis qualitatem et proper tribum et IIviratum et denique quod Rannusium [cuius in domo lapis erat] constat alium quoque lapidem inde avexisse" Mommsen.

δ III 2044 (Salonis, post Vespasiani qui IIII legionem F. f. creavit tempora) „*M. Antonius M. f. Ser. Surus, vet. leg. IIII F. f.* — —“;

aut Claudiam δ III 2057 (Salonis) „*C. Valerio C. f. Claud. Marcell*..... IIIII *mil. coh*.....“;

aut Palatinam β III 2049 (Salonis) „*Q. Servilio M. f. Palat. Pacuviano, aedil., praef. cohort. I Morinorum* — —“;

aut Polliam δ III 2030 (Spalati, ante a. p. C. 10) „*T. Fuficius C. f. Pol., vet. leg. XX* — —“; γ 2470 de quo in nota 733 egi huc non pertinet;

aut Stellatinam δ III 2054 (Castel Stafileo; inter annos 42—69) „*T. Te*[*tt*]*enius T.* [*f.*] *S*[*t*]*e. Pansa v*[*et.*] *leg. XI C. p.* [*f.*] — —“ [735]);

aut Velinam β III 6378 (Salonis) „*C. Titio C. f. Vel. Primo, aed., IIIIvir*(*o*) *i. d.* — —“.

SCARDONA SERgia

C. I. L. III p. 365 sq. — Scardona. Plinius III 141 de oppidi condicione nihil profert, postea municipium Flavium factum est, cf. III n. 2802.

β III 2810 (Scard.) „*T. Turra*[*nio*] *T. f. Ser. Seda*[*to*], *decurioni, II*[*II*(?)*viro*] *Scardonis, sacerdoti ad aram Aug. Lib*[*urn.*], *huic ordo Scardo*[*nitan*(*us*)] *statuam decre*[*vit*] — — —“.

TRAGVRIVM

C. I. L. III p. 355. — Traù. oppidum civium Romanorum Plinius (III 141 cf. XXVI 152) dicit. ‘rem publicam num ullo tempore habuerit, iure potest dubitari..... inscriptiones Tragurinae plane ita comparatae sunt, ut agri Salonitani quaeque perpauca habent non privata, videntur spectare ad Salonas, unde fieri potest ut complures lapides scripti aedificandi causa per medium aevum demum Tragurium allati sint’ (Mommsen l. c.).

γ III 2686[a] (Tragurii) „*L. Caesellius P. f. Tro. Maximus* — —“.

Plinius Agrippam secutus haec, quae non iure peregrino utebantur, enumerat oppida [736]):

oppidum Latinum unum	Rider	in tribu	?
oppida civium Romanorum:	Acruvium		Sergia
	Butuanum		.
	Dendam		.
	Issam		Sergia
	Lissum		.
	Olcinium		.
	Risinium		Sergia
	Scardonam		Sergia
	Scodram		.
	Tragurium		.
colonias c. R.	Jaderam	in tribu	Sergia

[735]) trad. T·TEIIENNIVS· | TE·SIE·PANSA | VII·LEG·XI·CPE | H·S·I·

[736]) Plin. III 141—144. Marquardt l. c. 301.

Aequum
Epidaurum
Naronam
Salonas
Siculos
} Tromentina [737])

Oppida igitur civium Romanorum, quae in Dalmatia sita erant, aut in Sergia aut in Tromentina censebantur. ceterum ex oppidis illis de Jaderae solius constat origine, quae ad Octavianum refertur; ex altero oppidorum genere Salonas certe ante Caesarem ad Romanae rei publicae formam redactas et a civibus Romanis habitatas esse consentaneum est. unde Tromentinam oppidis illis satis vetustis et opulentis ante Caesaris dictaturae tempora datam esse, Sergiam autem ab Octaviano reliquae orae maritimae, quae tunc omnis ad civitatem vel Latii ius ita accessisse videtur, ut principibus, qui posthac Romanum imperium regebant, nihil nisi honores quosdam et iura incolis tribuere superfuerit[738]), concessam esse apparet. colonia enim una, municipia quantum in titulorum inopia statui potest omnia, quae Plinius civium Romanorum tunc fuisse dicit, aliaque oppida, quae ille tacitus praetermisit, censa sunt in Sergia, id quod a principis huius consiliis nequaquam abhorret. Caesar vero nullum omnino oppidum c. R. in Dalmatia constituisse videtur.

Caput IIII*).

De tribuum ratione inde ab anno 14 p. Chr.

Cum Tiberius tribuum vim infregisset ita, ut postea neque in legibus ferendis vel in magistratibus creandis neque in militibus conscribendis vel in vectigalibus exigendis neque in ulla rei publicae administrandae parte ullum esset earum momentum[739]) — ex eo enim tempore tribus aut sunt pauperum hominum collegia, qui in urbe frumentum aliaque dona accipiunt, aut civium collegia et auctoritatis omnis

---

[737]) cum ad divum Claudium referat Plinius coloniae originem, in Quirinam eam receptam existimo.

[737a]) primum Sergiae in Dalmatiae oppidis exemplum repperi III 6364 ante a. 10 p. Chr.

[738]) veluti Scardonam Vespasianus vel alter eius filiorum, Aequum Claudius mperator, Salonas Octavianus ipse auxerunt.

[739]) Mommsen *röm. Tribus* p. 203. 208.

*) angustiis libri coactus non, id quod p. 122 sqq. promiseram, de singulis imperatoribus pluribus capitibus dixi.

expertia, quoniam nemo, qui tribu carebat, civis Romanus esse poterat — parum certe intererat singulorum contendere, ut in hanc potius quam in illam inirent tribum: nisi quod tribubus urbanis accedere novos cives noluisse conicere licet propterea, quod deteriora hominum libertinorum genera, qui civitatem acceperant, aliaque fortasse minora civium Romanorum collegia, cum in tribus urbanas referrentur, ita a ceteris civium sive libertinorum sive ingenuorum generibus disiungebantur. in rusticis autem tribubus omne posthac discrimen est sublatum, cum tribuum melioris notae auctoritate in suffragiis amissa eodem haberentur loco, ita ut novi cives omnes eius modi tribus iuxta aestimarent atque adpeterent.

Attamen quia iam parum intererat in priscam illam tribuum varietatem cives novos adsciscere, aliam et novam imperii Romani tributim discribendi rationem iniisse principes non mirabimur. etenim regiones late patentes, quae civitate Romana vel Latii iure donabantur, ad plures referre tribus operae pretium non erat. veluti Divus Augustus unius vel complurium inter se finitimarum provinciarum oppida nova civium Romanorum vel Latinorum omnia in singulas tribus contulerat; Vespasianus iam omnia Hispaniae oppida in unam eandemque tribum vocavit. atque nova civium oppida haud secus atque homines singillatim civitate donati, quia id beneficium principe solo auctore adepti in eius tanquam clientela erant, ut non solum nomine ipso principis, sed tribu eius quoque ornarentur, iam propter ambitionem studiaque mutua fieri potuit: civium, ut vel maxime principis favorem sibi conciliarent: principis, ut civium animis beneficiorum ipsius penitus insideret memoria. ita iam pridem C. Caesar in Fabiam, cum post bellum Marsicum confectum in deteriorum tribuum ea numero esset, novos eosque opulentissimos cives adscivit, ut et veteres tribules novorum splendore et auctoritate augeret atque in antiquum honoris locum restitueret et ut quidquid ad principem pertineret, ob id ipsum maiore quodam splendore enitere cives doceret.

Estne igitur, quod Augusto (vel si plurimum concedas Claudio) defuncto oppida, quae uno eodemque imperatore auctore condita sunt, ad unum omnia non pluribus, sed uni eidemque tribui adtributas esse miremur? de imperatorum Juliorum, qui Augusto successerunt, Tiberium dico et Gaium, consiliis nihil habeo quod proferam. neque enim ad eos ullius oppidi honores iuraque ab auctoribus[740]) referuntur neque quemquam ex libertis principum illorum in ullam receptum inveni tribum. quod si coniecturam facere licet, utrumque principem hominibus, quos vel singillatim vel gregatim in civitatem receperunt, Fabiam,

---

[740]) Zumpt *comm. epigr.* I p. 381 sqq.

quae Juliorum erat, tribum concessisse suspicer. Nero quidem novos cives aeque ac Claudius in Claudiorum tribum recepit Quirinam.

De Claudio imperatore, num unam tantum tribum suis concesserit civibus, dubitari potest. etenim alia oppida ab eo constituta vel beneficiis aucta quin relata sint in Quirinam non est dubium[741]); alia in Claudia fuisse conicias[742]). attamen Claudius quamquam eum recte Quirinae et Claudiae novos cives attribuisse statuitur, non aliam atque ii, qui post eum imperio Romano tributim discribendo operam navaverunt, principes rationem iniisse videtur. ipse enim cum in Quirina esset, maiores autem suos in Claudia fuisse memoria teneret, duarum tanquam tribuum tribulis sibi videbatur.

Ad Neronem Othonem Vitellium nullius oppidi tribum referre possumus[743]): quae de Galba nobis dicenda videbantur, iam supra rettulimus[744]). Vespasianus eiusque filii nullam nisi Quirinam ediderunt tribum[745]), Nerva[746]) Arnensem[747]), Traianus Papiriam[748]), Hadrianus Sergiam[749]). quae si quis memoria tenebit, oppida, quae Plinio aliove auctore Augusti aetate peregrini iuris fuisse constat, quonam tempore in civitatem vel Latii ius recepta sint, tribu comperta facile inveniet. sed tales quaestiones quominus per singulas instituam provincias, libri huius prohibeor angustiis.

Post Hadrianum mortuum oppidorum, quae coloniae vel oppidi c. R. vel municipii Latini donata sunt dignitate, numerus admodum parvus est: quid quod unus alterve imperatorum, qui Hadrianum sunt

---

[741]) Oppidum novum, Rusuccuru, Icosium, Jol Caesarea Mauritaniae.

[742]) colonia Agrippinensis, Augusta Trevirorum Galliae; Savaria Pannoniae; Apros Thraciae; Celeia Juvavum Teurnia Virunum Norici, de quibus cf. Mommsen. *ephem. epigr.* III p. 232.

[743]) Zumpt *comm. epigr.* I p. 393.

[744]) p. 163 sqq.

[745]) Hispaniae oppida, de quibus cf. cap. III §. 7; Siscia, Latobici Pannoniae Solva Aventicum Raetiae; Ammaedara Numidiae.

[746]) M. Cocceius Nerva Narniensis (Aur. Vict. *epit.* 17 cf. *Caes.* 12) erat ideoque Arnensis fortasse tribulis.

[747]) condidit Sitifim Arnensi attributam.

[748]) Apulum, Sarmizegethusa Daciae; Aquincum Pannoniae inferioris; Poetovio Pannoniae superioris; Hadrumetum Africae; Oescus Moesiae inferioris; Ratiaria Moesiae superioris; Ulpia Traiana Germaniae inferioris; Thamugadi Numidiae. Mommsen *eph. epigr.* III p. 231 Lambaesi inter curias quae a principis potissimum nominibus nomina acceperunt *Papiriam* quoque esse monet, cf. Wilmanns. n. 2742 = C. I. L. VIII n. 3293. C. I. L. VIII n. 2712.

[749]) Carnuntum, Mursa Pannoniae superioris; Drobeta (?) Daciae; Nicopolis Epiri (?); cf. Dürr. *die Reisen des Kaisers Hadrian* p. 11, not. 29.

secuti, nullum omnino, nisi fallimur, condidit eiusmodi oppidum. cum praeterea nullius ab imperatoribus illis aucti oppidi tribus innotuerit, quae de illorum referamus consiliis, non habemus. postquam autem omnes totius orbis terrarum a Romanis pacati incolae, qui tunc in libertate versabantur, a Caracalla civitate donati sunt[750]), omnes provincias, si quidem vetera de tribubus propagandis consilia secutus est princeps ille, tributim discriptas esse oportebat. attamen tantum abest, ut id factum sit, ut contra in nullam omnino tribum cives novos receptos crediderim, quippe quod nulla talis rei tribuariae immutationis vestigia exstent, quamquam ea in oppidis, quae usque ad id tempus civitate caruerant, tunc vel maxime inveniri exspectes. obsoleta nimirum atque intermortua res erat tribus. id quod puto non negabis, si in militum laterculis saeculi alterius exeuntis saepissime tribum et patriae nomen, tamquam eadem sit utriusque vis, confusa aut pro tribus nomine vocabulum *domo* aut tribum aperte falsam adiectam inveneris[751]): quod non ita explicandum est, ut suspicemur homines istos civitate caruisse atque ideo pro tribus vocabulo aliud quoddam inseruisse — certe enim tribu illi utebantur — sed ita, ut statuamus eos tribum ut rem inutilem non satis memoria tenuisse. accedit, quod in titulis saeculi alterius extremi tribuum rara fit mentio, rarior etiam in tertii saeculi parte priore, postea autem eius rei vix unum alterumve[752]) invenitur vestigium.

---

[750]) Cass. Dio LXXVII 9. Ulpian. *Dig.* I 5, 17.

[751]) cf. titulum cohortium urbanarum a. 197/8 C. I. L. VI 3884.

[752]) cf. Mommseni *Analecta* in *Berichte der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften* 1850 p. 215 sqq.

Addenda vel corrigenda.

ad p. 5, not. 23, lin. 1: pro *meu* legas *eum*.
ad p. 6, lin. 26: *igitur* deleas.
ad p. 8, not. 41: hunc librum recensui *österr. Gymnasial-Zeitschrift* 1881 (XXXII) p. 747—765.
ad p. 10, not. 56*: altera pars huius adnotationis quae post lineolam (—) posita est transferenda est ad p. 21, lin. 34 post *nomen fuit.*
ad p. 12. lin. 20 post verba *mihi videtur* inseras notam 64*: cf. Madvig *Verfassung und Verwaltung* I p. 78, not. 2.
ad p. 12, not. 66 addas: cf. Marquardt *Staatsverw.* III p. 459, not. 4.
ad p. 14, lin. 21 legas: *Clustumina* (*Crustumina*).
ad p. 14, not. 72 legas: *Trachalum cos. 821/68;* cf. Klein *fast. consul.* p. 41.
ad p. 17, lin. 28: *Bolam* legas.
ad p. 21, lin. 34: inseras notam 105*, quam male in alteram partem adnotationis 56* transposui; cf. quae supra dixi.
ad p. 22, lin. 33 legas: *Circeienses.*
ad p. 24, ad vocabulum KYPEINA addas: C. I. A. III 479.
ad p. 28, not. 138 lin. 3 inseras: sc. Narthaciense *Bull. de corresp. hellén.* 1882 p. 356 sqq. inter a. 598/156 et 614/140 factum.
ad p. 30: in calce notae 142 addas: C. I. A. III 595 Οὐλτινίας.
ad p. 35, lin. 3: ad nomen AIMIAIA addas: *museum et bibl. schol. evang. Smyrn.* (Graece) 1878, p. 27 Latine *Aem.* in eodem titulo.
ad p. 35, not. 151*): in ultima linea legendum est: *Rutilius.*
ad p. 36, lin. 9 addas ad compendium AIM: *museum et bibl. schol. evang. Smyrn.* (Graece) 1878 p. 96.
ad p. 37 Arniensis vel Aniensis nomen mutilatum nuper repertum in senatus consulto Narthaciensi, ...cη *Bulletin. hellén.* 1881 p. 356 sqq.
ad p. 39, n. 7, lin. 3 addas: C. I. A. III 479.
ad p. 39, n. 8, lin. 3 addas: *Bulletin. hellén.* 1882 p. 356 sqq. (...νηλία). *museum et bibl. schol. evang. Smyrn.* (Graece) 1875 p. 96.
ad p. 39, lin. 42: adde ad *Bull. de corresp. hell.* 1881, p. 100, n. 4 haec: p. 472. p. 473.
ad p. 40, n. 10 vel 11. in s. c. Narthacii reperto *Bull. hell.* 1882 p. 356 sqq. ΦΑ.... tribus vocabuli initium exstat; Laticheff Φα[λέρνα] coniecit.
ad p. 40, n. 10 ad vocabulum ΦABIA addas: *museum et bibl. schol. bibl. evang. Smyrn.* (Graece) 1875 p. 91.
ad p. 44, n° 21, lin. 2: deleas Br. 1170 et transferas in lin. 4 ita ut sit: POLIA VIII 3101 (bis). 3247. Br. 1170. 1201. MIH. 269.
ad p. 45, post l. 25: ΠΟΥΠΕΙΝΙΑ *Bull. de corresp. hellén.* V (1881) p. 335, 11.
ad p. 46, lin. 35 ad KYP C. I. G. 5754. 5804. adde: *Bull. de corresp. hell.* V (1881) p. 469.
ad p. 48: in calce notae 164 addas: certe id grammatica aliqua ratione effectum est, postquam litterae consonantes geminari coeptae sunt.
ad p. 50, n. 34 post lineam 7 inseras: OYΛTINIAΣ C. I. A. III 595 (= C. I. L. III 561).
ad p. 50, n. 34: ad compendium VOLT addas: C. I. L. III 561 (= C. I. A. III 595).

ad p. 53 post tabulam urbis regionatim discriptae haec inseras: eodem quoque modo Augustus undecim illas regiones digessit; ita enim Italiam regionatim discripsit, ut principem locum obtineret Latium [170a]), totius orbis terrarum caput, reliquae inciperent ab oriente, finirentur in occidente:

A. I (Latium).

B:

series	ab oriente	ab occidente
I	II	III
II	IV [170b])	.
III	V / VI	VII
IV	VIII	VIIII
V	X	XI

ad p. 57, lin. 6: legas *Valentinum* pro *Valentium.*

ad p. 57, lin. 13: legas *Fanum Fortunae,* non *forum Fortunae.*

ad p. 60 in altera tabula post *Oufentinam,* lineolas duas, quae in proxima linea insequuntur, deleas.

ad p. 64, not. 231: pro '228' scribas '229'.

ad p. 67, lin. 23: *Aecae* legas.

ad p. 68, lin. 36 sqq.: ita legendum est:

Lucaniae [Eburum]
Apuliae [Anxa]
[Callipolis]
[Leuca]
[Rudiae]
[Valentia [243a])]

ad p. 69, lin. 31: legas *Herculaneum.*

ad p. 69, not. 244: pro '237' scribas '236'.

ad p. 71 in hostium tribuum tabula tertiam lineam ita scribas:

Fabia | Albensens, Lucenses [252]) | —

ultimam deleas.

ad p. 72, lin. 20: pro *num* scribas *cum.*

ad p. 74, lin. 13: pro *Ruricade* nescio qua amentia *Sars* scripsi.

ad p. 78, lin. 28: *civium R.* pro *civium R* scribas.

ad p. 87, lin. 24: post *Segusienses* notam 343* inseras: Augusti aetate nondum Segusienses ad Italiam adscitos inde conicio, quod inter Augustam Taurinorum et Segusionem itinerario provinciarum, quod dicunt Antonini Augusti (p. 341 *Taurinis mpm. XXIII, fines mpm. XVIII, Segusione mpm. XXIII,* cf. p. 356 *Taurinis mpm. XXI, ad fines mpm. XVI, Segusione mp. XXIIII*) et itinerario Hierosolymitano p. 556 testibus locus *ad fines* dictus interpositus erat. igitur p. 88 et 114 Segusionem omittere debui.

[170a]) quare Romam tanquam primam regionem fuisse, aliasque undecim eam subsecutas esse vv. dd. (cf. Marquardt *Staatsverw.* I² p. 223) male coniecisse mihi videntur. cui coniecturae id quoque obstat, quod Plinius de undecim, non de duodecim Italiae regionibus dicit.

[170b]) opposita est quartae princeps regio.

[243a]) cf. de ea Valentia p. 181.

ad p. 88, lin. 22. 23: *Segusionem* deleas.
ad p. 93, lin. 34 hunc Polliae tribus testem insero: β *Mittheil. der Centralcomm.* 1880 p. 85 „.....[362a]) *IIIIv(iro) i. dic. Aquileiae, M. Tossio T. f. Pol. fratri, IIIIvir. iur. dic., Q. Tossio T. f. Pol. fratri*".
ad p. 97, lin. 32: pro *teste praetura* scribas *teste, praetura.*
ad p. 98, lin. 38: post *Laibach* punctum ponendum est.
ad p. 102, not. 382: scribas *Arnensis enim est una ex iis tribubus....*
ad p. 104, not. 384: scribendum: C. I. L. II p. 753.
ad p. 104: post lineam 13 inseras haec:

TARSATICA SERGia

C. I. L. III p. 388. — Tersatto prope Fiume.

δ III 3027 (inter Fiume et Tersatto) „*C. Livio C. f. Serg. Clementi, mil. coh. VIII pr.* γ *C. Marci Gemellini* — —".

ad p. 114: de Segusione cf. quae not. 343[a] dixi.
ad p. 121 post n. 50 adde haec:

50[a]. Τιβέριον Κλαύδιον Ἡρακλείτου υἱὸν Κυρ(εῖνα) Κλεώνυμον, τὸν ἀδελφὸν Γαίου Στερτινίου Ξενοφῶντος, χειλιαρχήσαντα ἐν Γερμανίαι λεγεῶνος κβ πριμιγενίας, δὶς μοναρχήσαντα καὶ πρεσβεύσαντα πολλάκις ὑπὲρ τῆς πατρίδος πρὸς τοὺς Σεβαστούς — —". *Bull de corrésp. hellén.* V (1881) p. 469 in insula Co rep. de Stertinio illo, cui Claudius princeps favit, cf. Tacitum *annal.* XII 61.

ad p. 122, lin. 13 ad „n. 2. 29. 45. 47 (?)" hunc numerum: 50[a] (?).
ad p. 122: notae 413 et 424 locum mutent.
ad p. 126, not. 424: cf. quae ad p. 122 dixi.
ad p. 128, lin. 28: ἐτίμησε scribas.
ad p. 139. not. 504: scribas *Muratorius fortasse.*
ad p. 141, lin. 7: scribas *Caro; ante a. 134.*
ad p. 142, lin. 13: scribas *inter.*
ad p. 143: Iluronem in Quirina fuisse male dixi, quoniam Plinius oppidum c. R. dixit.
ad p. 150 lin. 24: deleas asteriscum.
ad p. 150, lin. 26: post *leg. XI* addas *C. p. f.* — —".
ad p. 150, not. 555: pro *ante* scribe *post;* correxi p. 179, not. 661.
ad p. 153, lin. 2: post lineolam (—) inseras: *Osuna.*
ad p. 153: in stipendiariorum oppidum post Mellariam reponas:

Naeva . Quirina

ad p. 154: in oppidorum Latio vel civitate *antiquitus* donatorum inseras post Carteiam: Curiga .
ad p. 155, lin. 18: scribas *Fortunales.*
ad p. 155, lin. 20: sic scribas:

Ugultuniacum Galeria

ad p. 159, lin. 11: scribas *Augustum.*
ad p. 166, lin. 31: scribas *extraneo.*
ad p. 167, lin. 20: scribas *cives.*
ad p. 172, lin. 24: inter Otobesam (?) et Damaniam comma interponas.
ad p. 172, lin. 27: scribas: errorem, fortasse Segobrigam; cf. p. 179.

[362a]) lacunam ipse indicavi.

Indices.

1. Index oppidorum et locorum potiorum*).

Abella Ital. reg. I 59. 69.
Abellinum Ital. reg. I 69.
Abobriga Hisp. Tarrac. 162. — 185.
Acci Hisp. Tarac. in Pupinia (?) 162. — 127. 186.
Acelum Ital. reg. X in Claudia 91. —
Acerrae Ital. reg. I 23. 59.
Acinipo Hisp. Baet. in Quirina 134. — 153.
Acruvium Dalmat. in Sergia 191. — 197.
Aecae Ital. reg. II 67.
Aeclanum Ital. reg. II 65. 67.
Aeminium Hisp. Lusitan. in Quirina 158. — 161.
Aequiculi Ital. reg. IV 23. 58.
Aequum Dalmat. in Tromentina 191. — 198.
Aeria Narbonens. 190.
Aesernia Ital. reg. IV 64. 66.
Aesium Ital. reg. VI 27. 56.
Aeso Hisp. Tarrac. in Quirina 162. — 185.
Agida Ital. reg. X 91. —
Alba Fucens Ital. reg. IV 64. 66. 69. 72.
Alba Helviorum Narbon. 190.
Alba Longa Ital. reg. I 5.
Alba Pompeia Ital. reg. VIIII 75. 130.
Albium Ingaunum Ital. reg. VIIII 75.
Albona Ital. reg. X in Claudia 92. —
Alebece Narbon. 190.
Aletrium Ital. reg. II 23. 58.
Alexandria Troas Asiae 130.
Al....ii Hisp. Baet. in Quirina 134. —
Allia fluvius 6.
Allifae Ital. reg. I 23. 59.
Alpes maritimae in Quirina 126 not. 424; quae in locum notae 413 referenda est.
Alsium Ital. reg. VII 27. 56.
Altinum Ital. reg. X in Scaptia 92. —
Alutra Ital. reg. X 92. —
Ameria Ital. reg. VI 69. 72.
Ammaia Hisp. Lusit. 156. —
Anagnia Ital. reg. I 23. 58.
Anatilia Narbon. 190.
Anauni Ital. reg. X in Papiria 105. —
Ancona Ital. reg. V 67.
Anio fluvius 3.
Anticaria Hisp. Baet. in Quirina 134. — 153.
Antinum Ital. reg. IV 69.
Antiochia Syriae 130.
Antipolis Narbon. 190.
Antium Ital. reg. I 27. 56.
Anxa Ital. reg. II 68.
Anxanum Ital. reg. IV 68.
Anxur vide Tarracinam.
Apsoros Ital. reg. X in Claudia 92. —
Apta Julia Narbon. 190.
Apuli 65.
Aquae Flaviae Hisp. Tarr. in Quirina 163. — 185.
Aquae Sextiae Narbon. 130. 190.
Aquae Statiellae Ital. reg. VIIII 75.
Aquileia Ital. reg. X in Velina 92. — 66. 76.
Aquinum Ital. reg. I 24.
Arausio Narbon. 189.
Arba Dalmat. in Sergia 191.
Arelate Narbon. 128. 189.
Aricia Ital. reg. I 13. 20. 58.

*) numeri, quos lineola directa sequitur, ad quaestiones de tribubus oppidorum, de quibus agitur, pertinent.

Arilica Ital. reg. X in Poblilia 107. —
Ariminum Ital. reg. VIII 65. 76.
Arpinum Ital. reg. I 24. 55. 57.
Arretium Ital. reg. VII 69. 72.
Arsia, regio inter — am et sinum Jadestinum 87.
Artigi Baeticae vide Sartigi.
Arunda Baet. in Quirina 135. — 153.
Arusnates Ital. reg. X in Poblilia 107. —
Arva Baet. in Quirina 134. — 153.
Asculum Ital. reg. V 65. 68.
Asido Caesarina Baeticae in Galeria 135. — 154.
Asseria Ital. reg. X 94. — 87.
Assuras Africae 131.
Asta vide Hastam.
Astigi Baet. in Papiria 135. — 156.
Astigi vetus Baet. 154.
Asturica Tarracon in Quirina. 163 sqq. — 185.
Atella Ital. reg. I 23.
Ateste Ital. reg. X in Romulia 94. —
Atina Ital. reg. I 23. 55. 57.
Atina Ital. reg. III 69.
Atria vide Hatriam.
Attacum Tarracon. 165. —
Aufidena Ital. reg. IV 69.
Augusta Bagiennorum Ital. reg. VIIII 75. 130.
Augusta Emerita Hisp. Lusit. in Papiria 158. — 130. 162.
Augusta Praetoria Ital. reg. XI in Sergia 107. — 87. 130.
Augusta Taurinorum Ital. reg. XI in Stellatina 108. —
Augusta Tricastinorum Narbon. 190.
Aurgi Hisp. Tarrac. in Quirina 165. — 185.
Ausa Hisp. Tarrac. in Galeria 165. — 185.
Ausculum Ital. reg. II 67.
Auximum Ital. reg. V 56.
Aveia Ital. reg. IV 67.
Avenio Narbon. 190.
Axati Baeticae in Quirina 136. — 153.
Baesippo Baeticae 136. —
Baeterrae Narbon. 127. 189.
Baetica provincia tributim discripta depingitur 134 sqq.; cf. p. 153 sqq.
Baetulo Tarrac. 166. — 185.
Baleares 182.
Balsa Lusitaniae in Quirina 157. — 161.
Barbesula Baeticae in Quirina 136. — 153. 185.
Barcino Tarrac. in Galeria 166. — 186.
Barium Ital. reg. II 67.
Batora Baeticae (?) 136. —
Bellunum Ital. reg. X in Papiria 95. —
Beneventum Ital. reg. II 64. 66.
Bergomum Ital. reg. XI in Voturia 109. —
Berua Ital. reg. X in Claudia 95. —
Berytus Syriae 130.
Betriacum Ital. reg. X 98. —
Bilbilis Tarrac. in Galeria 167. — 186.
Bisgargitani Tarrac. 185.
Blandae Tarrac. 185.
Blera Ital. reg. VII 68.
Bocchorus Tarrac. 182. —
Bola Ital. reg. I 17.
Bononia Ital. reg. VIII 66. 76.
Bormanni Narbon. 190.
Bovianum vetus Ital. reg. IV 65. 69.
Bovianum Undecimanorum Ital. reg. IV 69.
Bovillae Ital. reg. I 5. 27. 66.
Bracaraugusta Tarrac. in Quirina 167. — 185.
Brigaecum Tarrac. 167. —
Brigantium Tarrac. 168. —
Brixia Ital. reg. X in Fabia 95. — 88.
Brixillum Ital. reg. VIII 68. 72. 75.
Brundisium Ital. reg. II 66. 73.
Bujalance, oppidum apud — in Baet. 153. —
Bundalica gens Tarrac. 168. —
Burnum Dalmatiae in Sergia 191. —
Butuanum Dalmatiae 197.
Buxentum Ital. reg. III 56.
Cabellio Narbon. 190.
Caelia Ital. reg. II 67.
Caelius mons 4. 5.
Caere Ital. reg. VII 58.
Caesaraugusta Tarrac. in Aniensi 168. — 130. 186.
Caesarobriga Lusitan. in Quirina 157. — 161.
Caiatia Ital. reg. I 23. 68.
Calagurris Nassica Tarrac. in Galeria 168. — 185.
Calatia Ital. reg. I 59.
Cales Ital. reg. I 66.
Callet Aeneanicorum Baeticae 154.
Callipolis Ital. reg. II 68.
Calubriga Tarrac. 164. — 185.
Cambolectri Atlantici Narbon. 190.
Camerinum Ital. reg. VI 64. 67.

Campani 65.
Canama Baeticae in Quirina 136. — 153.
Cannae Ital. reg. II 65.
Canusium Ital. reg. II 65. 68.
Capena Ital. reg. VII 18. 66.
Capitulum Ital. reg. I 23. 58.
Capua Ital. reg. I 59.
Carcaso Narb. 130. 189.
Carissa Baeticae in Galeria 136. — 154.
Carmo Baeticae in Galeria 136. —
Carpentorate Narbon. 190.
Carseoli Ital. reg. IV 23. 65.
Carsulae Ital. reg. VI 68.
Carteia Baeticae in Galeria 137. — 154.
Carthago Africae 56. 128. 129.
Carthago Nova Tarrac. in Sergia 169. — 186. 187.
Cartima Baeticae in Quirina 137. — 154.
Cascantenses Tarrac. 185.
Casilinum Ital. reg. I 59.
Casinum Ital. reg. I 23. 60.
Castrum Novum Ital. reg. V 27. 56.
Castulo Tarrac. in Galeria 170. — 185.
Caudium Ital. reg. II 23. 68.
Caurium Lusit. in Quirina 157. — 161.
Celsa Tarrac. 186.
Cenicenses Narbon. 190.
Cereatae Ital. reg. I 57. 79.
Ceret Baeticae 138. —
Cerret August. Tarrac. 185.
Cerret Julium Tarrac. 185.
Cessero Narbon. 190.
Chretina Lusitan. 157. —
Cingulum Ital. reg. V 58.
Circei Ital. reg. I 22. 23. 66.
Cirta Africae 128. Cirta, Chullu, Mileu, Rusicade 74.
Cisimbrium Baeticae in Quirina 138. — 153. 154.
Cliternia Ital. reg. IV 23. 58.
Clunia Tarrac. in Galeria 170. — 185.
Clupea Africae 129.
Clusium Ital. reg. VII 68. 72.
Collipo Lusit. 157. — 161.
Comacina Narbon. 190.
Complutum Tarrac. in Quirina 171. — 185.
Compsa Ital. reg. II 65. 69.
Comum Ital. reg. XI in Oufentina 109. — 80. 129.
Concordia Ital. reg. X in Claudia 97. —
Conimbriga Lusit. in Quirina 158. — 161.
Conoba Baeticae 138. —
Consabura Tarrac. 171. — 185. 187.
Copia Ital. reg. III 65.
Cora Ital. reg. I 66.
Corduba Baeticae in Galeria 138. — 156.
Corfinium Ital. reg. IV 65. 69.
Corinium Dalmatiae in Sergia 191. —
Cortona Ital. reg. VII 67.
Cremera fluvius 6.
Cremona Ital. reg. X in Aniensi 97. — 65. 76.
Croto Ital. reg. III 56.
Cumae Ital. reg. I 59.
Cupra Ital. reg. V 58.
Curiga Baet. 139. — 204.
Curubis Africae 128. 129 sq.
Dalmatia tributim discripta 190. 197. depingitur 191 sqq.; — iae fines 83 sq.
Damania Tarrac. in Galeria 172. — 186.
Dea Augusta Narb. 190.
Deae Diae lucus 6. 10.
Delminium Dalmatiae in Sergia 192. —
Denda Dalmatiae 197.
Dertona Ital. reg. IX 56.
Dertosa Tarrac. in Galeria 171. — 186.
Dianium Tarrac. in Galeria 172. — 185.
Dyrrhachium Macedoniae 130.
Ebora Lusitan. in Galeria 158. — 161.
Ebura Cerialis Baet. 154.
Eburum Ital. reg. III 68.
Ebusus Tarrac. in Quirina 182. —
Edeta seu Liria Tarrac. in Galeria 172. — 186.
Edetani Tarrac. in Galeria 172 sq. — 186.
Egara Tarrac. in Galeria 173. — 186.
Emerita vide Augustam Emeritam.
Emona Ital. reg. X in Claudia 98. — 87.
Emporiae Tarrac. in Galeria 173. — 186.
Epidaurum vetus Dalmatiae (hodie Ragusa) in Tromentina 192 sq. — 198.
Epidaurum novum Dalmatia (hodie Prevlaka) in Sergia 192 sq. —
Epora Baeticae in Galeria 111. — 56. 76.
Ergaviscenses Tarracon. 186.
Esquilinus collis 5.
Etrusci 65.
Fabrateria nova Ital. reg. I 56. 66.
Fabrateria vetus Ital. reg. I 24. 57.
Faesulae Ital. reg. VIII 64. 67.
Fagifuli Ital. reg. IV 69.

Falerii Ital. reg. VII 60.
Falerio Ital. reg. V 58.
Falisci Ital. reg. VII, (Falerio) 18.
Fanum Fortunae Ital. reg. VI 57. 76.
Faventia Ital. reg. VIII 57. 76.
Feltria Ital. reg. X in Menenia 99. —
Ferentinum Ital. reg. I 23.
Ficulnea Ital. reg. I 3.
Fidenae Ital. reg. IV 3. 6.
Firmum Ital. reg. V 64. 66.
Flanona Ital. reg. X 99. —
Flaviaugusta Tarrac. in Quirina 173. — 185.
Flaviobriga Tarrac. 186.
Flavi(o)tolosa vide Labitolosam.
Florentia Ital. reg. VII 67.
Foretum Ital. reg. X 99. —
Formiae Ital. reg. I 24. 55. 57.
Forum Brentanorum Ital. reg. VIII 57.
Forum Corneli Fulvi Ital. reg. VIII 57.
Forum Fulvi Valentinum Ital. reg. IX 57.
Forum Germanorum Ital. reg. VIII 57.
Forum Juli Ital. reg. X in Scaptia 99. —
Forum Juli Narbon. in Aniensi 189, not. 686. — 127.
Forum Semproni Ital. reg. VI 57. 76.
Forum Truentinorum vide F. Brentanorum.
Forum Vibi Caburrum Ital. reg. XI 111.
Forum Voconi Narbon. 190.
Fregellae Ital. reg. I 66.
Fregenae Ital. reg. VII 27. 56.
Frentani Ital. reg. IV 65.
Fundi Ital. reg. I 24. 55. 57.
Gabii Ital. reg. I 5 27. 66.
Gades Baeticae in Galeria 140. — 128. 129. 154.
Gallia cisalpina 65.
Gallia cispadana 64. 75 sq.
Gallia Narbon. tributim discripta 188 sqq.
Gallicus ager inter Aesim et Utentem 59.
Genua Ital. reg. IX 69. 72. 75.
Gerunda Tarrac. in Galeria 173. — 186.
Glanum Livii Narbon. 190.
Glemona Ital. reg. X in Claudia 100. —
Graccuritani Tarrac. 186.
Grallia Tarrac. in Quirina 174. — 185.
Graviscae Ital. reg. VII 56.
Grumentum Ital. reg. III 65.
Guiuntum Tarrac. in Quirina 183. —
Hasta Baeticae in Sergia 140. — 156. 187.
Hasta Ital. reg. IX 57. 76.
Hatria Ital. reg. V 64. 66. 73.
Hatria Ital. reg. X in Camilia 95. — 73.
Helvia Ricina Ital. reg. V 58.
Herculaneum Ital. reg. I 65. 69. 74.
Herdoniae Ital. reg. II 66.
Hirpini 64. 65.
Hispalis Baeticae in Sergia 140. — 156. 187.
Hispaniae tributim discriptae 131 sqq., 187 sq.; — depinguntur 131 sqq.
Histonium Ital. reg. IV 68.
Hortanum Ital. reg. VII 67.
Jader Dalmatiae in Sergia 193. — 130. 197.
Jadestinus sinus, ager inter Jadestinum sinum et Arsiam 87.
Jamo Tarrac. in Quirina (?) 183. —
Japyges 65.
Jesso Tarrac. in Galeria 174. — 186.
Igaeditani Lusitan. in Quirina 159. —
Iguvium Ital. reg. VI 64.
Ilerda Tarrac. in Galeria 174. — 186.
Ilici Tarrac. 174. — 186.
Ilipa Baeticae in Galeria 142. — 154.
Ilipula (Illipula) Baeticae 143.
Ilipula Laus Baeticae 142. — 154.
Ilipula minor Baeticae in Quirina 142. — 153. 185.
Iliturgi Baeticae 154.
Iliturgicola Baeticae 143. —
Illiberi Baeticae in Galeria 141. — 154.
Illipula vide Ilipulam.
Ilugo Tarrac. 174. —
Ilurco Baeticae in Quirina 143. — 153.
Iluro Baeticae 143, adde auctarium 204. —
Iluro Tarrac. in Galeria 174. — 186.
Industria Ital. reg. IX 57. 76.
Interamna Lirinas Ital. reg. I 23. 66.
Interamna Nahartium Ital. reg. VI 68.
Interamna Praetuttianorum Ital. reg. IV 58.
Interamna Tarrac. 174. —
Interpromium Ital. reg. IV 69.
Ipolcobulcola Baeticae 143. —
Iponuba (?) Baeticae 143. —
Iporca Baeticae in Quirina 143. —
Ipsca Baeticae 143. — 155.
Iptuci Baeticae in Galeria 145. —
Ischia 59.
Issa Dalmatiae in Sergia 194. — 197.
Isturgi Baeticae in Galeria 144. — 155.

Italiae regionis X fines 81 sqq. XI fines 87. regio X Italiae tributim discripta 91 sqq. regio XI Italiae tributim discripta 107 sqq.
Italica Baeticae in Sergia 144. — 154. 155. 187.
Juliobriga Tarrac. in Quirina 163. — 185.
Julipa Baeticae 145. —
Julium Carnicum Ital. reg. X in Claudia 99. —
Juvanum Ital. reg. IV 68.
Labici Ital. reg. I 5. 17 sq.
Labitolosa Tarrac. in Galeria 175 — 186.
Lacilbula Baeticae in Quirina 145. —
Lacimurgae Baeticae 155.
Laconimurgis Baeticae 145. —
Laebactium pagus Ital. reg. X in Claudia 100. —
Laepia Baeticae 155.
Laminium Tarrac. 175. —
Lancia Tarrac. (?) in Quirina 175. — 185.
Lanuvium Ital. reg. I 20. 23. 27. 58. 66.
Larinum Ital. reg. II 65. 68.
Lauro Tarrac. 175. —
Laus Pompeia Ital. reg. XI in Pupinia 112. —
Lavinium Ital. reg. I 5. 27.
Legio VII gemina in Tarrac. 165.
Leonicenses Tarrac. 186.
Leuca Ital. reg. II 68.
Libarna Ital. reg. IX 75.
Libisosa Tarrac. in Galeria 175. — 186.
Ligures Baebiani Ital. reg. II 59.
Limici Tarrac. in Quirina 176. — 185.
Liria vide Edetam.
Lissus Dalmatiae 194. — 197.
Liternum Ital. reg. I 56. 64.
Lopsica Ital. reg. X 100. —
Loteva Narbon. 190.
Luca Ital. reg. VII 65, not. 236. 69.
Lucentum Tarrac. 186.
Luceres 4.
Luceria Ital. reg. II 64. 65.
Lucurgentum Baeticae 155.
Lucus Ital. reg. IV 69.
Lucus Augusti Narbon. 190.
Lucus Augusti Tarrac. in Galeria 176. — 186.
Luna Ital. reg. VII 56.
Lusitania tributim discripta 161 sq., depingitur 156 sqq.
Mago Tarrac. in Quirina 183. — 185.
Malaca Baeticae in Quirina 145. — 154.
Mantua Ital. reg. X in Claudia 100. —
Marianorum colonia Corsicae 79.
Marruvium Ital. reg. IV 65. 69.
Massilia Narbon. 188 sq. 190.
Matelica Ital. reg. VI 66.
Mediolanium Ital. reg. X in Oufentina. 112. —
Mellaria Baeticae in Quirina 145. — 153.
Mentesa Bastitanorum Tarrac. in Galeria (?) 176. — 185.
Merobriga Lusitan. in Quirina 159. — 161.
Metellinum Lusitan. 159. — 130. 162.
Mevania Ital. reg. VI 67.
Minervia Ital. reg. II 56.
Minturnae Ital. reg. I 23. 27. 56. 64.
Mirobriga Lusitan. in Galeria (?) 159. —
Misenum Ital. reg. I 59, not. 195.
Munda Baeticae 156.
Munigua Baeticae in Quirina 146.
Mutina Ital. reg. VIII 56. 76.
Myrtilis Lusitaniae 161.
Nabrissa Veneria Baeticae 146. — 155.
Naeva Baeticae in Quirina 146. —
Narbo Narbon. 56. 188.
Narnia Ital. reg. VI 66.
Narona Dalmatiae in Tromentina 194. — 198.
Nauportus Ital. reg. X 101. — 87.
Neapolis Africae 128.
Neapolis Ital. reg. I 67. 73.
Neapolis Ital. reg. X in Pupinia 105. —
Nedinum Ital. reg. X in Claudia 101. — 87.
Nemausus Narbon. 130. 190.
Nepete Ital. reg. VII 66.
Neptunia Ital. reg. II 56.
Nertobriga Baeticae in Galeria 146. —
Nesactium Ital. reg. X 102. —
Nescania Baeticae in Quirina 146. —
Nicopolis Moesiae (?) 125.
Nola Ital. reg. I 23. 64. 65. 68.
Nomentum Ital. reg. I 5. 20. 58.
Norba Ital. reg. I 66.
Norba Caesarina Lusitan. in Sergia 159. — 162. 187.
Novae Dalmat. 195. —
Novaria Ital. reg. XI in Claudia 113. —
Noviodunum Galliae Belgicae 131.
Nuceria Alfaterna Ital. reg. I 64. 67. 74.
Numantia Tarrac. 185.

Obulco Baeticae in Galeria 147. — 155.
Ocellodurum Tarrac. 176. —
Oducia Baeticae 147. —
Olaura Baetica 147. —
Olcinium Dalmatiae 197.
Olisipo Lusitan. in Galeria 159. — 161.
Oningis Baeticae 147. —
Onoba Baeticae in Galeria (?) 147. —
Opitergium Ital. reg. X in Papiria 102. —
Osca Baeticae in Quirina 148. — 153.
Osca Tarrac. 177. — 186.
Oscua Baeticae 153.
Osicerda Tarrac. in Galeria 177. — 186.
Osqua Baeticae in Quirina 148. —
Osset Baeticae 148. — 155.
Ossigi Baeticae in Galeria 148. — 155.
Ossonoba Baeticae 155.
Ostia Ital. reg. I 8. 27. 56.
Ostippo Baeticae in Quirina 148. — 154.
Otobesa Tarrac. in Galeria 173. — 186.
Paestum Ital. reg. III 64. 66. 73.
Palantia Tarrac. 163, not. 599. —
Palatinus mons 4. 5.
Palma Tarrac. in Velina 183. — 186.
Parentium Ital. reg. X in Lemonia 102. —
Parma Ital. reg. VIII 56. 76.
Patavium Ital. reg. X in Fabia 103. — 88.
Pausulae Ital. reg. V 58.
Pax Julia Lusitan. in Galeria 160. — 162.
Pedum Ital. reg. I 20. 58.
Peltuinum Ital. reg. IV 67.
Perusia Ital. reg. VII 67.
Petelia Ital. reg. III 67.
Philippi Macedoniae 130.
Picenum 23.
Pinna Ital. reg. IV 64. 67.
Pisae Ital. reg. VII 69. 72.
Pisaurum Ital. reg. VI 56. 73.
Piscenae Narbon. 190.
Pistoria Ital. reg. VII 67.
Pithyusae 182.
Placentia Ital. reg. VIII 66. 76.
Pola Ital. reg. X in Camilia 103. —
Pollentia Ital. reg. IX 57. 76.
Pollentia Tarrac. in Velina 184. — 186.
Pometia (Pomptia) Ital. reg. I 19.
Pompaelo Tarrac. 177. — 185.
Pompei Ital. reg. I 65. 69. 74.
Pontiae Ital. reg. I 66.
Portus Liquentiae Ital. reg. X 107.
Potentia Ital. reg. III 69.
Potentia Ital. reg. V 56.
Praeneste Ital. reg. I 24. 66.
Praetuttiani 23.
Privernum Ital. reg. I 23. 57.
Puteoli Ital. reg. I 9. 56.
Pyrgi Ital. reg. VII 56.
Quirinalis collis 4. 5.
Ramnes 4.
Ravenna Ital. reg. VIII 73. 75.
Regina Baeticae 155.
Regium Lepidi Ital. reg. VIII 57. 76.
Ricina vide Helviam Ricinam.
Rider Dalmatiae 197.
Ripa Baeticae 154.
Risinium Dalmatiae in Sergia 195. — 197.
Roma in Fabia 5. 125 sq. et Quirina 5; 203, not. 170*.
Rudiae Ital. reg. II 68.
Rufra Ital. reg. I 23.
Ruscino Narbon. 130. 189. 190.
Ruteni Narbon. 190.
Sabate Ital. reg. I 59.
Sabini 22. 23. 27. 58.
Sabora Baeticae in Quirina 149. — 153.
Sacili Baeticae in Galeria 149. — 155.
Saepinum Ital. reg. IV 69.
Saetabis Tarrac. in Galeria 177. — 186.
Saguntum Tarrac. in Galeria 178. — 186.
Salacia Lusitan. in Galeria 160. — 161.
Salapia Ital. reg. II 65.
Salaria Tarrac. 178. — 186.
Saldae Mauretaniae 130.
Salduba vide Caesaraugustam.
Salernum Ital. reg. I 56. 64.
Salinae 6.
Salmantica Lusitan. 160. —
Salonae Dalmatiae in Tromentina 196. — 198.
Salpensa Baeticae in Quirina 149. — 153.
Samnagenses Narbon. 190.
Sartigi (Artigi) Baeticae 155.
Sassina Ital. reg. VI 67.
Saticula Ital. reg. II 66.
Satricum Ital. reg. I 58.
Saturnia Ital. reg. VII 56.
Scallabis Lusitan. in Sergia 161. — 162.
Scardona Dalmatiae in Sergia 197. — 197.
Scodra Dalmatiae 197.
Scylacium vide Minerviam.
Segida Baeticae in Galeria 150. — 155.
Segobriga Tarrac. in Galeria 179. — 186.
Segontia Tarrac. in Quirina 179. — 185.
Segovia Baeticae in Quirina 150. —

Segovia Tarrac. 179. — 185.
Segusio Ital. reg, XI 114. —
Sena Gallica Ital. reg. VI 27. 56.
Sentinum Ital. reg. VI 68.
Seria Baeticae 155.
Sestinum Ital. reg. VI 68.
Setia Ital. reg. I 23. 66.
Sexi Baeticae 155.
Siccaena (incerto loco) 150. —
Siculi Dalmatiae 198.
Sigarra Tarrac. in Galeria 179. — 186.
Signia Ital. reg. I 23. 66.
Sila Silva 60.
Singilia Barba Baeticae in Quirina 151. — 154.
Sinope Bithyniae 127.
Sinuessa Ital. reg. I 23. 27. 56.
Sipontum Ital. reg. II 56.
Sora Ital. reg. I 24. 66.
Stabiae Ital. reg. I 65. 69. 74.
Suasa Senonum Ital. reg. VI 57. 73.
Succusa, Succusanus pagus 5.
Suessa Aurunca Ital. reg. I 65.
Suessula Ital. reg. I 59.
Sulmo Ital. reg. IV 65. 69.
Superaequum Ital. reg. IV 69.
Surrentum reg. I 67.
Sutrium Ital. reg. VII 66.
Tapori Lusitan. in Quirina 161. —
Tarentum vide Neptuniam.
Tarracina Ital. reg. I 21. 23. 27. 56.
Tarraco Tarracon. in Galeria 180. — 186.
Tarraconensis tributim discripta 185 sq., depingitur 162 sqq.
Tarragenses Tarracon. 185.
Tarsatica Dalmatiae 204. —
Tarusconienses Narbonensis 190.
Tarvisium Ital. reg. X in Claudia 104. —
Tasconi Narbon. 190.
Taurasia Ital. reg. II 59.
Teanum Apulum Ital. reg. II 67.
Teanum Sidicinum Ital. reg. I 64.
Teari Julienses Tarrac. 186.
Teate Ital. reg. IV 65. 68.
Tegianum Ital. reg. III 69.
Telesia Ital. reg. I 23. 64.
Tempsa Ital. reg. III 56.
Tereses Fortunales Baeticae 155.
Tereventum Ital. reg. IV 69.
Tergeste Ital. reg. X in Pupinia 104. —
Thysdrus Africae 131.
Tibur Ital. reg. IV 5. 24. 65.
Ticinium Ital. reg. XI in Papiria 114. —
Tifernum Metaurense Ital. reg. VI 68.
Tifernum Tiberinum Ital. reg. VI 68.
Tities 4.
Togium Ital. reg. X 105. —
*Toletum Tarrac. 181. —
Tolosa Narbon. 190.
Tragurium Dalmatiae 197. — 197.
Trebula Mutuesca Ital. reg. IV 59.
ad Tricesimum Ital. reg. X in Claudia 100. —
Tridentum Ital. reg. X in Papiria 105. —
Tritium Magallum Tarrac. in Quirina 181. — 185.
Tuburbum Africae 72.
Tucci Baeticae in Sergia 151. —156. 187.
Tuder Ital. reg. VI 65. 68.
Tuficum Ital. reg. VI 67.
Turiaso Tarrac. 186.
Tusculum Ital. reg. I 5. 18.
V...., municipium Julium prope Azuagam in Baetica situm 153.
Ucubi Baeticae in Sergia 151. — 156. 187.
Ugultuniacum Baeticae in Galeria 152. — 155.
Ulia Baeticae in Galeria 152. — 155.
Umbranici Narbon. 190.
Urbinum Hortense Ital. reg. VI 67.
Urbinum Metaurense Ital. reg. VI 68.
Urcalioca gens (?) quaedam 182. —
Urgao Baeticae in Galeria 152. — 155.
Urgia Baeticae 155.
Urso Baeticae in Galeria 153. — 128. 129. 156.
Utica Africae 130.
Uxama Tarrac. 182. — 185.
Valentia Ital. reg. II in Fabia 181. — 203.
Valentia Narbon. 182. — 190.
Valentia Tarrac. 181. — 186.
Valeria Tarrac. in Galeria 182. — 186.
Vama Baeticae 151. —
Varvari Ital. reg. X 105. —
Vasio Narbon. 190.
Vaticanus mons 6.
Vei Ital. reg. VII 18.
Velecha Ital. reg. I 59.
Velitrae Ital. reg. I 22. 23. 58. 66.
Velleia Ital. reg. VIII 72. 75.
Venafrum Ital. reg. I 23. 59. 64.
Ventipo, vide Ostipponem.
Venusia Ital. reg. II 64. 66. 69. 72.
Vercellae Ital. reg. XI in Aniensi 115. —

Vergilia Tarrac. in Quirina 182. — 185.
Verona Ital. reg. X in Poblilia 105. —
Verulae Ital. reg. I 24. 57.
Vesci Baeticae 155.
Vestini 23. 65.
Vetulonia Ital. reg. VII 67.
Vibinum Ital. reg. II 69.
Vibo Valentia Ital. reg. III 65.
Vicetia Ital. reg. X in Menenia 107. —
Vienna Narbon. 130. 190.
Vivatia Tarrac. 182. —
Volaterrae Ital. reg. VII 67.
Volcei Ital. reg. III 69.
Volci Ital. reg. VII 59.
Volsinii Ital. reg. VII 69. 72.
Volturnum Ital. reg. I 56. 59.

2. Index tribuum.

tribus vocabulum 1.
tribuum nomina quando civium Rom. nominibus addi coepta sint 28 (cf. notam 138, qua vetustissimi eius moris testes enumerantur) et quando desierint p. 201. ubi tribus ponatur 29, post cognomen interdum 29 n. 1, inter cognomina 29 n. 2, ante patris nomen 29 n. 3, post *qui fuit* vel simile id genus 29 n. 4; de tribuum nominum formis genuinis 28 sqq., imprimis 35 sqq.; quomodo per litteras excipiantur 30 sqq.; ponuntur ablativo casu 30, interdum genetivo ibd. not. 143 vel accusativo ibd. not. 142; Graeci dativum potissimum casum usurpant ibd. not. 142; *tribus* vocabulum ad tribus nomen additur 30; adiectiva ex tribuum nominibus derivata 30 not. 144.
tribus urbanae quomodo ortae sint 4 sqq.
tribuum ordo legitimus 51 sqq.
de tribubus imperatoriis 115 sqq. 198 sqq.
tribus oppidi cuiusvis numquam mutatur 28.
coloniae et oppida c. R. ante a. 513/241 non in tribubus erant 27.
Latinorum oppidorum incolae rei p. aetate non, si cives Rom. fiebant, in certas tribus inibant 156. 187. quod Augustus primus iis concessit 188. 189, not. 690. 691.
de civibus qui oppidum et tribum mutaverunt 144, not. 526.
reliqua, quae de tribubus dixi, facile ex argumento perspicies.
Aemilia 13. nominis forma 35. — 60. 68. 72. 74.
Aniensis 22. nominis forma 37. — 60. 68. 72. 76. 88. in Hispaniis 187.
Arnensis 4. 18. nominis forma 37. — 6. 68. 70. 71. 74. 75.
Camilia 14. nominis forma 38. — 28. 60. 61. 72. 73. 75.
Claudia 2. 3. 14. nominis forma 38. — 60. 68. 72. 88.
Clustumina 7. 15. nominis forma 38. — 60. 68. 70. 71. 72. 74.
Collina 5. nominis forma 39.
Cornelia 13. nominis forma 39. — 60. 61. 68. 72. 74. 75.
Esquilina 5. nominis forma 40.
Fabia 12. 13. nominis forma 40. — C. Julius Caesar eiusque filius in Fabia erant 118. 126. ideoque omnes Julii in F. censebantur 116 sqq. — 21. 60. 68. 70. 71. 72. 74. 88. 125 sq.
Falerna 21. nominis forma 40. — 60. 68. 70. 71. 72. 74.
Galeria 13. nominis forma 41. — 60. 69. 70. 71. 72. 74. 75. in Hispaniis 188.
Horatia 13. nominis forma 41. — 60. 72.
Lemonia 2. 10. 14. nominis forma 41. — 68. 72. 74. 76. 88.
Maecia 20. nominis forma 41. — 18. 68. 72. 73. 74. 75.
Menenia 13. nominis forma 42. — 68. 72. 74. 88.
Oufentina 21. nominis forma 42. — 60. 68. 73. 74. 88.
Palatina 5. nominis forma 43. — 60. 61. 73.

Papiria 12. 13. nominis forma 43. — 60. 68. 73. 79. 88. in Hispaniis 187. in ea censebantur Nerva (?) 124 et Traianus ibd., ideoque Ulpii ibd.
Poblilia 3. 19. nominis forma 43. — 60. 68. 73. 74. 75. 88.
Pollia 13. 14. nominis forma 44. — 60. 73. 74. 76.
Pomptina 2 sq. 19. nominis forma 44. — 60. 69. 71. 73. 74. Galbae tribus 125 et ab eo in Hispaniis viritim concessa 163 — 165. 188.
Pupinia 10 sqq. 13. nominis forma 45. — 73. 88. in Hispaniis 187.
Quirina 22. nominis forma 46. — 60. 68. 73. 74. in Hispaniis 188. Sulla Quirinam non in vetustarum tribuum loco substituit 28. in Quirina censebantur Claudius et Nero 122 ideoque Claudii 118 sqq., Vespasianus eiusque filii 124 ideoque Flavii 123 sqq.
Romulia 10. 13. nominis forma 47. — 88.
Sabatina 18. nominis forma 47. — 4. 6. 68. 73. 88.
Scaptia 20. nominis forma 47. — 18. 68. 73. 88. in ea C. Octavius erat 118.
Sergia 13. nominis forma 47. — 69. 70. 71. 74. 75. 79. in Hispaniis 187, in Dalmatia 198. in Sergia Hadrianus 125. 144 erat et Aelii 124 sq.
Stellatina 4. 18. nominis forma 48. — 6. 60. 68. 73. 88.
Succusana 2. 5. nominis forma 48.
Teretina 21. nominis forma 49. — 60. 74.
Tromentina 4. 18. nominis forma 49. — 6. 60. 68. 73. 75. 79. 198.
Velina 22. 25 sqq. nominis forma 50. — 60. 68. 73. 74. 76. 79. 88. in Hispaniis 187.
Voltinia 14. nominis forma 50. — 69. 70. 71. 74.
Voturia 14. nominis forma 50. — 68. 73. 76. 88.

3. Index rerum notabilium.

Agrippa Plinii auctor in describendis Dalmatia 197, Hispaniis 133, Narbonensi 189.
Augustus Plinii auctor in reg. X et XI Italiae. 81.
Cato apud Dionysium IV 14....6.
Fabius apud Dionysium IV 14... 6 sq.
Italia in XI regiones divisa erat 203.
ou litterae 31.
stemma codicum Flavii Josephi *antiquit.* 36 sqq.
Vennonius apud Dionysium IV 14....6.

4. Index locorum quibus emendandis vel explicandis operam dedi.

Cicero *pro Quinct.* 6, 24. . . . . 35. 46
Acc. I 8, 23 . . . . . 47.
II 43, 107 . . . . . 35. 43.
de leg. agr. II 29, 79 38
Phil. VIIII 7, 15 35
Brut. 48, 178. . . . . 35. 50.
ad Att. VII 5, 3 45
ad fam. VIII 8, 5. 6 . . . . . 35. 37. 44. 46. 49.
XIII 9, 2 . . . . . 35. 42.
ad Quint. II 3, 5 . . . . . 35. 45.

Dionysius *antiqu.* IIII 15 . . . . . 6 sq.
VII 64 . . . . . 16 sq.
Festus *de verb. signif.* p. 233 M. s. v. *Popillia* 19
p. 233 s. v. *Pupinia* . . . . . 10 sqq.
Flavius Josephus *antiquit.* XIII 9, 2. XIIII 10, 10. 13. 19 . . . 35. 36. 39. 40. 44. 45. 47. 49.
Livius *ab urbe cond.* II 16 . . . . . 3, not. 16.
II 21 . . . . . 15 sq.
Lucilius *sat.* apud Festum p. 232 . . . . . 10 sqq.
Plinius *natur. hist.* III 130. 139. 140 . . . . . 83 sqq.
III 131 82
VII 163. . . . . 35. 41.

Tituli potiores:

C. I. L. II n. **159** p. 157; **512** p. 144, not. 527; **1016** p. 156; **1282** p. 149 sq.; **1286** p. 149, not. 546; **1321** p. 135, not. 486; **1955** p. 137; **1961** p. 138, not. 500; **2149*** p. 104; **2158** p. 139, not. 507; **2213** p. 135, not. 490; **3361** p. 165. 176, not. 651; **3584** p. 172, not. 637; **4229** p. 173; **4468** p. 162; **4527** p. 166, not. 614.

C. I. L. III n. **715** p. 44, not. 158; **1822** p. 37; **1910** p. 195; **2470** p. 49, not. 165, p. 196, not. 733; **2708** p. 192; **2709** p. 192; **2733** p. 191; **6364** p. 193, not. 724.

C. I. L. V n. **1812** p. 100; **7255** p. 114, not. 402.

C. I. L. VI n. **2733** p. 92; **8676** p. 123.

C. I. L. VIII n. **9296** p. 46.

C. I. L. X n. **859** p. 40; **2569** p. 116. 117. 125; **6465** p. 45, not. 159.

Eph. ep. II n. **345** p. 46.

Eph. ep. IV n. **347. 348** p. 192; **435** p. 38; **533** p. 30, not. 141*; **887** p. 96, not. 367.

Brambach *inscr. Rhen.* n. **1983** p. 115.

C. I. G. n. **2645** p. 40; **3680** p. 46. 120 (n° 35); **5754** p. 121 (n° 41).

Ad tabulas geographicas huic libello insertas.

In tabulis his ea tantum oppida recepi, de quibus in commentariolis meis dixi. oppida, quorum situs adhuc non innotuerunt, omisi. certe tribuum varietatem variis distinguere coloribus praestitit, quo facilius incrementa civitatis Romanae in conspectu essent: attamen in hoc tabularum depingendarum modo substiti, quoniam bibliopolae rationes maiores sumptus adhiberi vetuerunt.



Lith. Anst. v. Th. Bannwa

Signa quibus oppida in Hispaniis sita distinxi, haec sunt:

- ☆ *signo colonias civium Romanorum notavi,*
- ⊛ *signo oppida civium Romanorum,*
- ⊙ *signo oppida Latina „vetera"*
- (⊙) *signo oppida aut c. R. aut Latina)*
- ⊙ *signo oppida libera „vetera" vel foederata*
- ⊙ *signo oppida stipendiaria „vetera" vel de quorum condicione non constat.*

Oppida quae lineis directis distinxi, in Galeria erant
oppida „ *lineolis* „ „ *Quirina* „
oppida „ *duabus lineis rectis* „ „ *Sergia* „
oppida „ *lineolis et punctis* „ „ *Velina* „
oppida „ *lineis curvis* „ „ *Aniensi* „
oppida „ *punctis* „ „ *Papiria* „
[*oppidorum*] *uncis quadratis inclusorum tribus ab auctoribus non traditur.*

Lith. Anst. v. Th. Bannwarth, Wien.